tio vt Dona. & Dio. ſed ab orando : ideſt loquendo: ſunt qui a græco oriſin : ideſt ſermocinari deducunt. Oratio eſt duplex grammatica, quæ nomine, & verbo conſtare poteſt:& hæc aut perfecta eſt, vt magiſter docet diſcipulos:quia perfectum habet ſenſum & ordinem:aut imperfecta, vt magiſtrum docere diſcipulos deeſt aliquid vt conſtat, patet, & ſimilia vt perfectũ ſignificet ſenſum & ordinem, & rhetorica:quæ ſex conſtat:partibus exordio, narratione, diuiſione, confirmatione, confutatione, & concluſione, de quibus in ſexto diſſeruimus. Oratio aliter eſt contextus verborũ cũ ſenſu:cõtextus vero ſine ſenſu, non eſt oratio. Inuenif etiã plena oſo in vna dictione aut ſyllaba, vel litera vt vide, fac, I vbi intelligitur tu. Partes orationis principales ſunt duæ, nomen, & verbum, ſine his nulla pars implet elocutionem. Alias autem partes ſyncathegoremata.i.ſimul ſignificantia nũcupant:& ſunt octo nomẽ quod ideo primum tenet locum:qđ ex ipſo rerum omnium notitia procreatur. Pronomen in ſecundo loco, quia nominis fungitur officio, nec debet ab eis ſignificatione diuelli:quæ caſibus variãtur. Verbum, cuius eſt vim ſermonis ſignificare, & tẽporibus flectitur. Participium, qm̃ ex nomine, & verbo conſtat tempora ſignificans, caſibus flectitur. Quia habet caſus quibus caret verbum, & genera ad ſimilitudinem nominũ, nec modos habet, quos continet verbum, ideo ſeparatur à verbo. Inde aduerbium, quod à verbo nunq̃ recedit. Præpoſitio, qđ nomini, vel verbo præponif:ideo hoc loco ponitur Cõiũctio, qa cõiũgit oĩa, nõ debet primũ locũ tenere. Debemus.n.primum ſcire, q̃ cõiungãtur. Interiectio ideo vltima eſt:qđ nihil exprimit, ſed animi affectus, q raro interponuntur, quæ quatuor poſteriora nõ flectuntur. Verum ideo grammatici fecerunt octo partes:quo etiam ad orationis perfectionem oportet, vt aliquid concurrat, quod ſe habet per modum mate-

Donati Diomedis. error.

riæ,& alicui ſubiicibile,& tale erit nomen: & quoniam talis materia non in omnibus verbo conuenire poteſt. Quia omnia ſunt tertiarum perſonarum cum verbis primæ,& ſecundæ perſonæ,conſtrui nõ poterant, neceſſaria fuit in prima,ſecunda,& tertia perſona pronominis inuentio ratione diuerſorum modorum ſignificãdi. Quædam enim pronomina ſignificant relatiue, quædam demonſtratiue, quædam prope, propius,& longius:& ideo pronomen iuxta nomen poſuere:quoniam pro proprio ponitur nomine:& cui ſubiicitur materia.i. nomen. Eſt forma ideſt verbum : & quia non poterat intranſitiue obliquis nominum adhærere verborum tranſlatio in clauſulæ figuras neceſſaria fuit participii inuentio cauſa breuitatis, & ornatus vt legentis Ioannis:quia licet nominatiuus nominis conſtruitur cũ verbis intranſitiue vt Ioãnes legit:hoc tamen in obliqs nominum intranſitiue vt hoc opus eſt Ioannis a Scoppa lectiones audientis : cuius etiam participii inuentio fuit vtilis ratione nominatiui caſus. Duorum enim verborum actus vni nomini ſine coniunctione coniungi nequeũt, vt audio ſtudeo. Nam niſi dixeris audio, & ſtudeo,oratio non bene congruet:ſed quo breuior fuit elocutio,eo elegantior, & clarior audiens ſtudeo.

Et quoniam verbum quod videtur habere rationem formæ,aliquando ponitur in oratione ſine aliqua determinatione,quam ei præſtat aduerbium,vt quum dico Ioannes legit:actus huius verbi eſt indeterminatus, ſed terminatur per aduerbium puta bene , vel male legit. Et quia nomen, & verbum ſe ipſis ſignificare augmentum,vel decrementum non poterant,præpoſitiones oportuit inueniri,quæ his cõpoſitæ hoc ſignificãt: doleo per ſe ſumptum ſignificat dolorem,cui ſi additur condolorem ſimilem oſtẽdit, vt condolemus Ioannis caſum i.ſimul dolemus, & de primo vel multũ,vel non primo. De namq; aliquando auget, aliquando

minuit: fuit etiam neceſſaria ratione appoſitionis reſpectu nominis, pronominis, & participii. Præpoſitio namq; caſualibus appoſita præbet loquendi modos.

Et quia nec nomē nomini, nec verbum verbo ad pficiendam orationē ſine medio cōiungi poſſunt coniunctio fuit neceſſaria, vt Ioannes & Scoppa legunt, & ſcribunt: nec hæc erit congrua oratio, Ioannes Scoppa legūt, ſcribunt. Quoniā etiā vocibus, vel motibus corporis affectus animi etiā exprimi ſolēt, vt cū timemus, dolemus, gaudemus, minamur, fuit opus interiectione quæ timoris, doloris, gaudii, admirationis vim ſignificat. Patet ergo cur octo potius, q̄ plures fecerūt orationis partes. Sunt tamen qui appellationem & uocabulum ſuperflue addunt, cum nomini ſubiiciantur. Aliquorū error

Eſt autē uocabulum corpus uiſu, tactuq; manifeſtū: ut domus. Appellatio uero cui uel alterū deficit: ut cœlū, uel utrumq; ut uirtus: hæc græce proſigoria dicitur. Græci tamē interiectione, ut Latini Articulo penitus carēt. Pars orōnis eſt uox idicās mētis cōceptū.

De Nomine.

NOmē eſt pars orationis declinabilis ſignificās ſubſtantiam, & qualitatem propriā, uel cōmunem cū caſu: per ſubſtantiam ſecundum Grāmaticos intelligitur nomen ſubſtantiuum: per qualitatem adiectiuū: per propriam proprium nomen: ut Ioannes: per cōmunem appellatiuum ut animal cum caſu ad differentiam uerbi, & indeclinabilium, uel quia imponūtur a proprietate rei, quæ eſt eius qualitas propria uel cōmunis: & tamen ſignificat ſubſtantiam: id eſt aliā eſſentiam ſicut lapis imponitur a proprietate cōmuni quaſi lædens pedem: & tamen ſignificat aliam eſſentiam corpoream.

Lapidem pernegat Quint. in primo dici quaſi lædētem pedē, qd cōprobat Ariſt. in perihermenia, cui magis aſſentior: eo magis: qd ſequitur inflexionem nominum a pede compoſitorum: ut bipes bipedis, ſicut la- Quinti. error.

pis lapidis. Vel nomen eſt pars orationis declinabilis ſignificans cum caſu corpus uiſibile, & tangibile:ut Ioānes:aut rem incorpoream,intangibilem,& inuiſibilem ut anima:proprie, cōmuniter'ue,proprie ut Ioannes,Neapolis,Tybris:Cōmuniter vt vrbs, fluuius,virtus,oratio:dicēdo proprie, cōmuniterue ſignificās tūc pronomen, & participiū excluduntur. Neutrū enim vel proprium,vel commune,propriæ,vel appellatiuæ qualitatis exiſtit:quæ non probo. Nam ſi nomen nō eſt, quod ſignificat qualitatem propriā vel cōmunem: nomina certe priuantia.i.quæ priuationem, & abnegationē ſignificāt,vt nemo,nullus &numeralia,vt vnus duo,&ordinalia,vt primus:ſecūdus,& relatiua vt aiūt, & diuidua,vt vterque,bini,nomina nō eſſent. Quia nullo modo qualitatem diſtribuunt:ſed rectius ſic definietur. Nomen eſt pars orationis declinabilis ſignificās ſine tempore,& alterius partis poſitione:nec eius ſeparatim pars vlla ſignificat:declinabilem intelligimus ob indeclinabilia:ſine tempore,ne putetur participium,vel ſine tempore,non quod nomen tempus non ſignificat vt hora,dies,menſis,annus,quæ ſignificant tempus nō cum tempore. Nullū enim horum ſignificat per modum pñtis,p̄teriti,aut futuri:qđ eſt cum tempore ſignificare:quod eſt ſecundum prius, & poſterius,& fluxū orationis:quod eſt proprium verbi,& participii ſine alterius partis poſitione ob pronomē,quod ꝑ proprio nomine ponitur:ſignificans vero ita ad abnegationem vt ad alia referri poteſt: nec eius ſeparatim pars illa ſignificat:quia filiusfamilias,quamuis vnum ſit nomen licet compoſitum ex duobus,filius & familias quoniam id ſignificat vnum:hic filius vt Ariſtoteles, nihil ſignificat:ſubſtantia accipitur pro qualibet re ſubiecta intentioni,ſeu ſignificationi nominis:quæ talis intētio ſubſtet nomini,quæ qualitas eſt:& ſic accidens adhærens ſubiectio. Nomina nanq; ſunt ſubiectarum rerū qualitates

Nois vera diffinitio.

Grāma. error.

litates

litates:ſi nomen eſt proprium, propriam notat qualitatē, ſin appellatiuum,cōmunem,& dicitur græce onoma prima litera omiſſa,quod onoma interpretatur diſtribuens qđ vnicuique rei,aut corpori ſubiecto ꝓpriā vel cōem diſtribuit qualitatem:vel quaſi notamen ſyllaba ta ꝑ ſyncopē remota:qđ hoc vniuſcuiuſque rei ſubſtantiam,vel qualitatem denotamus:vel quaſi nouimē a noſco : quia notitiā facit rei,quam noſſe cupimus:& eſt duplex ſubſtantiuū,& adiectiuū. Subſtantiuū nomē eſt illud,cui præponitur vnus articulus,vel duo tātū:vt hic Ioannes,& hic & hæc teſtis:& dicitur vel a ſubſtantia,quā ſignificat,vel qđ adiectiuo ſubſtat,vel qđ ſubſiſtat.i.per ſe ſtat in oratione abſq; adminiculo : vel qa ſubſtat.i.ſubiicitur adiectiuo ſignificanti aliquā proprietatem de ſeipſo ſubſtantiuo:vel quia ſubſtat.i.firmum, & fixum eſt & non mouetur ex genere in genus id eſt ex maſculino in fœmininum,& neutrum:vel à ſubſtando.i.ſignificando, qđ ſubſtantiam vt homo, vel quaſi ſubſtantiam ſignificat,vt candor:& hæc eſt verior ſubſtantiui definitio,ſicut adiectiui, quæ ſequitur. Cum adiectiuū per ſe nihil ſignificet:& ideo cognomen appellatur qđ adiectum nomini.i.ſubſtantiuo ſignificat in eo accidens:vt homo bonus:quod adiectiuum mobile etiā appellatur : quòd ex genere mouetur in genus.i. ex maſculino in fœmininū,& neutrū. Adiectiuū nomē eſt illud,quod flectitur per treis diuerſas voces,vt doctus cta ctum:vel per treis articulos partim coniūctos, & partim diuiſos,& duas voces,vt hic & hæc dulcis,& hoc dulce:vel per tres articulos,& vnam vocem,vt hic & hæc & hoc diligens. & dicitur ab adiicio:quia adiicitur.i.adiungitur ſubſtantiuo,ſine quo non ſtat in oratione. Non enim dicitur albus currit,ſicut poeta canit. vel adiicitur propriis, vel appellatiuis, ſignificans eorum qualitatem , vel quantitatem , quæ augeri,vel diminui ſine ſubſtantiæ conſumptione poſſunt : & ſumūtur ad-

iectiua a qualitate, vel quantitate animi, vel corporis; vel exterius accidentiũ. Animi, vt prudens. corporis, vt longus, & albus. exterius accidentiũ, vt diues, felix. Vel ſignificat accidẽs: quod eſt vniuſcuiuſq; ſuum, vt niger coruus, & carta alba. Adiectiuorum tres ſunt ſpecies. Alia namq; perfecta ſunt voce, conſtructione, & ſignificatione, vt felix, & doctus docta doctũ. Alia voce deficiũt, vt pauper, diues, & ſimilia: ſed hoc frequentius in ſingulari: in plurali non ita; & in obliquis vſitatius, q̃ in in recto. Sunt tamẽ nõnulli aſſerẽtes quòd libentius vtimur in illis caſibus, qui poſſunt omni dubitatiõe remota, cuiq; generi cõpetere: vt eſt diues opus, diuitis operis, & non accuſatiuo, cũ diuitẽ faciat. Nos vero dici cõcedimus, q̃uis ſit rarũ, & in ſingulari tantũ, & tunc neutrũ recto ſimile addimus. Ouid. in primo de Arte. Aut vbi muneribus nati ſua munera mater: Addidit externo marmore diues opus. & Val. in. ii. Diues, & præpotens regnũ naturæ ſcrutatus: vt habeo diues tugurium. Alia ſignificatione, vt oĩs, qs, & cætera, quæ impfecta ſunt. Voces, quibus cognoſcitur genus in noĩe adiectiuo ſine articulis, ſunt tres. Prima eſt generis maſculini, vt doctus: ſecunda eſt fœminini, vt docta: tertia neutri; vt doctum: ſin duas habuerit voces, & tres articulos: prima erit cõmunis, & altera neutri, vt hic & hæc omnis, & hoc omne: ſin vnam, & tres articulos, erit oĩs generis, vt felix. Felix, & cætera id genus, tribus (ſi daretur habere articulos) flectũtur articulis: quoniã poſſunt ſignificare rem ipſam ſub indifferentia maſculini, fœminini, & neutri generis. Et quoniam hoc parum declaratur: aperte ex voce ipſius nominis illi tres attribuuntur articuli: qui non iunguntur pronominibus demonſtratiuis. Suapte nanq; natura ex eorũ vocibus innoteſcũt: vt ille illa illud: nec his declinantur relatiua: vt quis, vel qui, quæ, quod, vel quid: neq; nomina negatiua: vt nullus a um. His enim ſi adderetur articulus: nõ eſſent ne-

ga.

gatiua, ſed affirmatiua. Nam habet articulus vim affirmandi: nec articulus præponitur nominibus, quæ tribus diuerſis flectuntur vocibus: vt doctus a um. Ex ipſa nanq; vocum inflexione cognoſcuntur qualis ſint generis: & in talibus nominibus Vs, vel Er ſyllaba rigidior prolatu, rigidiori tribuitur ſexui: maſculino ſcilicet: A ſyllaba mollior fœmino: impetuoſa in um terminata neutrum cōplectitur. Articuli, quos quidā improprie pronomina vocant, ſunt tres: hic hæc hoc: & eſt articulus (quem græci arthron vocant) demonſtratio, ſeu nota, per quam generis ſignificatio demonſtratur: vti monſtramur digito: & non eſt (vt aiunt more græco) vox ſequentē caſum, & numerum indicans. Et inter pronomen, & articulos hoc intereſt, quòd pronomina tunc, cū ſine noībus ſunt, & abſentium noīum videntur explere perſonas: vt hic & hæc & hoc. Quādo autem dico: hic Ioannes: iam non poteſt pronomen dici: cum fungatur eorum noīum, quæ præſentia ſunt, officio: & vt haſtæ, & militum vexilla non ſunt milites, ſed ſigna, ſeu inſtrumēta: ſic articuli nō ſunt pronomina, ſed quædam ſigna genus demonſtrantia. Quidam vero aduerbia eſſe nō tamen recte contendunt: aſſerētes, cum pars orationis deſinit eſſe, quod eſt, tranſit in aduerbium. Deſinit enim eſſe pronomē, cum iungitur nomini. Notandū tamen eſt: quòd quando nomina flectimus, non ponimus articulum niſi in nominatiuo, ſi cōcederetur: vt genus duntaxat: iudicemus: quia Latini articulum, quo Græci vtuntur, non habent. Subſtantiuum nomen eſt duplex: propriū, & appellatiuum. Propriū eſt, quod naturaliter vniuſcuiuſq; priuatam ſubſtantiam, vel qualitatem ſignificat. Aduertendum eſt: quod omnia nomina deorum, elementorum, vallium, montium, fluuiorum, inſularum, fontium, locorum ſunt propria: vt nomina virorum, & mulierum, ſic & vrbium: niſi pluraliter declinentur: quæ in plurali vim propriorum tenent:

Quorūdā error

Grāma. error.

Quorūdā error

vt Athenæ. Sunt enim enūciatione pluralia, intellectu vero ſingularia. Si vero euenit, vt multi eodem nomine proprio nuncupentur, fortuitu, & ſola voce, nō etiā intellectu cōmuni alicuius ſubſtātiæ, vel qualitatis hoc fieri ſolet: in proprio tunc appellatiua intelliguntur: & ideo legimus Ioues, Veneres, Marios, Catones, Sciſpiones, Camillos, Decios, & ſimilia. Idcirco deridēda eſt hæc nōnullo℞ oratio: Ego video triplicem Petrū: cum hoc adiectiuum in duobus ſit, vt triplex Cerberus, & triplex Geryon. Io ho viſto tre Petri, Vidi tres Petros. ne dicas, Vidi ter Petrum. Nō enim ſignificat, Ho viſto tre Petri, ſed ho viſto tre volte Petro. In appellatiuis autē propria nō intelliguntur, niſi per excellentiā loco proprii in quibuſdā accipiantur, ut Poeta pro Virgilio, & vrbs pro Roma. Appellatiuum eſt, quod naturaliter eſt cōmune multorum, quos eadem ſubſtantia, ſiue qualitas generalis, vel ſpecialis iungit. Generalis, vt animal, corpus, ſpecialis, vt homo, lapis. Et dicitur appellatiuū, qa plura appellat. i. noīat, & ſignificat in re ipſa, vt animal, homo. & hoc a rei ꝓprietate, quæ pluribus cōuenire poſſit. Proprio℞, appellatiuorumq́; ſpecies hæ ſunt. Corporale, quod corpus ſignificat, vt lapis in appellatiuis, in propriis, vt Ioannes. Incorporale, quod incorporeū, vt anima, in appellatiuis, in propriis, vt Virtus Dea. Ononymū, quod & Aequiuocum dicitur, a Martiano vero Capella pluriuocum eſt, quod vna voce diuerſa ſignificat, vt canis in appellatiuis. Significat enim ſtellam, piſcem, & aīal latrabile. In propriis, vt Pyrrhus, plures nanq; fuerunt, duo tamen illuſtres. Inueniuntur etiā quædam ononyma, eadē propria, & appellatiua, vt Magnus Pompeius. Synonymū, vel Polynonymon, quod cum diuerſum ſit voce, ſignificatione tamē idē ſignificat, ut lancea, haſta. Appellatiuorum propriæ hæ ſunt ſpecies. Ad aliquid nomen eſt, quod & correlatiuum dicitur, a

Nōnullorū error.

Martiano vero Relatiuum, quod ſine intellectu illius, ad quod dicitur, proferri nō poteſt, vt pater, filius. ea a Græcis hæc noīa pros ti appellātur.i.ad aliquid, & ſimilia. pros ti proſechonta.i.ad aliquid quodam modo attendentia, vel taliter, qualiter ſe habentia, vt dexter, ſiniſter, & hæc cōparatiuū gradum admittunt, vt dexterior, ſiniſterior. Quaſi ad aliquid eſt, quod cum ſignificet aliquid contrarium, vt adhærens, tamen non etiam illud ſignificat, ex quo accepit denoīationem, vt dies, nox. Gentile quod gentem ſignificat, vt Italus. Priſcia. quod non probo. Nam gētiles dicuntur ex eodem genere orti, vel qui ſimili nomine appellātur, qui alio nomine (vt in Collectaneis patuit) Cognomines vocantur. Patrium, quod a patria ſumitur, vt Neapolitanus. Interrogatiuum, quod cum interrogatione ꝓfertur, vt qualis. Infinitum, quod incertum qd ſignificat, vt quis. Relatiuū, quod refert aliqd, vt alius. Collectiuū (Græci perilipticon dicunt) eſt, quod in ſingulari multitudinem ſignificat, vt grex. Diuiduum, quod a duobus, vel pluribus ad ſingulos refertur, vel ad plures in numero pari, vt vterq;, bini. Fictitium, ſeu factitium, eſt, quod a proprietate ſonorum per imitationem fit, vt tintinnabulum, quod Græci ποιητικὸν Poeticon vocant. Generale, quod in ſpecies diuidi poteſt, vt animal. Speciale, quod a genere diuiditur, ut homo. Ordinale, quod ordinem ſignificat, ut primus. Numerale, quod numerū demōſtrat, vt duo. Abſolutum, quod a ſe plenum eſt, ut ratio. Temporale, quod tempus oſtendit, vt annus. Locale, quod locum, aut ſpatium indicat, ut longinquus. Sunt quædā mediæ poteſtatis, quæ adiectæ nominibus, ſignificationem a coniunctis ſumunt, ut magnus, fortis. Hæc enim per ſe nullum habent intellectum, & ideo a quibuſdā Adiectiones dicuntur, ut magnus uir, fortis exercitus. Sunt quæ a Græcis Epitheta, a noſtris Accidentia dicuntur, quæ quibuſdam perſo-

Priſciani error

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

nis adiiciuntur vel laudãdi, vel vituperãdi gratia. Hæc ſumuntur a qualitate corporis, vt formoſus, deformis: a quantitate, vt ſublimis procerus: aut exterius, vt purpuratus, palliatus: aut a qualitate facti, vt domitor equorum, bellator ferarum, aut ab accidẽtibus tracta, vt beatus, pauper: aut a qualitate naturæ, vt edax. Sed hæc oĩa, quanquam ſpecies ſunt noĩum, abſolute tñ nomina dicuntur, ſed non propria. Patronymicum eſt, quod non tantum a propriis patrum nominibus formatur, filium, ſeu nepotem, filiam, ſeu neptem ſignificãs, ſed ab aliis etiam propriis (vt ſuo loco patebit) nominibus formetur. Poſſeſſiuum, quod græci Cthiticon appellant, eſt, quod cum genitiuo principali ſignificat aliquid ex his, quæ poſſidentur, vt regius honos, pro regis. Poetæ interdum poſſeſſiua, quaſi patronymica proferunt, vt Oreſtes Agamemnonius, quorum regulas in quinti fine tractabimus. Poſſeſſiua in hoc differunt a patronymicis, quod poſſeſſiua nõ filios ſolum, ſed omnia quæ poſſunt eſſe in poſſeſſione ſignificant. Patronymica filios, vel nepotes, & a propriis tantum deriuantur. Poſſeſſiua etiam ab appellatiuis. Patronymica a maſculino tantum genere, rariſſime a fœminino. Poſſeſſiua ab omnibus generibus. Patronymica ad homines, vel ad Deos pertinẽt. Poſſeſſiua ad oẽs res. Diminutiuũ eſt, quod diminutionem ſui primitiui demonſtrat, vt frater fraterculus. Sunt quoq; quaſi diminutiua, quorũ origo nõ cernitur, vt fabula, macula, tabula. diminutiuorum regulas in fine leges. Denoĩatiuum appellatur a noĩe. Habet enim generalẽ noĩationem oĩum formarum, quæ a nomine defluunt, vt fur furax. huius regulas in fine quoq; leges. Verbale, quod a verbo venit, vt amator. huius formationem etiam monſtrabimus. Participiale, quod a participiis, vt amandus. & hoc quoq; docebimus. Aduerbiale, quod ab aduerbio, vt craſtinus. & hoc etiam (vt nequid intactum omittatur) tractabimus.

Ante verbum neceſſario ponitur nomē, ſeu pronomē officio nominis fungens, quia ſubſtantia præcedit accidens, vel quia agere, & pati ſubſtantiæ .i. nominis proprium eſt, ſed agere, & pati eſt ſignificatum ipſius verbi. Omne enim verbum ſignificat agere, vel pati, cum ergo nominis ſit proprium agere, vel pati, verbum igitur eſt nomine poſterius. Nam omne proprium eſt poſterius eo, cuius eſt proprium, vt hominis ꝓprium eſt, ſe eſſe riſibilem, riſibilitas (vt ita dicā) eſt poſterior homine, quia homo eſt anteq̄ ridet, qui ſolus eſt riſibilis, & nulla alia. Vel in verbo eſt vis ſermonis poſita, & formæ locum habet. In nomine autem ineſt materia: ſed forma eſt, quæ dat eſſe rei, eamq; conſeruat in eſſe. Materia tamē eſt, ex qua aliquid fit cum aliquo. Ex materia enim, adueniente forma, fit totum cōpoſitum, vt ex materia carnis in matris vtero conceptæ adueniente forma .i. anima, fit vnum compoſitum .i. homo. Ex nomine ergo tanquam materia, & ex verbo tanquam forma fit perfecta oratio, ſed forma eſt dignior materia, ideo verbum eſt noīe dignius, quāuis in ordine ſit poſterius. Nomen enim ſemper præcedit verbum, ſicut materia formam, idcirco ſolum verbum ante regit caſum. Vel quia nomen repertum eſt ob ſubſtantiā, verbum vero ob actionem, & paſſionem, ideo nomen eſt prius verbo, ſicut ſubſtantia prior eſt actione, & paſſione, vel nomē ideo eſt prius, quia facilius cognoſcitur. Nam verbum abſq; ipſo nomine cognoſci non poteſt. ſignificat enim eſſe, quod ſine extremis .i. nominibus, nō poteſt intelligi. At nomē ipſum cum ſit abſolutum quoddā, intelligi poteſt abſq; verbo. Præcedit quoque Pronomen Verbum, quoniā perſona eſt ſemper a nomine, & pronomine. Verbum per ſe non ſignificat ſine perſona. Pronomen ergo nominis fungens officio antecedit verbum, licet Priſcianus .xviii. dicat, prius inuenta verba, q̄ pronomina, quia tribus erant diſtincta Priſcia. error.

uocibus uerba, ob quæ ſunt pronomina excogitata in perſonas finitas diſcreta, ut nominis poſitionẽ, & uerbi ordinationem.i.ſubſtantiam, & diffinitas perſonas indicarent. Verbi igitur gratia, ſeu cauſa excogitatum eſt pronomen. Nomini accidũt quinq;, ſpecies, genus, numerus, figura, & caſus. accidit quoq; declinatio, ſed ſub caſu cõprehenditur. Caſus enim eſt declinatio nominis. Quæritur cur non etiam perſona, cum interrogare ſoleamus, Ioannes quotæ perſonæ, tertiæ. Ioannes eſt nomen, ergo nomini accidit pſona. Notandus eſt ſermo, quod quotæ, & non cuius, pſonæ eſt dicendum, quoniam ordinem ſignificat, & nõ ſubſtantiam, interrogamus etiã poeta quale, & non quod, nomẽ eſt uel qualis ſpeciei, & non cuius. Quoniam per qualis qualitatem, & aliquam rei proprietatem interrogamus, per cuius, cum quis ſit relatiuum ſignificans ſubſtantiã, interrogaremus ſubſtantiam, & habitudinem ad rem quamuis reſpectu alicuius qualitatis, ut hic liber cuius eſt? reſpondebis Ioannis, neſcio quis legit, uel cuius eſt hæc poſſeſſio, ad rem per poſſidentem, non poſſeſſam ſermo fit. Quoniam relatiua nõ ſolum ſignificant ſubſtantiam, ſed & qualitatem, & quantitatem, & quæuis alia, & eſſe primitiuum uel deriuatiuum indicat qualitatem, & nõ ſubſtantiam, dicatur ergo qualis ſpeciei, qualis generis, & non cuius. Non perſona nominibus accidit, quamuis tertiæ ſunt perſonæ, & uocatiui ſecundæ. Quoniam nõia ſunt tertiarũ pſonarum indicatiua.i.tertias indicantia pſonas. Prima namq; nõium poſitio, nõ ad aliquod, ſed de aliquo habet locutionem, ut dicendo liber, ergo naturale eſt in nõie, pſona, nõ accidens, accidentis uero eſt indicare ipſum nomen, uel orationis partem. Accidit pronomini, nõ nomini & dignitatis, & pluralitatis cauſa. Prima namq; pſona eſt dignior cæteris, & ſecunda, tertia, ergo & tu ſunt duæ pſonæ, & poeta eſt una, ergo cum ego & tu ſint pronomina,

merito ſibi uēdicant perſonam ipſa ꝓnomina, uel ratione certitudinis, quia ego & tu certam ſignificant perſonam, tertia uero eſt infinita, & indeterminata, tamē ſub genere complectitur. Quæritur hic quoque ſi genus continet ſub ſe ſpecies, cur grāmatici dicunt nomini accidunt quinque ſpecies, genus, &c. reſpondetur grāmaticos in hoc nō ſecutos fuiſſe Philoſophos collocātes ſpecies ſub genere, nec ordinem peruertiſſe præponendo ſpeciē. Oportet enim prius cognoſcere ſit primitiua, uel deriuatiua dictio, mox ſub quo ſexu, deinde ſub uno aut pluribus, & ſic ſit numerus, exiſtēs. ergo hæc res in numero conſideratur, aut abſoluta, aut ab alio cōpoſita, ſic figura uocatur, ultimo ponitur caſus. Quia fine, & terminatione ipſius dictionis cognoſcitur. Species, q̄ & qualitas dicitur, a Græcis uero Idos. eſt originalis diſpoſitio dictionis, ꝑ quam ſit primitiui, uel deriuatiui diſcretio, uel eſt proprietas deriuandi, ab aliquo, uel a nullo, & ſunt duæ primitiua, quæ a nullo deriuatur ut mons, deriuatiua, quæ ab aliquo prouenit, ut montanus. Species proprioꝝ noīum, uel ſubiacentium ſecundum Romanos ſunt quatuor, Prænomen, Nomen, Cognomen, & Agnomen. Prænomē, quod Græci pronymon dicunt, eſt, quod præponitur nomini differentiæ, uel amicitiæ cauſa, ut Caius, differētiæ. cum multi ſint eiuſdem noīs, & familiæ prænomine, quod una, uel duabus, uel tribus literis ſcribitur, cognoſcuntur, ut L. Antonius, amicitiæ, ut fecere Romani cū Sabinis cum ictum inter ipſos fœdus eſſet, quòd alter alterius nomen ſibi præponebat, ut T. Romulus, & R. Tatius, ponebatur quoq; in ſignum nobilitatis, aut honoris, ut Horatius ſecundo ſermonū, Quinte puta, aut Publi gaudent prænoīe molles, unde ſerui prænomina nō habebant. quod prænomen a male meritis de repu. ad ignominiæ notam tollebatur, quæ prænomina non ante pueris, q̄ uirilem ſumerent togā, puellis, q̄

nuberent, imponebantur. Nomen eſt proprium vniuſcuiuſq; ſuum vt Ioannes. Cognomen eſt cognationis nomen vt Scoppa. Agnomen, quod Græci Epigenetan dicũt, eſt quod ab aliquo euẽtu imponitur, vt Africanus, quia Africam deleuit, vel expugnauit, imponitur quoq, a vitiis vt ſuperbus, a virtute vt pius, a corpore vt Craſſus, a factis vt Cæſar, qui vt Spartianus & Ser. elephãtẽ interfecit, de quo noie quid alii præceperint, paſſim videre licet. Notãdum eſt tamẽ, quod apud idoneos autores ſemp cognomen pro agnomine legitur, agnomen ferè nunq̃, quis apud Ouid. & aliquos raren ter legatur, eſt tñ autoritas nõ imitatione digna. Genus eſt exploratio ſexus, quæ fit per vocem carẽtem genere. Nã illa vox nõ eſt genus, ſed id, quod p eam intelligitur. vel genus in noie eſt notio, quædã qua maſculinum a fœminino diſtinguitur. aut natura duce, aut vſu. Genera noium, quæ ratio naturæ cognouit, ſunt duo, maſculinum, & fœmininum. qa hæc duo tñ generant, & ideo genera dicuntur, ſed Grãmatici ex arte ſeptem fecere, maſculinum vt hic Ioãnes, fœmininum vt hæc Maria, neutrum vt hoc ſcamnum, cõmnne ut & hic & hæc homo, omne vt hic & hæc & hoc felix, incertum uel dubium, ut hic uel hæc dies, promiſcuũ, uel ſub cõmune, quod Græci Epicœnum uocant, eſt in quo, aut maſculina ſunt ſemp, ut hic coruus, aut ſemper fœminina, ut aquila, & tamen utrunq; ſignificãt ſexum. Promiſcuum dicitur quaſi permiſcuum, quod utrunque genus ſub uno confuſum permiſtum ſit ſine reſpectu naturæ. Maſculinum, uel fœmininum natura, aut uſus demonſtrat, commune tñ, & neutrum uocis magis qualitate, q̃ natura dignoſcuntur, quæ ſibi ſunt cõtraria. Nã cõmune modo maſculini, modo fœminini ſignificationem poſſidet. Neutrum uero quantum ad ipſius uocis qualitatem, nec maſculinum, nec fœmininũ eſt, unde cõmune articulum ſiue articulare, tam maſculini, q̃ fœminini

Genus q̃uo cognoſcit.

generis aſſumit, ut hic & hæc ſacerdos. Neutrum uero ſeparatim ab utroq; genere articulum accipit, ut hoc regnum. Inter Epicœnon, & cōmune hoc intereſt: quod genus cōmune hoīes, & pecora complectitur. Epicœnon pecora tantum: in cōi etiam ambo ſunt articuli, ut hic & hæc teſtis, in epicœno unus, ſi maſculinus ſub illo fœmininum quoq; intelligit: ut hic paſſer: ſi fœmininus maſculinum, ut hæc aquila, ſic in articulo neutri generis, quod eſt hoc pecus, ītelligitur fœmininū genus. Verg. in buc. Lenta ſalix fœto pecori. Sunt præterea alia ſono maſculina, intellectu uero fœminina, ut Eunuchus, comœdia, Oreſtes, tragœdia, Centaurus nauis. Alia ſono fœminina intellectu maſculina, vt Feneſtella ſcriptor. Aquila orator. Alia ſono neutra intellectu fœminina, vt Glycerium, Philorciū, q̄ fuerunt mulieres. Alia ſono fœminina intellectu neutra, vt poema ſchema. Alia ſono maſculina intellectu neutra, vt pelagus, virus, vulgus.

Donati error.

Eſt ſciendū: quod quando interrogamus felix, qualis generis, reſpondēdum eſt, eſt generis oīs non omnis generis. Quoniam hoc ſtat diſtributiue, illud collectiue. Numerus eſt incrementum quantitatis ab vno ad plura procedens: vel eſt dictio, quæ diſcretionem quātitatis facere poteſt: & ſunt duo ſingularis, & pluralis. Dualis a nobis excluditur niſi in his duobus nominibus duo, & ambo, apud Græcos tantum valet: ſed vnus proprie numerus nō dicitur, ſed quia principium eſt numerandi, & in ipſum reliqui numeri reſoluuntur, quodāmodo numerus eſt, & numerus numerans appellatur: queādmodum Nominatiuus inter caſus numeratur: nō quod in declinatione ab alio cadat: ſed quod ipſe principium eſt cadendi: ſingularis numerus eſt quantitas, quæ vnitatem ſignificat, vt Ioānes niſi collectiuū, vt populus: pluralis vero eſt quātitas, quæ multitudinem ſignificat vt Cæſares: ſingularis finitus eſt: pluralis vero infinitus, cū enim dico homo certum

Grāma. error.

eſt de uno dicere, cum uero dico hoīes. incertum eſt de quot. Figura eſt diſcrimē ſimplicium, dictionum, & cōpoſitarum, & duæ ſunt figuræ, & non tres (ut aiunt) ſimplex, & cōpoſita. Simplex eſt non quantum ad cōpoſitionem literarum, qm̄ ſic nullum nomen eſt figuræ ſimplicis, ſed eſt ſimplex inquantum eſt principium cōponendi, & eſt, quæ nō poteſt diuidi in partes intelligibiles prioris ſenſus capaces. i. eius quod integrū ſignificat, quod eſt pater, aut mater, cōpoſita eſt, q̄ poteſt ex duabus, aut pluribus cōponi, ut magnanimus, inexplicabilis.

Priſciani error.

Priſcianus uero Græcos imitatus dixit eſſe tres, qm̄ compoſita poteſt diuidi in partes, quæ p ſe aut integræ, aut corruptæ ſunt, & unaquæq; illarum aliquid ſignificat, Magnanimitas, uero, & parricidium, & huiuſmodi non poſſunt diuidi in partes aliquid ſignificantes, animitas, & cidium per ſe nihil ſignificant, hæc ille, ſed ſi recte rationem partium corruptarum, cum in cōpoſitionem ueniunt, conſiderabimus, eadem erit ratio, parri enim & cida nihil magis per ſe ſignificant, q̄ cidium, & animitas, Do. etiam Seruius, Sergius, Quint. in primo, & Plin duas poſuerunt, & non tres, quæ ergo decōpoſita ab aliis dicitur, eſt ſub cōpoſita, ut iniuſtitia, componitur enim ex in, & iuſtitia.

Voces quatuor modis componuntur.

Voces in omni orationis parte quatuor modis cōponi poſſunt, ex duobus integris, ut indoctus, ex duobus corruptis, ut armifex, ex integro & corrupto, ut inſipiens, ex corrupto & integro, ut armipotēs, & ex pluribus, quæ Paraſyntheta Græci nuncupant, ut inexplicabilis. Hoc quoq; nō eſt prætereundum omnem orationis partem poſſe in ſe componi, ut in nomine reſpublica in pronomine meme, in præpoſitionibus, ut circumcirca, in aduerbiis, ut quandoquidem, in coniunctionibus, ut atq;, præter uerba, participia, & interiectiones. Caſus eſt uariatio in declinatione nominis per immutationem nouiſſimæ ſyllabæ, uel eſt inflexio caſualium dictionum,

quæ maxime fit in fine, a cadẽdo dictus, & ſunt octo. Noĩatiuus qui rẽ noĩat, & rectus quoq; dicitur, & nominãdi caſus: quòd ipſe primus natura naſcitur, uel poſitione, & ab eo facta flexione naſcuntur reliqui caſus. Genitiuus, quia cæterorum caſuum genitor eſt, qui & Poſſeſſiuus dicitur, qa poſſeſſionem ſignificat, ut Priami regnum, necnon & patronymica, ac poſſeſſiua per eũ reſoluũtur, & paternus; qd per eum pater demõſtratur, vt Priami filius, uel ut Chariſius quòd ueluti pater ſit, & productor uocũ, caſuumq;: & interrogandi caſus ut Gellius. Datiuus, ſeu dãdi caſus, q & Acqſitiuus, qa acqrit, ut do librum tibi, & Cõmendatiuus, quoniã cõmendationem ſignificat. Accuſatiuus, uel Accuſandi caſus, quòd per eum accuſamus ut accuſo hoiem. i. in cauſa hoiem facio: & ideo Cauſatiuus quoque dicitur, & Laudatiuus, quoniã p ipſum laudare uidemur, & Trãſitiuus, quoniã tranſitũ. i. motũ per ipſum facimus, ut poſtulo librum ſocios: aliqui uocant caſum patiendi, uel paſſionis, qa patitur actũ. Vocatiuus, quòd p ipſum uocamus ut o Ioannes, & Salutatiuus, qm̃ per ipſum ſalutamus, ut ſalue Ioãnes. Ablatiuus, uel Caſus auferẽdi, quia paſſionem ſignificat, quòd per ipſum auferimus: & Cõparatiuus, vt aiunt, vt fortior Hectore, & Latinus, eo quòd Latini tantũ vtuntur, cuius vis, apud Græcos per genitiuũ explicatur, & Sextus. Priſcianus tamẽ effectiuum, ſeu Septimũ caſum remouet. Dicit enim præpoſitionẽ vel additã, vel ſubtractam non valere vim caſus mutare. Nã ſicut accuſatiuus nõ eſt alius abſq; præpoſitione, q̃ cũ præpoſitione, ita etiã ablatiuus: quod nõ placet: Accuſatiuus namq; tam cũ præpoſitione, q̃

Priſciani error

ſine ſemp accuſat: nec eſt alius caſus ſignificatione, q̃ voce accuſatiuus. Ablatiuus autẽ quando nõ aufert, alius eſt caſus ſignificatione: & ideo nos appoſuimus, & tanto magis: quòd Quint. ait, an ſit apud Latinos vis q̃dã ſeptimi caſus. Nam ſubdit, cum dico haſta percuſſi: nõ

vtor ablatiui natura, quamuis ablatiui vocem habeat, quę Quint. ſequuntur Probus Donat. Dio. Porphyri. Chariſius, Ser. & Laur. in. ii. quę ſeptimum caſum, nos quoq; effectiuum, ſiue inſtrumentalem vocamus: quia in eo caſu ponimus inſtrumentum, quo aliquid efficitur, vt ego peto te haſta. fit quoq; quando reſoluitur p̄ accuſatiuum præpoſitionis officio: vt terris iactatus, & alto. i. per terras, & altum: & eſt octauus caſus: vt Sergi. Cū vtimur datiui voce pro accuſatiuo & præpoſitione in, vel ad. Verg. It clamor cœlo. i. in cœlū, & pro ablatiuo cū præpoſitione, & eſt, quādo iungitur paſſiuo, vt mihi legitur. i. a me: nec dicas (vt aiunt) paſſiuum habere poſt ſe datiuum. Quoniā nihil acquirit, quod eſt proprium datiui, ſed eſt vox datiui & non ſignificatio: ſicut ſeptimus caſus eſt vox ablatiui, & nō ſignificatio, cum nihil aufert. Hoc ideo ponuntur ordine caſus. Primum nanq; eſt, quod vocatur vt Ioannes: deinde cuius vocatur, vt Ioannis, naturaliter ſuccedit cui vocetur, vt Ioanni: quarto quòd vocent, vt Ioānem: a natura dicimus ad quem, vt o Ioānes: mox a quo vocatur, vt a Ioāne. Noīatiui præterea terminatio cadens in alias diuerſas terminationes non incongrue caſus nominatur: cum naturam habeat, vt cadere poſſit, & cadēdo faciat omnes caſus. Quippe Caſus dicitur non ſolum illud, in quod aliquid cadat, ſed etiam ipſa res, quæ cadit, vt ſingularis eſt numerus: quia eſt principium numerandi, vel quòd primo cadit a mentis conceptu in flectendis cæteris caſibus. vel nominatiuum Catachreſticos. i. abuſiue caſum appellamus: ſed ſuperius probo. Caſus diuiduntur in rectos & obliquos. Recti (vt Don. ait) ſunt duo noīatiuus, & vocatiuus, quem Græci quoq; rectum appellant: ſunt qui vocatiuū per ſe volunt vocādi caſum: quia ſecundæ tantum iūgitur perſonæ, ad quem ſermo dirigitur, vt Priſ. & nōnulli tradūt, eſt obliquus cū a nominatiuo cadat, & nō ſemper eſt recto ſimilis. Obliqui

Grāma. error.

ſunt ſex genitiuus, datiuus, accuſatiuus, ablatiuus, ſeptimus, & octauus. dicitur obliqui, quod a recto obliquẽtur, & flectantur: recti, quod etiã ſignificant ſubſtantiã: vel dicitur rectus, quod ipſe primus natura naſcitur: vel poſitione: qa a nulla uoce deflectitur, & ab eo facta flexione naſcſitur obliqui caſus. Noīatiuus dicitur a noiando. Genitiuus a gignendo: cuius participium eſt genitus geniti addita uus fit genitiuus, & nõ a generando, ut aiunt, quia diceretur generatiuus. Datiuus a dando. Accuſatiuus ab accuſando. Vocatiuus a uocando. Ablatiuus ab auferẽdo. Declinationes noium ſunt quinque. Prima, quæ format genitiuũ in æ diphthõgum. Secunda in I lõgum. Tertia in Is breuẽ. Quarta in Vs, uel in V productũ. Quinta in Ei diuiſas ſyllabas. Declinatio eſt ex uerbo in uerbum uocis cõmutatio, uel eſt uocis inflexio, quæ maxime fit in fine, dicta a declinando, id eſt diſcedendo. A recto nanq; diſcedunt reliqui caſus, idq; fit quaſi per gradus. Declinationum ordinem facit ordo uocalium naturalis, prima habet æ diphthongon in genitiuo. Quia e procedit. Quoniam nulla eſt dictio latina terminata in A in genitiuo. I uero in ſecũda poſt e: Tertia in is. Quia I eſt tertia, cui additur S ratione uarietatis. Quarta cum nulla habeat O ante S V ratione ſubſequentis literæ ſortita eſt locum ut genu, & uiſus. Quinta in Ei diuiſas ſyllabas: quia Ei diphthõgus quæ eſt una ſyllaba, diuiditur in duas, ut diei, aliter pronunciaretur dii. Formæ caſuales ſunt ſex ſimplex uel unica, quæ græce dicitur Monoptota penultima producta, inflexio eſt, quæ unũ habet caſum ut ablatiuo nutu: dicitur a monos. i. ſolus, & unicus. Binaria uel bipartita, quæ græce Diptota, cum per duos tãtum caſus nomen flectitur, ut Clio, Clius: dicitur a dis. i. bis. Ternaria, quæ græce triptota, cũ per tres, ut tẽplum, tẽpli, tẽplo: dicitur a tris. i. tres. Quaternaria, quæ græce Tetraptota, cũ per quatuor, ut magiſter, magiſtri, ma

Grãma. error.

giſtro,magiſtrum:dicitur a tetras.i.quatuor. Quinaria quæ & Pētaptota,cū per quinque, vt lectio,lectionis, lectioni,lectionem,lectione : dicitur a pēte.i.quinque: Senaria,quæ Hexaptota,cū per ſex,vt vnus,vnius,vni, vnum,vne,vno,dicitur ab hex:ideſt ſex. A ptotum eſt, quod per omnes caſus nunquā variatur, vt nominatiuo ador,genitiuo ador, dicitur ab A dictione priuatiua,& ptoſis quod eſt caſus. Hoc a multis quæſitum,a nullo tamen explicatū præterire nō deſtinauimus:quo modo conſtat, & intelligitur hæc oratio noīatiuo hic magiſter,genitiuo magiſtri,datiuo magiſtro,&reliqua: cū noīatiuo genitiuo:datiuo nunquā mutatur,& magiſter,magiſtri,magiſtrō mutantur, ad quod ſic reſpondetur,vt ſit ordo,& ſenſus in noīatiuo eſt magiſter,in genitiuo eſt magiſtri,ideſt hæc uox magiſtri & reliqua, vel nominatiuo, ut ſit datiuus, & hæc uox magiſter, genitiuo eſt hæc uox magiſtri, ubi magiſter magiſtri, magiſtro ſupponuntur materialiter.i.pro illa uoce, & nōn pro ſignificato ſuo, id eſt pro eo,quod ſignificat magiſter,& eſt indeclinabile,itidem intelligitur,in his, & ſimilibus.indicatiuo modo tempore præſenti amo, id eſt in indicatiuo eſt amo. Licet non me lateat eſſe nonnullos aſſerentes nominatiuo,genitiuo ſumi materialiter,ſed nimis inſcite,cum ordinem,congruentiam, & ueritatem non aduerterint.

Quorūdā error

De Pronomine.

PRonomen eſt pars orationis declinabilis,quæ pro nomine proprio uniuſcuiuſq; accipitur, idemq; penè ſignificat. Nam minus ſignificat, q̃ nomen,pro quo ponitur:quoniam ſubſtantiam ſolum ſignificat, & non etiam qualitatem determinatam, ſicut nomen : perſonaſq; finitas recipit,facitq; elocutiones ſemiplenas,nomen uero plenas,& dicitur a pro,& nomine,quia ponitur loco proprii nominis.cum uero dicimus ego magiſter lego,magiſter nūc ponitur loco ꝓprii nominis.

Quia

Quia omne appellatiuũ nomen iũctum cum pronomine tranſit in proprium, vt meus liber, tuus filius, ille homo. Hoc tamen intereſt: quòd Pronomine ſubſtantia per ſe, noĩe etiã qualitas manifeſtatur, de qua ſæpe fit dubiũ in ea perſona: vt Vergil. in ſexto. Quis pater ille virum qui ſic comitatur eũtem? cum ignoratur propria eius qualitas, quæritur nomen. Solam enim ſubſtantiã & non qualitatẽ ſignificant pronomina, quantum eſt in ipſius prolatione vocis: & ſunt inuentum cauſa demonſtrationis, quæ in noĩe nulla eſt, & cauſa verbi. Verbũ enim in prima perſona, & ſecunda nõ coniungitur nominibus tertiæ perſonæ, niſi verbum vocatiuum ſit, vel nũcupatiuum, vel ſubſtantiuum, vt Ioannes vocor, Iacobus es. Pronomini accidũt ſex, ſpecies, genus, numerus, figura, perſona, & caſus. Species duæ, primitiua vt ego: deriuatiua vt a mei: mutata I in us meus: noſter, & noſtras a genitiuo plurali noſtrum vel noſtri deriuatur ri vertendo in er, vel in ras: ſic & veſter & veſtras genitiuo veſtrum, vel veſtri: & hoc ideo, quod patriam ſeu gentem ſignificant. Patria, aut gens vnius eſſe non poteſt, ſed ſemper multorum poſſeſſio, ſic itaque noſtras dicimus, qui eſt de noſtra patria: ſeu gente quam multi poſſidemus: quãuis noſtras, & veſtras ſicut cuias non modo patria, ſeu gentem, ſed etiam partes, & quaſi ſectam ſignificent, vt noſtrates philoſophi, & veſtrates philoſophi. Deriuatiua pronominis ſpecies eſt, quæ ſecundarium eius ſignificatũ oſtẽdit. Pronomina, de quibus nulla dubitatio eſt apud latinos, non ſunt quindecim (vt aiunt) ſed ſexdecim (nam idem, eadem, idem, quãuis ex is, & demum componatur, pronomen eſt, & eſt per ſe vnum pronomen: vt enim peritus ſimplex & imperitus compoſitum duo ſunt nomina: ita is, & idẽ duo ſunt pronomina non vnum) octo primitiua ego, tu, ſui, ille, ipſe, iſte, hic & is. Deriuatiua ſunt octo meus, tuus, ſuus, idem, noſter, veſter, noſtras, & veſtras.

Pronomina demōſtratiua ſunt qnque ego,tu, hic,iſte, & ille. Relatiua quatuor is,ſuus,ipſe,& ſui. Demonſtratiua,& Relatiua hic,ille, & ipſe: ſed ipſe ſi per ſe proferatur in tertia perſona,relatiuum eſt,& ad omnes perſonas figurare,ſed potius ad demonſtrationis excellentiam vim habet, vt ego ipſe,tu ipſe,ille ipſe: ideo hoc appoſitum,vel ſubiunctiuū eſt,quod Epitmaticon vocant Græci:quod apponitur ꝓnomen pronomini, vel quod ſubiungitur alteri ꝓnomini:ſed per exclipſim,& habet vim eoꝝ,quæ ſubaudiuntur,vt ipſe vidi, & tu'ne ille Aeneas. Patria noſtras,& veſtras. Poſſeſſiua meus, tuus,ſuus,noſter,& veſter,& dicuntur poſſeſſiua. Quia ſignificant perſonam poſſidentis,& poſſeſſionem vt liber meus.i.quē ego poſſideo. Et notandum eſt: quòd omnia poſſeſſiua in genitiuos primitiuorū etiā verbis ſociata poſſunt reſolui,vt amicum meum moneo ꝓ amicum mei. Euandrium filiū Turnus interfecit pro Euandri filium. Non prætermittendum eſt:quòd meus mea meum,tuus tua tuum, ſuus ſua ſuum poſſeſſiuis vſitatius pro genitiuis antiquis mis, tis, & ſis,nunc vtimur: quæ poſſeſſiua actionem,vel poſſeſſionem ſignificant, vt amor meus,quē ego habeo erga aliquē, amor tuus, quē tu habes:ſic & hi genitiui plurales noſtrum, & veſtrum:vt amor noſtrum,quem nos habemus. Mei tamen,tui, & ſui, & hi genitiui plurales noſtri, & veſtri ſemper ponuntur paſſiue,vt amor mei,qui habetur erga me,amor tui,qui habetur erga te,amor noſtri, q habetur erga nos: hac ratione dicimus hic liber eſt meus Ioānis:hæc carmina ſunt mea Antonii, nō autem mei Ioannis, & mei Antonii:niſi alius ſit ſenſus:quòd ego nō ſim Ioānes,ſed alius ſit meus Ioannes. Suus niſi de tertia perſona dicitur vel expreſſa,vel ſuaintellecta:expreſſa deus nos defendat clemētia ſua:ſubintellecta ſeruus ſuus mihi miniſtrat:vbi & ſi abſit ad qđ referatur id tamē ſubauditur. Nemo eni dicit ſuus niſi de eo, cuius

Pronomia poſſeſſiua.

habita ſit mentio, vt ſi roganti vbi eſt Ioannes, reſpondeas neſcio, ſeruus ſuus eſt hic, vel ſeruum ſuum vidi. Quando vero interuenit copula & non vtimur ſuus. Quia tunc nulla ineſt reciprocatio: ideoq; non dicendum eſt necaui lupã, & catulos ſuos, ſed eius: in cæteris vero ſi ſubſtantiuum pronominis reſpicit ad ſuppoſitum vtimur ſuus, vt tueatur nos deus propter ſuã clementiam non propter eius, queadmodum dicimus tuetur nos Deus ſua bonitate nõ eius: inclamauit me ante domum ſuã non ipſius: eiecit me de domo ſua, non ipſius ſiue eius, ſin autẽ pronominis, ſubſtantiam reſpicit ad oppoſitum libentius dixero amamus deũ propter bonitatẽ eius, allocutus ſum hominem ante domũ eius quàm ſuã: itẽ cepi columbã cum pullis eius, inueni turturem in nido eius, expulit leonẽ ex antro eius, Ioannes diligit Antoniũ, & fratrẽ ſuũ: de fratre Ioannis intelligitur. Ioannes diligit Antoniũ, & fratrẽ eius, ſcilicet Antonii, cepi catulos lupæ, & eã vel ipſam, non ſe: quando interuenit copula dicã ipſi, non ſibi. Quãdo relatio fit ad ſuppoſitum principale, vtimur relatiuo reciproco, vt præceptor rogauit me, vt ad ſe venirẽ. Terẽ. Iuſſit hera ſi ſe ames, ad ſeſe vt venias. Idẽ, Pamphilus dat fidẽ vxorẽ fore ſibi hãc. Verg. vero. iiii. Nãq; ſuam patria antiqua: ſuã, id eſt ipſius Didus, ſed ipſe expone rem ſuã, id eſt propriã, ſic & Val. ſui ciues accuſarent. Terent. in Ecyra ſua ſuaſit mater, ſiquem pater ſuus aut populus vendidiſſet. Idem in. vi. de repub. itaq; ego illum de ſuo regno, ille me de veſtra repub. percontatus eſt. Teren. in Adel. ſuo ſibi hũc gladio iugulo. Cic. ſibi victitant ſucco. Col. ſuo ſibi iure abluuntur: vbi iungitur ſuo pronomini ſibi nulla neceſſitate: ſed veluti cuiuſdam feſtiuitatis gratia. Verum tunc etiam vtimur ſuus, & non eius, ſiue ipſius: quando aliquod addatur oppoſito adiectiuum verbum'ue; ad quod fieri reciprocatio debeat: quod genus eſt inueni leonem iratum, ac

ſæuiorem ob amiſſam prædam ſuam: video columbã triſtem in periculo pullorum ſuorũ. noſti illum minus ſuo ꝙ ſuorum caſu perterritum: ſentio hominem ambulantem per domum ſuam, & non per domum eius, itẽ ſcio illum dolere fortuna ſua: & in primitiuo quoq; opinor hunc agnoſcere contemptum ſui. Hoc admoneo neminem poſſe errare: quando ſuus eſt ſubſtantiuum vt eius, aut ipſius, aut illius vtatur: quando tamen accipitur pro proprio, vt dicatur, de hac re dixi ſuo loco nõ ipſius, & referam hæc omnia ſuis locis, ac temporibus, non eorum. Suus etiam pro proprio acceptum naturã tertiæ perſonæ non mutat. Nemo nanq; ſic loquitur: eſt mihi, aut tibi eſt ſuus ſcribendi mos: cum tamen dicamus, eſt mihi, aut eſt tibi proprius ſcribendi mos: ponitur pro & congruo, & conuenienti, vt Scipio creatur cõſul ſuo tempore. i. congruo, & pro apte. Verg. Feſſoſq; ſopor ſuus occupat artus, & ꝓ grato, Phœbo ſua ſemper apud me. Hoc differt inter ſe, & ſeſe: quod ſe vtimur, cum aliquod in alium feciſſe oſtendimus, vt Antonius aſſerit ſe nocuiſſe Franciſco: cum autem in ſeipſum aliquid dicitur feciſſe, tunc vtimur ſeſe. Cic. ad Lentu. Vltus eſt ipſe ſeſe. Eſt quoq; ſciendũ: quod genitiui primitiui ſignificãt perſonam ipſam dũtaxat, nec rei adhærent, vt expectationem tui concitaſti. i. de te: ſi vero dixero caput pars eſt mei, perſonam, & membrum in me ſignificabo: ſin autem dicam, caput eſt pars mea, alterius corporis ſignificabo partem, quæ mihi in ſortem obtigit, vel quaſi eſſet mea. Deriuatiua tamen adduntur rei, ut ager meus. Hoc etiam non eſt ſubticendum: quod in iis, quæ ſunt naturæ, vel quaſi ipſius naturæ deriuatiuo vtimur, vt fortitudo mea, virtus tua, & non mei, nec tui, & ingeniũ meum, & nõ mei: & ſimilia: quia naturæ dictio eſt in rem: nã paſſio a rebus in naturã ducitur. Vti nãq; calor a natura mihi præſtitus dicitur meus & nõ mei: quia poſſeſſionẽ ex naturæ actione ſigni-

ſico:ita dicã labor meus,& non mei. Quare non probatur quod Priſcianus ait mei ſeruo: cum accipitur pro meo ſeruo, nec amicus tui, pro tuus. Illud enim tale Græcis rationibus erit, quod Latinis exemplis caret. Dicitur ſum meus i.mei iuris. Perſius, Vindicta poſtq̃ meus a prætore receſſi; ſic& tuus. Hic ad res coniunctas primæ perſonæ refertur, vt hæc manus.i.mea, & præſens, vt hæc erat illa fames: ponitur interdum pro vbi ego ſum, vel habito,& de quo loquor. Cice. hoc tuum factum.i.quod loquor, & huic meo filio cũ tuo iſto amico magna eſt cõtrouerſia, item celeriorem ſpero futurum tuum in hanc vrbem aduentum q̃ meum in iſtam. Iſte ad ſecundam, vt iſta manus.i.tua: ſi vero addideris poſſeſſiuum meus, vel tuus erit dilucidius: ſed iſte pro hic aliquando ponitur. Quint. Iuuenis iſte, de quo ſumma in rebus humanis monſtra finguntur:& aliquando cum ſpretu dicitur, aliquando ſignificat relationem a re prolata vt, habeo librum, iſte eſt, quem videtis,& hæc Andria, ſiue iſta vxor, ſiue amica: ſi vero fiat a ſecunda, dicitur hic. Verg. Et vitula tu dignus, & hic: ille refertur ad tertiam, vt illa manus Cæſaris. Verum eſt: quod ille ponitur ad excellentiam, dignitatemq́; exprimendam,& eminentiam alicuius, quem omnes noſſe debeant, vt Alexander ille magnus: ſimiliter intelligimus de aduerbiis, hic, iſtic, illic, hac, iſtac, illac, hinc, iſtinc, illinc, huc, iſtuc, illuc, horſum, iſtorſum, illorſum, hucuſq;, iſtucuſq;. Hic & is referunt tertiam perſonam, ſed hic de propinquioribus, ſeu potius præſentibus, vt hic liber, quem habeo,& præſentem demonſtro: is liber quem tibi miſi, aut tibi mittam, quaſi de abſente loquor: ſicut ille ad longiora,& abſentia, vt Iacobus venit ad me,& non Ioannes: quia hic ſcilicet Ioannes malus: ille ſcilicet Iacobus bonus: ſed aliquando confunduntur. Pli. in epiſtolarum primo, ille imbecillitate, hic viribus peccat. Liui. in vltimo belli punici tutiorq́; eſt

Priſciani error

certa pax, q̄ ſperata victoria, hæc in tua, illa in deorum manu eſt. V al. in. ii. hoc enim tanq̄ patriæ fugitiuos crucibus affixit, illos autē tanq̄ perfidos ſocios, interdum is ponitur pro tali vt is ſum, quem omnes docti amant, & nunquam ſine relatione, nec rei tam remotæ ſignificatio eſt, vt ille, quod habet demonſtrationem, & aliquando relationem, & aliquando eminentiam ſeparatam. Proprie igitur loquimur amo eum, qui ſtudioſus eſt potius q̄ illum: apud vero poetas hoc ſeruatur. Idē habet in ſe vim copulatiuam, vt Cæſar fuit ſtrenuus, & idem eloquentiſſimus: in neutro id efficaciam oſtendit, vt tu magno labore virtutē cōparaſti, & id in pueritia. Genera pronominum ſunt quinque, maſculinum vt hic, fœmininum vt hæc, neutrum vt hoc, cōmune vt ego, & tu. Quoniam perſona loquens aut generis maſculini, aut fœminini non neutri, niſi figurate loqueris ego mancipium ſeruio, ideo non bene tradunt aſſerentes ego, & tu ſunt omnis generis. Omne, noſtras, & veſtras ſicut arpinas, vt in generibus conſtabit. Pronomina in declinatione articularia non ſumunt. Quid enim abſurdius q̄ pronomina (vt aiunt) pronominibus præponere? noſtras autē & veſtras non tanq̄ ꝓnomina aſſumpſere, ſi daretur, ſed quia ſequuntur declinationem nominum tertiæ declinationis. Numeri ſunt duo, ſingularis, vt ego, pluralis, vt nos. Figuræ pronominum ſunt duæ ſimplex vt is, cōpoſita vt idem, quod componitur

Grāma. error.

ex is, & aduerbio demum. Identidem eſt cōpoſitio geminata, & non figura decōpoſita (vt aiunt) & eſt aduerbium, & ſignificat ſæpe, frequenter. Pronomina modis quatuor componuntur, primo cum nominibus vt eiuſmodi, huiuſmodi: ſecundo cum altero pronomine, vt iſtic, iſtæc, iſtoc. Aduertendum tamen eſt hanc compoſitionem non fieri niſi per nominatiuum, accuſatiuum, & ablatiuum ſingulares, & per nominatiuum, & accuſatiuū plurales generis tantum neutri, vt iſtic, iſtæc,

iſtoc,iſtunc,iſtanc,iſtoc,ab iſtoc,iſtac,iſtſtoc. Pluraliter nominatiuo iſtæc,accuſatiuo iſtæc,ſunt qui iſtūc, iſtāc, iſtac,iſtic,& iſtinc ſimplices volunt eſſe figuras,& non ex pronominibus iſte iſta iſtud,& hic hæc hoc connexas. Nam vetuſtiſſimi dixerunt iſtucce; iſtecce, iſtocce, vt hicce,hæcce,hocce,pro quibus nos dicimus iſte iſta iſtud,& hic hæc hoc. Neceſſe igitur erat, vt in quartis caſibus dicerent iſtunce,iſtance,quod quidem dicebāt, paulatim tamen vltimam dementes literam iſtunc,& iſtanc, donec iſtum, & iſtam diximus, iſtic autem, & iſtinc. & iſtac dicimus,vt illic,illinc, illac. Quapropter cum ſimplices ſint voces,neq; cum pronomine hic hæc hoc aliquid connexum habeant nullo modo aſpirandas eſſe iudicant. Tertio cum præpoſitione ut mecum, tecum, quarto cum aduerbiis,aut ſyllabicis adiectionibus,ut egomet, & ſyllabicæ adiectiones ſunt quatuor met,te,ce,pte,quæ extra compoſitionem nihil ſignificant ut egomet,tute,hicce,meapte. Met magis per porrectionem,uel aſſumptionem pronominibus adiungitur, & primæ quidem perſonæ omnibus caſibus, ut egomet,meimet,mihimet,memet, ſecundæ uero perſonæ obliquis ſolis tuimet,tibimet,nominatiuo autem & uocatiuo ideo non iungitur,ne uideatur uerbum tumet,itaq; te breuem ſyllabam pro met ei addunt autores;ut tute,legitur etiam tutemet in accuſatiuo. Lucretius in primo, Tutemet,a nobis iā quouis tempore natum,iungitur quoq; caſibus pluralis numeri abſq; genitiuo,noſmet,nobiſmet, & uobiſmet,tertiæ quoq; perſonæ ſuimet,ſibimet,ſemet,& ſuiſmet. Tacitus ſuiſmet uitiis.Idem ſuiſmet ipſis cædibus ſæuirent. Hæc enim cum met compoſita rurſum componuntur cum ipſe. Cice. pro domo ſua uobiſmetipſis pontifices. Liui. viii capti a ſuiſmetipſis. Cice. ad Atti. me metipſo carendum eſt. Plin. xxxvi. umbra colligeretur in ſemetipſam. Suetonius in Claudio,refrigeratus a ſemetipſo.

Quint. xii. nobiſmetipſis finxiſſe videamur. Pte in ablatiuo quinq; pronominũ inuenimus meapte. i. mea propria, ſic & tuapte, ſuapte, noſtrapte, veſtrapte. Cic. vero in prima Tuſcul. Suopte inquit nutu, & Soli. ſuopte ingenio. Met, & te adduntur pronominibus vel ſignificãtiæ cauſa, vel diſcretionis, quam Græci diaſtolen dicũt, vt Teren. in Adel. Egomet rapui, intelligitur egomet, & non alius, tute ſalutas pro tu ipſe per te, & non per alium. hæc Priſcianus, ſed nõ recte: cum dicendum ſit:

Priſciani error

vt Plinius, & vſus quoq; autorũ comprobat, cauſa emphaſeos, vel ſignificantiæ: quod apertiſſime Terentius oſtendit: egomet quoque eius cauſa in funus prodeo, quaſi dicat ego, qui ſum ſenex, & qui nõ ſum dignus, vt irem, & cui non eſt vtile, & non exponitur ego, & non alius iui: cum multi quoque iuerint: illud Terentii pſaltriam egomet rapui, emphaſin habet: nam vt Priſcianus exponit falſum eſt.

Priſciani error

Nam in re agẽda Syro vſus eſt ſocio: dicatur ergo egomet, qui poterã hoc ſeruis ĩ parare, rapui, & Syri cõſilio pecuniam ſolui. Ce quoq; ſolebãt per oẽs caſus vetuſtiſſimi addere articularibus, vel demonſtratiuis pronominibus hoc eſt ab aſpiratione incipientibus, vt hicce, hæcce, hocce, nunc vero eorundem pronominum caſibus frequenter additur ce, qui in S deſinunt euphoniæ cauſa huiuſce, hoſce, haſce, ſimiliteꝶ dicebãt illicce, vnde illic quaſi apocopa in fine, ſeruat accentum: in Andria Terentius illic eſt huius rei caput. Met, pte ce, te adiectiones ſunt, & pronomina: cum nõ componuntur, vel potius aduerbia inſeparabilia, queãdmodum particulas illas re, con, & reliqua, præpoſitiones inſeparabiles dicimus. Eccum, eccam, eccos, eccas, ellum, ellam, ellos, ellas, pronomina ſunt, & non aduerbia, & ab ecce compoſita ſunt, & ſecum videtur gerere caſum, ſed nõ gerunt: differunt tamen: quod nõ idem eſt dicere ecce & eccum. Ecce naq; aduerbium, licet tã ad mares, q̃ ad fœminas, & vnum,

& plures demonſtrantibus dicere, & noīatiuō ſemper tam exprobrando, q̄ indicādo iungitur, & nō accuſatiuo, quamuis in Bacchid. Plautus dixerit ecce me. Verg. in Bucco. Ecce duas tibi Daphni. Teren. in Adel. Ecce me, qui id faciam vobis: qua dictione cum lætis in rebus, improuiſiſq; repente triſte aliquid interuenit, aut aliqd repētinum, inſperatumq́, ſignificat, vtimur: interdum quoq; in rebus lætis. Ouid. Ecce Corinna venit. Eccum vero nō niſi ad marem, & vnum, & eccā ad fœminam, & vnam: Eccos ad mares & plures, ſic eccas ad fœminas, licet demonſtrantibus dicere. Quæ oīa tam genera diuerſa, q̄ caſus habent accuſatiuos vtriuſq; numeri quos exigit verbum, vide vel aſpice, vel cerne. Teren. autem in Eunucho inquit, ſed ecca ipſa egreditur noſtri fundi calamitas. Quod ſæpe p Eclipſin ſolet intelligi, & hæc reſoluuntur per aduerbia, nō per pronomina eccum ecce hic ſubintellige virum, de quo agebamus: eccam ecce hic fœminā ſubintellige ellum, ellā ecce illic virū fœminam'ue ſubintellige, de quo de qua'ue agebatur Nam vt de homine, qui ante conſpectum noſtrum adeſt, recte dicas, ecce ille, uel ecce ego, ita male loquaris ellum hominem, uel ellum me, & rurſum de longe poſito eccum. Terē. eccum Parmenonem, & eccum me, nō ecce eum quaſi aliquis alius ſit præter hūc Parmenonem: ellum Parmenonem dicētes, non ſic loquimur, quaſi de parum noto, vt ſolemus: cūm dicimus ecce ille Parmeno, quaſi ille tibi incognitus, ſed auditus: ellum Parmenonem ſignificat, ecce illic Parmenonem ſiue Parmeno: & tunc eſt ſubintelligitur: uel ut aliqui tradunt, accipitur eccum ueluti donicum pro donec, quod erat apud antiquos. Perſonæ pronominum ſunt tres, prima ut ego, ſecunda ut tu, tertia ut ille. Quia omnia nomina, & pronomina ſunt perſonæ tertiæ, exceptis ego, quod eſt primæ, & tu, quod eſt ſecūdæ, & uocatiuis caſibus, qui ſunt perſonæ ſecundæ: quia

quidquid uocamus, ad id ſermo dirigitur, & id oĩno alloquimur, non tamẽ quidquid alloquimur id omnino uocamus. Præterea ad quæ ſermo dirigi non poteſt, ea prorſus uocatiuis carent, eiuſmodi noĩa ſunt interrogatiua, relatiua, infinita, partitiua. Perſona pronominis eſt accidens, quod de agentis qualitate loquitur Prima & ſecunda perſona ideo unica tantum habent pronomina, qm̃ ſemper inter ſe præſentes ſunt, & demonſtratiuæ. Tertia uero perſona, ideo plura habet pronomina, quia modo monſtrat, ut hic, modo refert, ut ipſe, modo præſens, & uicina eſt, ut iſte, modo abſens, & lõge poſita ut ille. Caſus pronominum ſunt ſeptem, excipiuntur tu, meus, noſter, & noſtras, quæ dũtaxat ẽ pronominibus uocatiuum habẽt, quia ſecũdæ pſonæ præſenti adiungi poſſunt. Alia uero poſſeſſiua pnomina, qa ſecundæ perſonæ iungi nõ poſſunt, uocatiuo carẽt, nec ad ea ſermo dirigitur. Sciendum eſt, quòd pnomẽ tunc habet uocatiuum, quando eſt exclamatio dolendi in numero plurali, & non ſingulari, uti Donatus, Diomedes, & Palæmon præcipiunt, ut o nos felices. Ipſe potius affirmo eſſe interiectionẽ, q̃ exclamationẽ dolẽdi utroq; in numero. Oui. in. vi. O ego ter felix. Modi declinandorũ pronominũ ſunt quatuor. Primus format genitiuum in I, uel is, ut ego mei, uel mis, excipitur ſui, quod nõ facit ſis ad differentiam uerbi ſis, nec ſi, ne cõiunctio uideretur. hoc Priſcianus & nonnulli. Tu uero dicas, ut ſuperius, quod ſis ex uſu, ut mis & tis exceſſit; Secundus format genitiuum in ius, & datiuum in I ut ille illius illi, excipitur Hic, quod facit huic ad differentiam hui interiectionis. Tertius in I, & æ diphthongon format genitiuum, ut mei meæ mei. Quartus in tis iuxta tertiam declinationẽ, ut noſtras noſtratis. Sciendum eſt non declinationem, ſed ſignificationem facere partem orationis, ideo meus mea meum, quis habeat declinanem nominis nõ eſt nomen, ſed pronomen, ſic de par-

Donati, Diome. & Palemonis error.

Priſcia. nõnullorũ error

ticipio eſt dicendum. Ipſe ipſa ipſum, ideo non facit ipſud in uoce neutrali ſicut iſtud, quia ueteres dicebant ipſus ipſa ipſum. Terent. ipſus mihi Dauus dixit. quod Sui mihi nō placet, nam dicitur alius alia aliud nō aliū. caret noīatiuo, quia reciprocum eſt, id eſt in ſe reflexū, & reciprocatio non fit in recto, ne eadem perſona in una uoce agat, & patiatur a ſe, uel ab alio, cū tranſitiue dicitur præceptor rogat, ut ſui cauſa interſis lectioni, & præceptor amat ſe, unde nō recte dixeris cōmendo Antoniū, ut opituleris ſibi. Nā alius eſt, qui cōmendat, & alius qui cōmendatur, & ſui reciprocū eſt, & ideo recto caret, quia uox, quæ reciprocationē i reflexum recipit ſemp eſt obliqua. Dicamus ergo cōmendo tibi Antonium, ut ei uel ipſi opituleris, item cōmendo Antoniū, ut eius, uel ipſius cauſam defendas, caue dicas cauſam ſuam. Pronoīum declinationem nunc ſequuntur noīa octo unus, totus, ſolus, alius, ullus, & ab hoc compoſitum nullus, uter, alter, & ab his cōpoſita, uterq;, alteruter, quæ apud antiquiſſimos ſecundum adiectiua trium uocū terminabāt genitiuos, & datiuos. Teren. tā iners, tā nulli conſilii ꝑ nullius. Idē, dum loquitur alteræ ꝑ alteri. Idē, ſolæ mihi ridiculo fuit pro ſoli. Cic. ii. de diuinat. aliæ pecudis, & ad Her. nō res totæ rei neceſſe eſt ſimilis ſit ꝑ toti, & cui cuimodi pro cuius cuiuſmodi. Ci. pro Sexto Roſcio, uereor enim cui cuimodi eſt Roſcio. iuniores uero ſecūdū ꝓnoīa flectūt, ſed in neuter magis ſequuntur declinationē noīum, ut Priſc. quod eſt falſum. Frequētius enim legitur neutrius in genitiuo, & neutri in datiuo, q̄ neutri neutræ neutri. Val. ix. neutrius nunq̄ niſi excuſſæ. Ci. ad Atti. xii. fructum aūt neutrius. Idē viii neutri Scopos eſt ille. Stat. x. neutri fiducia cœpto. q̄d hæc ſunt noia ꝓbatur. Oia ꝓnomina, qualitate, & quātitate carēt, & loco ꝓprioꝝ, quæ ſunt indiuidua, hoc eſt nihil cōmune, uel generale habentia, accipi ſolēt. Vnius igitur, & reliqua cum ſubſtan-

Grāma. error.

Priſciani error

tiam infinitam,& qualitatem generalẽ ſignificant neq; loco propriorum finitiuorũ accipiantur, ſine dubio nomina ſunt,& appellatiua,ſimiliter illa,quæ infinitã qualitatem ſignificat,ut qualis,talis. Quomodo enim infinita uel interrogatiua pro nominibus accipiuntur ꝓprius; quia interrogationem ipſius propriæ uniuſcuiuſq; ſubſtantiæ,uel qualitatis,uel quantitatis ſignificant. Quis quáuis ſubſtantiam ſine aliqua certa qualitate demonſtret,nomen eſt:ſed inter pronomina, & nõ inter noĩa poſuere. Quia pronominum quorundam declinationem imitatur:& omnibus perſonis promiſcue coniungi poteſt:ideo pronomen infinitum a ueteribus appellatum eſt ad infiniti uerbi ſimilitudinem:quod itẽ cum nullam perſonam habeat, omnibus iungi perſonis ſine diſcrimine poteſt. Hoc enim intereſt inter ſubſtantiam illam,quam ſignificant pronomina:quod illa pro ſpeciali,& propria uniuſcuiuſq; accipiuntur ſubſtãtia,quæ demonſtratione præſentium, & relatione abſentium perſonarum intelligitur. Hoc autem generalem,& infinitam ſubſtantiam,quæ pertinet ad uniuerſarum rerum genera, & ſpecies,& partes demonſtrat. Quo modo igitur numeros, & quantitates inter ſpecies qualitatis nominum accipimus: ſic etiam infinitam,& generalem ſubſtantiã,quæ eſt in hoc nomine quis uel qui,& quæ ex eo cõponuntur in hoc eſſe dicimus qualitatem, habet igitur etiam qualitatem, quam deſiderat nomen. Pronomina loco propriorum accipiuntur nominum, finitasq;,ac certas exigũt ſibi perſonas,quas nullum ex ſupradictis habere poteſt noibus. Interpretantes quid ſit talis,uel tãtus dicimus ſimilis huic, de quo loqmur: ergo cum adiungimus ſubſtãtiam qualitati nomen demonſtramus eſſe: ſunt ergo nomina non pronomina. Vis enim & ſignificatio cuiuſque partis non declinatio eſt conſideranda. Sciendnm tamen eſt:quod talis,& tantus,& tot ſi ad præſentes dicantur, etiam demonſtra-

tiua ſunt:ſin autem ad abſentes,relatiua , uel redditiua tantum,ut qualis Hercules,talis Theſeus fuit. Notandum eſt:quod hoc nomen unus una unum,iũgitur etiã nominibus ſingularem numerum habẽtibus. Cæſar cõmentario primo unos ex omnibus Sequanos : & commentario quarto unis Sueuis concedere & cõmentario ſexto,qui uni è Gallia miſerant. Cice. rhetoricorum tertio,ſimilitudines unæ rerum,alteræ uerborum.

De Verbo.

Verbum eſt pars orationis declinabilis cum tempore,& perſona ſine caſu,aut agere aliquid,aut pati, aut neutrum ſignificans ob imperſonale,quod proprie nec actionem,nec paſſionem ſignificat:& diximus ſine caſu ob infinitum,quãdo in nomen tranſit ut tuum ſcire:cum tempore ad differentiam nominum tempus ſignificantiũ ut dies,menſis,& ſimilia:& dicitur a uerbero. Aere nanq; intra palatum uerberato promitur oratio,& hoc antonomaſtice,id eſt per excellentiam,licet hoc Quintilia. reprobet:uel dicitur uerbũ quaſi uerum, ut Var quod eo cuiuſq; tam affirmatiuæ , q̃ negatiuæ præpoſitionis veritas exprimatur. Verbo accidũt octo, genus,tempus,modus,ſpecies,figura,coniugatio,perſona cum numero. Ideo dicitur cum numero & nõ numerus. Quoniam numerus quandam habet affinitatem cum perſona , & per variationem perſonarũ cognoſcitur. Eſt quoq; ſciendum:quod ideo primo ponitur genus : quoniam verbi dicit ſignificatum ; quod ſequitur tempus:ſignificatũ enim verbi eſt cũ tempore , & quidquid ſignificat cũ tẽpore,ſtatim eſt ſub aliqua animi inclinatione.i.modo. ſpecies præcedit figura, ſicut quale prius eſt quanto . Coniugatio cum ſolum cognoſcatur per finem , qui eſt vltima cauſarum in executione nouiſſime collocatur . Sed quoniam id , quod eſt cum re, eſt magis annexum ei,q̃ id,quod eſt præter rem:idcirco hæc omnia ſunt priora perſona,& numero exiſten-

Verbi acciden tiũ ordo.

tibus præter rem, & ſignificationem ſui verbi. Verborum genera, quæ ab aliis naturæ, a quibuſdam qualitates, a multis ſignificationes nuncupantur: ſed non proprie. Significatio nanq; eſt ꝓprie verbi actiua, vel paſſiua ſicut ſubſtantia: genus vero eſt tanquã accidens per vocum diſcrimina: ſunt quinque: actiuũ vt audio: paſſiuum vt audior: neutrum vt ſedeo, commune vt largior: deponens vt lætor: & ideo verbi genus, quod græce diatheſis dicitur, diffinitur eſſe qualitatẽ, qua varia eius natura terminatioq; demonſtratur. Actiuum dicitur ab ago, cuius participium paſſiuum eſt actus, a, um: genitiuo acti, addita uus fit actiuus: quia ſignificat actum. Paſſiuum vt patior. Actiua ideo prima proferuntur, quòd cauſa naturaliter præcedit effectum, & primo genitum deriuatum, & actio paſſionem, quæ eſſe non poteſt, niſi ſit actus: q ergo agit, incipit: qui vero patitur, ſequitur.

Quorũdã error

Grãma. error.

Neuter a neuter neutra neutrũ, qa nec actiuis, nec paſſiuis congruit, & nõ dicitur (vt aiunt) quod nõ ſignificat actionẽ, aut paſſionẽ, vel quod non ſit actiuũ, nec paſſiuum. Nã ſi hoc eſſet, deponens quoq; neutrum diceretur. quod eſt falſum, quamuis ſint aliqua, quæ nec agũt aliquid, nec patiuntur vt ſto, iaceo, cubo, ſedeo, hæc ſunt in nulla actione, nec paſſione, alia Semineutralia ab vſu dicta habent actionem, & paſſionem, vt certo. pugno, non tamen vocem paſſiuam ab actiuo formatã. Aliqua patiuntur, non agunt vt vapulo, Aro, ſemino, & ſimilia, nec recte actiua, nec paſſiua ſunt dicenda ſed media inter vtraq;. Nam cum paſſiua faciant, neutra non ſunt, rurſus quia non in oĩbus perſonis, ſed in tertiis dũtaxat, recte nõ videntur actiua, ideo merito media nuncupantur; & neutrum accepta R litera latinum non eſt. Cõmune, quia tam actionem, quàm paſſionem ſignificat. Deponens, quod terminatur R litera; & ea amiſſa latinũ nõ eſt, dicitur a depono, quia vnã deponit ſignificationẽ & alterã per ſe retinet vel actiuã vel

paſſiuam,qua vna depoſita ſignificatione a cõmuni ſeparatur vt ſequor,& lætor,vel qa deponunt(vt aiunt) vnũ participiũ in dus,ſed in participiis aliter dicemus, vel quod ſignificationem quandoq; paſſiuam deponit, quam vox ſua demonſtrat. Tẽpus & ſi (vt philoſophi dicunt)ſit indiuiduum,nos tamen in partes diuidimus, ſed non tam ipſum tempus,quàm actiones noſtras per tẽpora diuidentes,quia verbum non ſignificat tempus, ſed actionem,vel paſſionem,quæ ſunt in tempore. Eſt enim tempus in verbo ſecundum grammaticos diuerſi actus in tempore ſignificatio,vel proprietas ſignificandi actum præſentem,præteriti & futurũ,& ea tempora:quãtũ ad nos attinet, tria ſunt,præſens,præteritum, & futurum. Præſens ſiue inſtans,ideo aliis præponitur tẽporibus,& primũ obtinet locũ; quòd in ipſo ſumus, dum loquimur de præterito,& futuro. Præſens eſt ſpeciei pronunciatiuæ,cum quod maxime agimus,pronũciamus. Præteriti tres ſunt differentiæ imperfecta,perfecta, & pluſquamperfecta. Præteritum imperfectum eſt ſpeciei inchoatiuæ, cum quod agimus non perficimus,ſed agere deſinimus,quãuis tunc agebamus,ideo inchoatiuũ a quibuſdam dicitur. Præteritũ perfectum, uel abſolutũ eſt ſpeciei exactæ, cum actum perficimus, & agere deſinimus. Præteritũ pluſquamperfectum eſt ſpeciei recordatiuæ,cum quod egimus,inueterauit, & ideo obliteratiuũ dicitur: cum præterito cõparatur. Futurum,ſiue Venturum eſt ſpeciei promiſſiuæ: ideo promiſſiuũ uocat Palæmon. cum nondum agere inſtituimus,uerum acturos pollicemur. Tempus eſt uiciſſitudo mobiliũ rerũ,uel menſura quædã noſtrorum actuũ, uel eſt menſura motus ſecundum prius & poſterius, ut Ariſt. iiii. phyſi. Modi uerborum ſunt qnque Indicatiuus. Impatiuus,optatiuus,ſubiunctiuus,& infinitiuus. Diome.uero,& Ser.addunt gerũdiũ,qđ ex omni verbo pſecto pcreatur,ſed non recte. Nõ enim habet tẽpora ut

Diomedis & Seruii error.

modi,nec varios animi affectus demonſtrat. Modus in verbis, quem Quintil.appellat qualitatem,eſt diuerſa inclinatio animi varios eius affectus demonſtrans, & dicitur a motu:quod vnus mouetur in alterum. Indicatiuus,vel diffinitiuus,ſeu finitiuus,vel pronũciatiuus eſt, quo indicamus,vel diffinimus vel pronunciamus,quid agitur a nobis,vel ab aliis:qui ideo primus ponitur:qa perfectus eſt in omnibus tam perſonis, ꝗ temporibus: vel quia ex ipſo omnes modi accipiunt regulam: & qa ipſa prima eſt poſitio verbi,quæ videtur ab ipſa natura eſſe prolata,& quia ſubſtantiam,ſiue eſſentiam rei ſignificat,quod in aliis modis non eſt. Neq; enim qui imperat,neque qui optat, neque qui dubitat in ſubiunctiuo ſubſtantiam actus, vel paſſionis ſignificat, ſed tantummodo varias animi voluntates de re carente ſubſtantia: vt ſit indicatiuus,qui niſi ſit prius motus, nõ poſſumus ſcire quid imperemus,aut optemus: & habet quinque tempora diſtincta,præſens vt amo. præteritum imperfectum amabam,præteritum perfectum amaui,præteritum pluſquamperfectum amaueram,futurum amabo: & dicitur indicatiuus: quia indicat rem eſſe, vel fuiſſe, vel futuram eſſe. Imperatiuus,qui a multis Percontatiuus dicitur,nuncupatur, quia non eget auxilio alterius partis ad plenam ſignificationem,licet per tẽpora naturaliter deficiat: per eum tamen aliis imperamus,ꝗ vel in præſenti ſtatim volumus fieri ſine aliqua dilatione, vel in futuro. Non ſolum enim illi, qui nondum cœpit, imperantes vtimur præſenti tempore imperatiui, ſed etiam qui cœpit, & in ipſo actu eſt, vt permaneat in eodem:vt qui cœpit verſum legere, dicat lege vſq; ad finem:& non habet primam perſonã: quia imperãs naturaliter ab eo,cui imperat:& diuiditur:prima igitur perſona eſt:quæ loquitur:ipſa ſibi imperare nõ poteſt: ſed ad ſecundam loquitur perſonã:& tertiam in vtroq; numero:vt Aug. & Diomed.aiunt & merito:niſi hor-

Quorũdã error

tatiue

tatiue ponitur in prima perſona plurali : ſic etiã de prima perſona plurali futuri eſt intelligendum, quãuis imperatiuum primam habere perſonam pluralem, & non futurum Seruius contendat. qui modus interdum apud autores pro orãte, & precãte, vti Iuno Lucina fer opẽ, & implorante ponitur. Verg. Muſa mihi cauſas memora, & ideo ab Ariſto. Deprecatiuus dicitur, & a multis Hortatiuus. Notandũ eſt: quod antiq vſi ſunt hoc modo ad deprecationem, conſecrationem, & inuocationem vt dicite Pierides, poſtremo ad imperia : & ideo ab Herodiano dictus eſt Imploratiuus, Inuocatiuus, Oratoriuſq; : & habet duo tempora præſens vt ama: futurum vt amato : ſed in tertia perſona plurali habet amanto, & nõ amantote : licet Dio. & nonnulli præcipiant: nunq̃ enim legitur. Per imperatiui præſens imperamus aliquid è veſtigio fieri, vt o puer lege. i. fac vt ſtatim legas: per futurum vero imperamus aliquid in poſterum faciendum, atq;, vt ita dicam, in perpetuum vt ſi vis eſſe doctus, legito libros, ideſt fac vt ſemper legas libros: inuenitur tamen apud autores futurum pro præſenti. Terent. in Heaut. loquitor paucula, & in Adel. de te largitor puer, pro eo quod eſt loquere, largire. Ver. in quinto, Primus equum phaleris inſignem victor habeto pro habeat; & paulo inferius, Tertius Argolica hac galea contentus abito pro abeat: quem ſermonem nonnulli conſueuerunt mandatiuum potius, quàm imperatiuum dicere: quoniam præſenti tempore imperare ſolemus vt fiat, in futurum vero magis mandare : caret hic modus præterito: quia nemo quod factũ eſt, vt infectum habeatur, imperat: neque vt factum ſit, quod factũ non fuerit. Optatiuus ab opto, qui & Deſideratiuus dicitur, & Obligatiuus; quia eget aduerbio optandi, vt perfectum ſignificet ſenſum, interdum legitur ſine aduerbio optandi, Luca. Dii viſa ſecundent, & qui optat inferior videtur eſſe imperante, & habet quinque

Seruii error.

tempora præſens, & præteritum imperfectum ſimul, vt amarem; præteritum perfectũ & pluſquamperfectũ ſimul vt amauiſſem, futurum per ſe, vt amem. Subiunctiuus a ſubiungo, qui & Cõiunctiuus, Conceſſiuus, & Adiunctiuus dicitur: quia uon modo eget aduerbio, vel coniunctione, uerũ etiam altero uerbo, ut perfectũ ſignificet ſenſum, ut cum legerem, quare me ſcribere dicis? & modis oĩbus ſociari poteſt: quidã Dubitatiuum appellauerunt. Ipſa nanq; dubitatio ante ſe eſſe indicatiuum confitetur. Nam ſi dubitationem tollas, non eſt opus ſubiunctiuo re certa, ſed indicatiuo: & apud Græcos habet tempora coniuncta, non tamen apud nos: & ſunt, quinque diſtincta præſens, vt amem, præteritum imperfectum ut amarẽ, præteritum perfectum ut amauerim, præteritum pluſquamperfectum, ut amauiſſem, futurum ut amauero. Subiunctiuus cum alterius uerbi intellectu ſæpe ponitur. Horat. Quis Martem tunica tectũ adamãtina digne ſcripſerit? pro ſcribere poterit: & nõnunq̃ ꝑ optatiuo. Verg. Hac Troiana tenus fuerit fortuna ſecuta. Infinitiuus ab in & finio. i. nõ finitus: qa nec perſonas nec numeros diffinit, uel quòd nihil finite cõprehendit niſi aliquo alio modo ſit finitus, demonſtramus: & Imperſonatiuus: quia nulli numero perſonæ'ue deſeruit, ut Gellius, ut amare. dicitur quoq; Inſignificatiuus: quia per ſe nihil ſignificat ſine aliquo uerbo. Perpetuus etiã nõ imerito appellatur: ſiquidẽ ppetuũ eſt, quod finẽ nõ habet, ut amare: ſed pro præterito impfecto indcatiui apud poetas, & hiſtoricos nonnunq̃ ponitur cauſa maioris aſſeuerationis, feſtinationisq; motus, & tunc habet ante ſe nominatiuum, ut ego amare pro amabã. Plin. uero in ultima epiſtola ſecũdi, medicos hortari, rogare ait ꝑ hortabatur, & rogabat. Idẽ in. vi. lib mater orare, hortari, iubere quoquo modo fugerã. Cice. iii de Offi. ſtomachari Canius pro ſtomachabatur, & in. ii. hoc ꝑimo incredibile nobis ui

deri, omneſq; mirari prouideretur, & miraretur: quis ne Grāma.
gabant legi apud oratores, & in paſſiua flexione er ſyl error.
bam ueteres crebro addiderunt, ut accuſarier pro accu-
ſari. Infinita quidam inter aduerbia magis ponenda cen-
ſuerūt: quòd nec numeros, nec perſonas, nec affectus,
animi certos habent, & egent ſemper aliis uerbis: ſicut
aduerbia: dicimus eni legere ſtudeo: infinitus eget uno
ex ſupradictis modis, ut aliquid ſignificet perfectum: &
habet quinque tempora præſens, & præteritum imper-
fectum ſimul ut amare: perfectum, & pluſquāperfectū
ſimul ut amauiſſe, futurum ut amaturum eſſe, & non
amatum ire ſicuti tradunt, ut in ſuo patebit tractatu. Grāma.
Modi ſæpe quoq; uariantur. Nam indicatiuus pro im- error.
peratiuo: ut alternis dicitis: & ſubiunctiuus pro impera-
tiuo. Teren. Credo deſinas, quo modeſtius utimur: pro
imperatiuo poſitus eſt indicatiuus. Horat. poſitum ſer-
uabis onus. Donatus modū ponit impſonalē, ſed non Donati
recte. Impſonale nanq; uerbum habet modos ut per- error.
ſonale: iure igitur inter modos nō locatur. Nōnulli alii
gerundia, & ſupina inter modos enumerant, ſed ſatis
ſuperflue cum infinito ſicut declinatio caſui ſubiician- Nōnul-
tur ſupina: gerundia uero participio ob declinationem, lorū er-
& caſum, & quem regunt ut liquebit in ſuo tractatu uel ror.
ideo hoc ponūtur ordine animi inclinationes. i. modi.
Quoniam a uariis illius uirtutibus ſumuntur, ut a ratio Modo-
nabili indicatiuus. Ratio nanque mouet, ut oſtēdamus rū ordi-
alicui, quæ uelimus. Sumitur ergo indicatiuus à digniō- nis rō.
ri, & perfectiori: id eſt ratione, quæ præcedit iram, ſic
indicatiuus imperatiuum, qui ſumitur ab iraſcibili. Cum
enim imperamus cum quodam motu iraſcibili impera-
re uidemur: mox concupiſcimus, & a concupiſcibili eſt
optatiuus. Nam quod cupimus, optamus: inde eſt
ſubiunctiuus, qui & dubitatiuus uocatur. Quoniam in
deliberando, quomodo optabile fieri debeat, animus
dubitat, & ſubiungit infinita, quæ nihil facit finitum;

niſi aliquo alio modo ſint finita. Sciēdum eſt, ideo optatiuum, & infinitum, & non alios modos habere tempora coniuncta. Nam optatiuus, & infinitus ſunt expreſſiui actuum virtutis concupiſcibilis, quæ ſemper cum alio coniungitur. Hoc quoq; nō ſubticendum, modos non eſſe coniunctos, ſicut & tempora. Nanq; modi ſignificant animi inclinationes, quæ per ſe diuerſæ ſunt. Sciendum quoq; vnum eſſe tēpus præſens, & non tria ſicut præterita, quoniam vt Ariſto. iiii. phyſico. de tempore habemus niſi nunc; & nunc eſt temporis indiuiſibilis. Species verborum ſunt duæ primitiua, quæ & Primigenia vocatur vt cœno: deriuatiua vt cœnaturio. Figuræ verborum ſunt duæ ſimplex quæ eſt accidens, quod ſolam, puramq; dictionem oſtendit, vt cupio, & compoſita vt concupio. Verba componuntur modis quatuor, aut ex duobus integris vt repono, aut ex duobus corruptis vt ſufficio, aut ex integro & corrupto vt incipio, aut ex corrupto & integro vt pelluceo a per & luceo R in L mutata: componitur frequenter cum præpoſitionibus vt cōdo, aut cum duabus præpoſitionibus, vt recondo, & nonnunq̄ cum altero verbo vt calefio, vt Priſcian. ſed male. Nam a caleo calidus, a quo, & facio calefacio venit literæ affinitate. Non enim caleo facio nec calere: uel calentē, ſed calidum facio dicitur: aut cū nomine vt tantifacio, aut cum præpoſitione, & verbo vt perterrefacio, aut cū aduerbio vt maledico. Pleraq; tamen reperiuntur compoſita, quorum ſimplicia non inueniuntur, vt aſpicio ab A, & ſpecio verbo antiquo: Coniugationes verborum, quas Græci συζυγίας vocāt, ſunt quatuor. prima profert ſecundam perſonam præſentis As, vel aris vt amo amas, & amor amaris. Secunda in es, vel eris productam vt doceo doces, & doceor doceris. Tertia in Is, vel eris breuem vt lego legis, & legor legeris. Quarta in is, vel iris longam, vt audio audis, & audior audiris: & dicitur non a coniungendo

Priſciani error.

Grāma. error.

(vt aiunt)ſed a coniugando: quia plura declinatorum genera ſub vno iugo comprehenduntur, vel ad vnum iugum contexuntur:& eſt conſequens verborum declinatio,& cognoſcitur in ſecunda verbi perſona,& imperatiuo,vel potius in infinito palato,& auribus indicantibus Hoc non eſt ſubticendum tertiam coniugationem habere E in ſecunda perſona imperatiui, & in infinito ere:vt lege legere:quartam vero I,& in infinito ire vt audi audire. Ratio vocalium oſtendit coniugationum ordinem: A primam, E ſecundam: I tertiam breuem, quæ in flectendo vertit in e,vt legis legeris vel legere: cum I reſtat,oſtendit quartam coniugationem lõgam: tertia præcedit quartam. Breuis nanq; ſyllaba fuit prior longa: & quia vocales ſunt digniores conſonantibus: ideo per eas coniugationes diſtinguuntur. Sum vero ſubſtantiuum verbum, quod Græci hyparcticon vocant, eſt coniugationis nullius: quia anomalum eſt; & non ſequitur regulam alicuius coniugationis, & ſunt quatuor ſum,volo, fero & edo, & dicuntur anomala: quia inæqualitate & varietate ſua aliorum regulam nõ ſequuntur. Anomalum enim græce per, O ſignificat ſine lege,& dicitur ab A quod eſt ſine,& νόμος lege: vel anomalum per A in ante penultimam inæquale. A malon enim inæquale dicitur: ſignificat quoq; anomalon aſperum,varium, & ſine planitie. Perſonæ verborum ſunt tres: prima eſt quæ dicit,vt amo: ſecunda cui dicitur,vt amas,tertia de qua dicitur, vt amat:vel loquens, audiens,& remota: ſed prima perſona non indiget caſu,ſed admittit plerunq; nominatiuum, vt vocor Ioanhes,& innocens caſtigor. Secunda perſona trahit vocatiuum,vt verberaris ignaue. Tertia trahit noĩatiuum,vt ſeruit tuus frater. In prima,& ſecunda perſona certa finitur perſona,& non eget diuerſis vocibus: quia ſemper præſentes ſunt inter ſe,& demonſtratiuæ, vt ſi dicam canto,vel cantas perſonam cantantis oſtendo: &

grauiores ſententiæ incipiunt a ꝓnoīe ego vel tu:quia tacita eſt pſona:nec oportet nos dicere ego canto pſoſona expreſſa:niſi voluero me magis cantaturū oſtendēre q̃ cæteros in tertia vero nō finitur,niſi adiūgas ei nomen,vel ꝓnomen,vt ſi dicam cantat, incertum eſt quis donec addā ei nomen,vel pronomen:& ideo tertias pſonas infinitas dicit Apollonius,cum plurimas habeāt diuerſitates. Prima pſona præponitur aliis:qa ipſa loqtur,& p eam oſtenditur ſecunda,ad quam loquitur, & tertia,de qua loquitur:niſi enim prima pſona ſit, quæ proferat ſermonē, aliæ eſſe non poſſunt: & quòd iſta ſine aliis inueniri poteſt,cum ſecum aliqs loquitur,illæ autē ſine iſta nō inueniūtur. Perſona eſt rationalis ſubſtantia, quā ſermo exercetur. Numeri verborum ſunt duo:ſingularis vt amo:pluralis vt amamus: amauere ꝓ amauerunt,qdā dixerūt eſſe dualē,ſed vt Quint.apud noſtrorum neminem hæc obſeruatio reperitur. Verg. in primo: Aduenere locos: & in ſecundo Conticuere oēs. Amare cuius numeri?nullius, & perſonæ nullius: quia oia infinita imperſonalia,& ſupina numeris, & pſonis carent. Noīatiuus cum uerbo in duobus congruit in perſona,& numero, ut diſcipulus legit:& noīatiuus ſemp regitur a uerbo. Regi aliam dictionem ab alia nihil aliud eſt,q̃ eſſe appendicē illius,ut in ordine cōſtructionis aliquid ſignificet:ſed cum uerbum, ut Ariſt.ſit orationis forma,neq; ſine uerbo poſſit eſſe illud,quod Græci vocant ἀξίωμα, quod Bœotius Enuntiationem. Ci.in prima Tuſc.Pronunciatum.Var.ꝓfatum, & Proloquium interpretatur:quod eſt ſententia noīe, & uerbo conſtans,vt Ioānes cōponit opus: conſequens eſt, ut oēs partes orationis a uerbo regantur immediate,ut ita dicam. Accuſatiuus uero regitur ex vi tranſitionis, ut amo filios,uel a parte anteriori ex infiniti natura, ut me recedere oportet, uel media præpoſitione, ut eo ad lectionem, uel ex ui ſynechdoches a nomine adie-

ctiuo, vt niger oculos, vel verbo, vt expleri mentē nequit, vel a participio, vt ſinus collecta fluentes. Relatiuum cum ſuo antecedenti in tribus cōgruit in genere, numero, & pſona, a qua nullo pacto diſcordat: qm̄ relatiua, ſicut adiectiua pſona deficiunt: ſed vbi antecedenti adhæſerint, antecedētis accipiunt pſonam, vt diſcipulus q legit, ſtudet. Hic q̄ritur cur non conuenit in caſu. Quia relatiuum, & antecedens nō vno & eodē reguntur verbo: & varie verba cōſtruuntur & dicēdo ego, q lego, cāro nō cōcordat in caſu. Nam eſt ex natura verbi nō relatiui. Notādum eſt: quòd dicimus noīatiuus concordat cū verbo, vel diſcordat caue dicas concordatur, & diſcordatur. Concordo nanq; neutrum eſt: nec etiā dicimus cōcordo Ioānem cum Andrea, ſed ego cōcordo per Petrum. Ouid. Per me cōcordant carmina neruis: dicitur quoq; noīatiuus diſcordat a uerbo. Quint. Confirmanda vox eſt ne ab oratione diſcordet. Tacitus vero cum quis æternum diſcordant cum ablatiuo dixit. Terent. in And. q ſcis eos nunc diſcordare inter ſe? Hiero. hoſtili inter ſe diſcordent odio: abſolute. Col. de apibus familia nimia licētia diſcordat. i. in diſcordia eſt. Adiectiuum cū ſuo ſubſtantiuo in tribus cōgruit in genere, numero, & caſu, vt vir doctus amat virtutem.

¶De Formatione Temporum.

PRima pſona præſentis indicatiui nō formatur aliunde cū potius ipſa gignit ex ſe reliqua oīa tempora. Eſt enim hæc ita in verbo, vt in noie rectus, & ſicut gignendi caſus in noie nobis oſtendit quotæ declinationis eſt nomē, eodē modo ſecunda pſona præſentis indicatiui: quæ primum diſceſſit a verbi poſitione oſtēdit quotæ cōiugationis eſt verbū. primæ itaq; cōiugatiōis poſitio mittit ſecūdā pſonā o mutata i as, vt amo amas: ſecunda vero o mutata in es, vt doceo doces: eſtq; minor vna ſyllaba: tertia tñ cū in io deſinit o mutata in s, facio facis: eſtq; minor vna ſyllaba: alia vero quacunq;

litera præcedente O mutata in Is, vt ſcribo is, quartæ cõiugationis io, vel eo mutatis in is, vt audio audis eo is: tertia perſona fit S finali ſecundæ perſonæ mutata in T, vt amas amat: prima perſona pluralis fit mu interpoſita inter S finalem ſecundæ perſonæ, & præcedentem vocalem, vt amas amamus: ſecunda perſona fit ti interpoſita, vt amas amatis: tertia perſona in prima, & ſecunda coniugatione fit a tertia perſona ſingulari N interpoſita inter T finalem, & vocalem præcedentem, vt amat, amant: in tertia vero, & quarta primæ poſitionis O finali mutata in unt, vt lego legunt. Omne præteritum imperfectum in prima & ſecunda cõiugatione fit remota S ſecundæ perſonæ indicatiui, & addita bã, vt ama amabam, doce docebã: in tertia, & quarta coniugatione mutatur O primæ perſonæ in E longam, & addita bam, vt legebam: audiebam: ſed poetæ metri cauſa nonnunquã remouent E literam a medio. Verg. Auroq; polibat pro poliebat: excipitur ibam cum compoſitis: quæ formantur, vt verba primæ, & ſecundæ cõiugationis: M mutata in S & T, vt amabas, amabat: primæ perſonæ plurali additur us, vt amabamus: M verſa in tis, & in nt amabatis, amabant. Omne præteritum definit in I, vt amaui: quomodo vero formatur in præteritis patebit addita ſti, vel T, vt amauiſti, amauit: in plurali aſſumpta mus, vel ſtis vt amauimus, amauiſtis, tertia eiuſdem numeri fit I finali verſa in E, & accepta runt, vel re, vt amauerunt, vel amauere: hoc tempus recipit abſciſſionem & in carmine, & in proſa oratione in verbis maxime primæ coniugationis mittentibus præteritũ in aui: recipit autem prima coniugatio: in ſecunda perſona ſingularis numeri, & in ſecũda, & tertia pluralis, vt amaſti, amaſtis amarunt: pr[illegible]aui, quod eſt abſciſſum a lauaui. verba vero tertiæ & quartæ facientia præteritum in iui in omnibus perſonis recipere poſſunt, vt ſapii ſapiſti ſapiit, ſapiimus ſapiiſtis ſapierunt,

vel ſapiere : in quibus compoſitis ab eo is fit ſemper abſciſſio, vt redii potius, quam rediui, ſic præteriuadii, inii, perdii, & ſimilia : & eodem modo de reliquis perſonis vtriuſq; numeri duplex I abſciſſorum poſſe per ſyneręſin coire in vnum I longum, vt ſapiſti pro ſapiiſti. Mart. Nubere vis Priſco, non miror, Paula ſapiſti, ſic & poliſti, & poliſtis, noſti pro nouiſti per ſyncopen, & noſtis pro nouiſtis. Verg. Acceſtis ſcopulos, & in. iiii. admorunt ubera Tigres : & in ſexto direxti tela. & Proper. duxti ſuſpiria motu, & Catullus non orbum luxti pro luxiſti. & Horat. in ſecundo ſer. euaſti credo, & Ouid. in. xi. pars admonet abſtit pro abſtitit. Præteritum pluſquam perfectum formatur à præterito mutata I in E, & addita ram rim & ro, vt amaueram amauerim amauero, in his, & reliquis temporibus de formatione primæ perſonæ breuitatis cauſa dicam, cum reliquas, quiſq; facile formet. Amaueram hoc tempus recipit abſciſſionem in iiſdem ferè verbis, in quibus præteritum perfectum recipit : ſed hoc in omnibus perſonis, vt amaram, amaras, amarat, amaramus, amaratis, amarant. Horat. in ſer. in ſecreta remorant pro remouerant metu cauſa : proſa non admitteret, & in. iiii. carminum me ſurpuerat mihi, pro ſurripuerat, & alibi ſurpite morti : amorim recipit quoq; abſciſſionem. Silius finibus vnquam amorim Auſoniis. Horat. in. ii. ſer. qui me amorit. amauero eas, quas amauerim recipit abſciſſiones. Futurum fit à ſecunda perſona præſentis expuncta S, & addita bo in prima & ſecunda coniugatione, ut amabo docebo : in tertia, & in quarta mutata O primæ perſonæ indicatiui in am vt legam, audiam, excepto ibo cum compoſitis : antiquiores quoq; ad horum ſimilitudinem variab nt in futuro verba quartæ coniugationis, vt audibo. Propert. Lenibunt tacito vulnera noſtra ſono : ita ſcibo, & experibor ſæpiſſime lectitantur apud autores. ſecunda imperatiui fit à ſecunda indicatiui remota S in

prima ſecunda: & quarta coniugatione, vt ama, doce, audi:in tertia tamen remota S, & mutata I in E vt lege:ideo autem in E conuertit tertia coniugatio:quia ſi non mutaret:non ſeruaret ſyllabæ quantitatem, quam habebat in ſecunda perſona indicatiui. facio vero fac facit,& dico dic, & duco duc differentiæ cauſa horum nominum fax dux dica,ſic & ab his compoſita, vt prædico prædic,edico edic. Verg. tũ Volſcorum edice maniplis dixit,abduco abduc,calefacio calefac. cum vero mutat A in I in præſenti facit in E. Verg. vi. Dubiis ne defice rebus. Ouid.in.ii.infice tabe tua. Cice.ad Vati. confice quamcunq; ei fidem: ſed apud antiquos ſalua eſt regula, q dixerunt face, dice, duce, niſi ſic fuiſſet nõ terminarentur infinita facere,dicere,ducere. Alii addũt fero dicẽtes quatuor eſſe apocopata: nos uero fero abſtulimus:nam facit imperatiuum fer, ex quo optatiuus formatur ferrem,& infinitiuus ferre formationis regula ſeruata. tertia perſona fit mutata O in E in prima coniugatione vt amet,in reliquis uero in At, ut doceat,legat,audiat. prima perſona pluralis imperatiui, & futuri fit à tertia ſingulari remota T, & addita Te, ut ama amate,ſed in tertia cõiugatione mutatur E in I vt lege legite. Tertia fit à ſua tertia ſingulari interpoſita N, vt amet ament, ſecunda, & tertia ſingularis futuri fiunt à tertia ſingulari indicatiui addita O vt amat amato, ſecunda pluralis fit à ſecunda ſingulari addita Te,ut amato amatote. Tertia fit à tertia plurali indicatiui addita O,ut amãt amanto. Prima pſona optatiui, & impfecti ſubiunctiui fit à ſecunda ſingulari imperatiui addita rẽ, ut ama amarem,ſed facerem,dicerem antiquam ſequũtur regulã à face,dice,duce, præteritum pluſquãperfectum optatiui, ſubiunctiui, & infinitiui à prima pſona præteriti indicatiui addita ſſem, vel ſſe, vt amauiſſem, amauiſſe, & recipiunt abſciſſionem in omnibus pſonis vtriuſq; numeri in verbis ſecundæ coniugationis. Cic.

viii. epiſtolarum ad Trebatium ſe commoſſe conſtabat pro cõmouiſſe. & primæ facientibus præteritũ in A ui A,& V conſonante remotis, in uerbis uero tertiæ, & quartæ mittentibus præteritum in iui V duntaxat conſonante remota, aut facta ſynæreſi I & V eiectis; ut amaſſem, amaſſe, cupiſſem, cupiſſe, & hæ abſciſſiones carmini, atq; orationi ſolutæ ſunt cõmunes: illæ tãtum poeticæ. Verg. in quarto, Cũ genere extinxẽ, & in. xi. Vixet cui uitã deus pro uixiſſet. Horat. in. i. ſer. Nunq̃ erepſemus pro erepſiſſemus, & ibidẽ natis diuiſſe duobus pro diuidiſſe, & alibi munia didit pro diuidit, & in ſecũdo ni ſummoſſes oẽs. Verg. in vi. Vrbem odiis ſatis eſt, nec pœnam traſſe per omnẽ: noſſem tamen utimur in proſa. Futurũ optatiui, & præſens ſubiunctiui fiunt à prima poſitione uerbi mutato O in Em in prima coniugatione, in reliquis in Am, ut amo amem, lego legam. Infinitiuum fit à prima pſona imperatiui addita Re ut amare. Futurum cum participio neutrali futuri, & eſſe, ut amaturum eſſe.

¶De formatione Paſſiui.

OMnes voces actiuæ in O addita R faciunt paſſiua vt amo amor: ſi deſinant in T addita Vr, vt amat amatur: ſi deſinunt in M, vertitur M in R, ut amabam amabar: ſi finiant in S in plurali mutatur S in R, ut amamus amamur: in ſingulari tũ interponitur Ri, ut amas amaris, vel remota S, & addita Re, ut amas amare: ſed in tertia coniugatione cõmutatur in E breue, ut legis legeris. uel legere: in ſecunda perſona imperfecti iterponitur ri, ut amabas amabaris, uel ris in re, ut amabaris amabare, amabis amaberis uel amabere: ſed tis vbiq; uertitur in mini, ut amatis, amamini, amabatis, amabamini. Præteritũ perfectum, & quæ ab eo deſcendunt fiũt per participiũ præteriti, & præſens uel præteritum uerbi ſum, ut amatus ſum uel fui: & hoc ideo: quia omne verbum terminatum in or caret præteri-

to,& ab eo formatis,ſed accipiunt mutuo a ſuo verbali iuncto cum verbo ſum, & ideo quidam dicunt amatus ſum eſſe participium,& verbum:ſed verius dixerũt amatus ſum in vim præteriti tranſire, & ſic vim præſentis amittere: & Nigid. inquit cum dico lectum eſt, quāuis præſentis ſit:confunditur tñ cum præterito, & præſens eſſe deſinit, & Gellius in. xvii. capite. vii. quod Pomponius iuriſconſultus. l. digeſtorum cõfirmat:ſed in hoc differunt: quod amatus ſum eſt proxime præteritum:amatus fuiſſem vlterius præteritum. præteritum pluſquāperfectũ ab imperfecto, vel pluſquāperfecto, vt amatus eram vel fueram. ſecunda perſona futuri primæ,& ſecundæ coniugationis fit O mutata in E addita is,vel E,vt amabor amaberis,vel amabere:tertiæ vero,& quartæ A mutata in E addita is,vel E,vt legar legeris,vt legere: ſecunda perſona imperatiui fit à ſecunda actiui addita re,vt ama amare, & eſt ſimilis infinitiuo actiuo:ſecunda pluralis imperatiui eſt ſimilis ſecundæ plurali indicatiui paſſiui. ſecunda perſona futuri fit à ſecunda plurali imperatiui mutata I in or, vt amamini amaminor. præteritum perfectum & pluſquamperfectum à præſenti,vel pluſquamperfecto optatiui ſum vt amatus eſſem vel fuiſſem. præteritũ perfectũ ſubiunctiui à præſenti, vel præterito perfecto ſubiunctiui vt amatus ſim vel fuerim. futurum à futuro indicatiui, vel ſubiunctiui, vt amatus ero vel fuero: caue dixeris amati erint,vel fuerint: quoniam cõponitur à futuro ero, quod facit erunt,non erint. Infinitum paſſiui ab actiuo mutata E in I vt amare amari. Sed in tertia coniugatione fit à ſecunda indicatiui perſonā remota S vt legis legi. præteritum perfectum & pluſquamperfectũ à præſenti vel præterito pluſquamperfecto indicatiui ſum vt amatum eſſe vel fuiſſe. Gerundia formantur à participio præſentis temporis S in D conuerſa,& addita I, vel O vel um, vt amans amandi, amando, amandum,

excipitur eundi eundo, eundum cum compoſitis: cuius
formatio patebit in participiis: quomodo vero formen-
tur participia & ſupina in ſuis patebit tractatibus.

¶ De Participio.

PArticipium eſt pars orationis declinabilis, dictum
quaſi partis capium. Capit enim à nomine genera,
& caſus ſimiles caſibus noīum, à verbo tempora, ſigni-
ficationes, & formationem: ab vtroq; numerū & figu-
ram: dicitur à parte & capio, & fuit inuētum cauſa bre
uitatis, & ornatus: breuitatis; quia ſemper omittitur re-
latiuum, vt amans, qui amat: & interdū aliæ partes, vt
audita lectione. i. poſtquā audita eſt: ornatus, quoniam
participia ornant orationem: vel vt obliqui caſus intrā
ſitiue regerentur, vt patuit in ordine partiū orationis:
vel vt in nominatiuo ſine coniunctione proferatur cū
alio verbo, vt legens doceo pro lego, & doceo: quòd Grāma.
alii dicunt inuentum quoq; participiū cauſa neceſſitatis error.
non probo. Quæ nanq; neceſſitas eſt dicere mulieres
ornant ſe, ne videntes hoīes eas derideant: eſt hic or-
natus, non neceſſitas. Potuiſſet enim dicere mulieres
ornant ſe ne homines, qui vident, eas derideāt, ſed nō
ita ornate, & in hoc differt à nomine tempus ſignificā
ti: quòd noīa temporalia ſignificant tēpus per ſe nec
ꝓpriis diuiſionibus. Participia vero actionem, vel paſ-
ſionem aliquam in diuerſo tempore fieri demōſtrant,
nō tempus ipſum per ſe, & quòd ſequuntur eōs caſus,
quos & uerba, ex quibus naſcuntur; habent quoq; ver-
borum ſignificationes, & pro verbo ponuntur. Partici
pio accidunt non ſex (vt aiunt) ſed ſeptem, genus, ca-
ſus, tempus, ſignificatio, numerus, figura, & formatio.
Quæritur cur participio non accidit ſpecies? qa omne Grāma.
participium eſt deriuatiuum & non primitiuū: & parti- error.
cipia non habent originem à participiis, ſed à verbo:
formantur enim à verbo, & non à nomine, quia ſignifi
cant tempus, quod eſt alienum à nomine: & quia cum

verbo in actu, & ſignificato conueniunt. Participiorum genera ſunt quinq; maſculinum ut lectus, fœmininum ut lecta, neutrum ut lectum, cōmune ut legētem omne ut hic & hæc & hoc legens. Participia ſicut noīa habent caſus. Participioꝝ tempora ſunt quinq; in tria præſens cum imperfecto ut legens: perfectum cū pluſquāperfecto ut lectus. Futurum lecturus, & legendus, de quorum formatione in participiis dicemus. Significationes participiorum ſunt quinq; actiua ut legens: quia ab actiuo uerbo uenit, quod eſt lego: paſſiua ut lectus à paſſiuo legor: neutra ut ueniens à neutro uenio: cōmunis ut largiens, à communi largior: depōnēs, ut ſequēs à deponenti ſequor. Numeri participiorum ſunt duo ſingularis ut legēs, pluralis ut legētes. Figuræ ſunt duæ ſimplex vt legens, & decompoſita vt perlegens. Quia omne participium, aut eſt figuræ ſimplicis, aut decompoſitæ. Priſcia. & alii, quod non probo, Quoniā decōpoſita figura non dicitur ſed compoſita, vt in noīe patuit: nec in participio eſt compoſita. Nā perlegens non eſt participium cōpoſitum, vt magnus, & animus magnanimus, ſed eſt per ſe ſimplex, licet verbū, vnde formetur, ſit compoſitum.

Priſcia. & alioꝝ error.

¶De Aduerbio.

Aduerbium eſt pars orationis indeclinabilis, quæ ſtat iuxta verbū. Nec enim verbi vis poteſt ſignificantius ſonare niſi ei iungatur aduerbium, & ferè ſemper nititur verbo: & hoc ideo ferè: quia iungitur etiam nominibus adiectiuis, vt valde, vel apprime doctus: & participiis vt ſatis, vel vehementer iratus: & verbi ſignificationem aut complet vt iam faciam, aut mutat vt non faciam, aut minuit vt parum faciam. Nam ſine aduerbio ſenſus perfectus non videtur, & eo modo ſe habent aduerbia uerbis, quo adiectiua ſubſtantiuo adiuncta, ut prudens homo prudenter facit: & dicitur ab ad, id eſt iuxta, & verbum quaſi ad verbum: & ſumpſit

I, ne duæ viderentur dictiones. Non prætereundũ eſt: quod verbũ ſine aduerbio perfectã poteſt habere ſignificationẽ: aduerbiũ verò ſine verbo, aut adiectiuo, vel participio vim verbi poſſidenti non plenam habet ſententiam: & hoc intereſt inter aduerbiũ, & præpoſitionẽ: quod aduerbium ſine caſualibus poteſt & præponi & poſtponi verbis, & omnibus caſualibus, vt pone currit & currit ponè: venit tempore longo poſt, & poſt longo tempore venit. Si igitur inuenias cũ nomine aduerbiũ ſine verbo ſcias per apoſiopeſin fieri, vt ſi dicã nec bonus homo ſubaudio eſt. Præpoſitionis propriũ eſt ſeparatim per appoſitionem caſualibus præponi, vt de rege apud amicum, & nunquam poteſt ſine caſualibus proferri: coniunctim vero per compoſitionẽ tum cum habentibus caſus ut impius, tum cum non habentibus, vt inficio. Aduerbii accidentia ſunt quatuor ſpecies, ſignificatio, à quibuſdam finitio dicta: formatio, & figura. Species aduerbii eſt propria deriuandi ab aliquo, aut à nullo, & ſunt duæ primitiua, & deriuatiua: primitiua vt ſæpe: deriuatiua vt ſæpiſſime. Significatio aduerbii eſt qualitas, quæ per ſignificatũ vnum aduerbiũ ab alio diſcernit. Significationes tẽporis ſunt hæ pridem, nuper, antea: nudiustertius, heri, hodie, ſtatim, nũc, modo, cras, pridie, poſtridie, perinde, olim, dudum, quondam, aliquando, quando, ſiquando, tandẽ, ſemper, tunc, aliàs, ilicet, illico, nondum, nunq̃, vnq̃, vbi, poſtq̃, poſteaq̃, Significationes loci ſunt hæ, hic, illic, iſtic, illinc, iſtinc, hinc, huc, illuc, iſtuc, hac, illac, iſtac, intro, foras, intus, foris, ibi, ubi, quò, quà, vnde, quorſũ, & quouſq;, inde, longe, procul, peregre, vsq̃, nusq̃, cominus, eminus: ideoq; ſunt tot aduerbia localia: qa motus ad locum diuerſimode comparatur. Significationes interrogandi ſunt hæ, cur, quare, quàobrẽ, quid, nõne, vtrum, an, num, nunquid. Significatio prohibendi eſt nec, ne. Significationes negandi, parũ, non, nihil, nec,

nullatenus,neq;,haud,minime,nequaquam,neutiq;. Significationes affirmandi etiã,quidni,maxime,licet,pfecto,quippe,plane,videlicet,nempe,quidẽ,cur non,quid iſtic,quo frequenter vtitur Terent. ſcilicet, nimirum,certe porro,næ. Significationes iurandi,pol,ædepol,me per æcaſtor,caſtor, mediusfidi⁹,me Hercules. Et notandum eſt, quòd me Hercules in nominatiuo dicẽdum eſt. Quia verbũ iuuat intelligitur, ſicut me caſtor,& me dius fidius quæ tres ſunt dictiones,& nõ duæ medius fidius,i. Iouis filius Hercules. Verũ quoniam ſæpiſſime Hercule, uel Hercle per ſyncopen legitur:tũc excuſabitur:quod eſt ſeptimus caſus abſolutus, & intelligitur me Hercule iuuãte. Significationes optãdi,vt vtinam,o,oſi,ſi q. Significationes remiſſiuæ vix, penè,ſenſim,paulominus,paulatim,pedetentim, ferè, fermè. Significationes qualitatis,bene,male,docte,fortiter,ſuauiter,libenter,pulchre,viriliter,expedite,agiliter,ſapienter,eleganter,dulciter,& ſimilia. Significationes quantitatis tantum,quantum,multum,plus,minus, parumper,ſublimiter,tãtummodo, parum,modicum, minimum, maxime,ſat, ſatis, nimium. Significationes dubitandi an, vtrum, forſan, forſitan, fortaſſis, vel fortaſſe. Significationes euentus fors, fortuitu,forte,fortuna,caſu. Significationes congregandi ſimul , vna pariter. Significationes diſcretiuæ,ſeorſum, ſeparatim, ſegregatim,remote, ſecus, diuiſim, ſigillatim, bifariam, trifariam,tantum,tantummodo, duntaxat, præſertim, præcipue, aliter, ſecreto, humanitus,diuinitus,multifariam,vtrinque,ſolum, ſolummodo, funditus, & cœlitus. Significationes ſimilitudinis quaſi, ceu, ſic, ſicuti, ſicut, velut, veluti,perinde, ac,acſi,prout,quemadmodum, tanquam ut, uti, utique, item, ita. Significationes ordinandi primo,ſecundo, inde, deinde,deinceps,tunc,ante,prius,deniq;,interea,protenus,tum, poſtea,interim,obiter,præterea, primũ. Significatiões

intentiuæ

intentiuæ valde,nimiũ,prorſus,penitus,omnino, funditus,radicitus. Significationes cõparatiuæ magis, minus,plus,tanto,quanto,tam,& q̃. Significationes ſuperlatiuæ maxime, ſæpiſſime. Significationes numeri ſemel,bis,ter,quater,ſæpe,iterũ,rurſus,primũ, tertium, toties,quoties,citra N literam:ut enim dicimus decies, millies,ſine N,ſic toties & quoties, quinquies, ſexies, ſepties,octies,nouies,decies,centies,millies. Significationes perſonatiuæ meatim.i.meo more, tuatim.i.tuo more,ſuatim,noſtratim,ueſtratim. Significationes diminutiuæ clanculum,belle,belliſſime,grandiuſcule. Significationes uocandi heus,eho, O. Verum O quando optat,uel uocat eſt aduerbium:ſed quando miratur,dubitat,dolet, indignatur eſt interiectio. Significationes iterandi iterum,rurſus,item,itemq́;. Significationes reſpondendi heo,heu,quando non eſt interiectio. Significationes demonſtrandi en, ecce, eccum, eccam, ſed hæc ultima pronomina ſunt vt in ꝓnomine iam patuit. Significationes eligendi potius,immo, quinimmo. Significationes celerandi ſtatim,continuo,confeſtim,illico,protinus, actutum, propere, eueſtigio, cito,q̃ raptim,q̃ curſim,celeriter,curriculo, & ſimilia. Significationes relatiuæ quia,quoniam. Significationes repletiuæ demum,deniq;,tandem. Sunt aliqua aduerbia,quæ plures habẽt ſignificationes. Vbi nanq; localem,& tẽporalem habet ſignificationem:olim quondam, & iam tria ſignificant tempora præſens,præteritum, & futurum. Cõparationis & ſuperlatiui gradus accidunt aduerbio quoties appellationes,vnde tranſeunt,comparantur vt docte,doctius,doctiſſime. Et quoniam aduerbia quoque ſunt,quæ per omnes gradus ire non poſſunt, ideo his iungimus ad augendam ſignificationem pro comparatiuo,& ſuperlatiuo,magis,& maxime: ad minuendam minus,quemadmodum comparantur: ita diminuuntur aduerbia a poſitiuo, ut primum, primu-

ſum,longe longule:a comparatiuo melius meliuſcule, longius longiuſcule: a ſuperlatiuo vel nulla exempla vel pauca aduerbia formãtur:a nõibus adiectiuis ſecũdæ declinationis a datiuo ſingulari vltima litera O in E conuerſa,vt docto docte,diuine,antique: vt alii formãtur a genitiuo mutata I in E, vt liberi libere,quædã remanſerunt in datiuo vt falsò,ſedulo, clandeſtino,neceſſario,tuto,raro,crebro,conſulto, poſtremo, auſpicato,augurato,precario,merito,gratuito,bipartito,tripartito,quatripartito:quinquepartito vero nõ dicitur, nec in cætero numero ita efficere poſſumus.Eſt aduertendũ:quod in bono mutatur vtrunq; O in E vt bene. ſunt aduerbia in ter finita,quæ formantur a genitiuo ſecundæ declinationis addita ter vt largi largiter pro large.Ter.in And.duriter pro dure. Cice.humaniter pro humane.Si veniũt è nõibus tertiæ declinationis formãtur a datiuo ſingulari addita ſyllaba ter, vt forti fortiter ſed audacter fit ꝑ ſyncopen quãuis. Cice.pro Sex. Roſcio multa ſcelerate,multa audaciter, & Saluſt.hiſto.ii. audaciter ꝓtulerunt: ſed frequentius audacter utimur: ſic ſolerter a ſolers:facile ꝑ faciliter difficulter, ſeu difficile quãuis Dio.neget pro difficiliter: quæ nõia potius dicenda ſunt,q̃ aduerbia, & eſſe pro aduerbiis poſita vt toruũ clamat,horrendũ ſonat:leue,& leuiter,oĩno pro omniter ſublime pro ſublimiter, & ſimilia nomina in ans, ſeu in ens participiis ſimilia vertũt I in E, & addita er formant vt decenter,ſapienter, prudenter. A participiis in tus mutata ſyllaba tus in tim, vt ſtatus ſtatim,vt Priſcianus,& alii quod nõ probo. Nõ enim dicitur ſtor nec ſtatus: ſed formantur a ſupino ſtatum mutata um in im, ſicut a ſupino verbi ſentio ſenſim, a curſum curſim,a punctũ pũctim,a ſtrictũ ſtrictim: a nomine & verbo,vt a pede,& tento pedetentim:a pronominibus,vt hic,illic, iſtic. Noia propria verſo O in A, & addita ne Tulliane. Appellatiua quãdo O in I ver-

Diome. error.

Priſcia. & alioꝝ error.

Grāma. error.

tunt,& ſumūt tus vt cœlo cœlitus diuinitus, antiqtus. Ablatiui fœminini in A ſumunt tim vt regulatim,meatim.i.meo more:faſcia faſciatim, ſed potius a faſce: ſignificat enim p faſces.i.lictores,ſicut gregatim per greges,membratim per mēbra, quadrupedatim per quadrupedes,mucronatim a mucronato,hubertim ab huber, & furtim a fur. Aduerbia græca in os terminata apud nos os in ice,vt Homeros Homerice:ſic & græca in A mutant A in ice,vt poeta poetice,pirata,piratice. Cæteras formationes non nimis neceſſarias omiſimus. ſunt & aduerbia in am vt obuiā,bifariā, perperā, & ſimilia,& in A vt iniuria: cui contrariū eſt iure,& in I vt veſperi,& in L vt ſemel. Figuræ aduerbiorum ſunt duæ ſimplex vt diu,compoſita vt interdiu. Præpoſitio ſeparatim aduerbiis adiūgitur,q̄uis legatur derepente. Cice.primo de Diuinat. deſurſum exinde, dehinc,abhinc:ſed hæc tanq̄ vnā orationis partē ſub vno accentu pronunciabimus. Donato ſcribente,quod Ser.ſic ſcribens cōfirmat. Nemo enim dicit deſero,demodo, vnde nec de mane dicere debemus: ſed ſi dixerimus de primo mane: præpoſitio de non videtur iungi mane, ſed primo:licet mane aduerbiū nonnunq̄ pro nomine, ſed adiectiuo vel pronomine iunctum legatur: & hoc vel apud poetas,vel apud antiquiores:ſed mani ab vſu receſſit:& erat aduerbiū vt heri:& iungebatur cū præpoſitione,& adiectiuo. Plau.in Amph. pugnata pugna vſq; a mani ad veſperum. Vergil.in Ciri, Et gelido veniens mani quatiebat aboeta:

Grāma. error.

hoc magis probo, quàm flectatur mane manis, vt aiunt: legitur etiam a mane. Val.in.ii.a mane vſq; ad noctē.Plaut.in Muſtel. a mane: dicitur tamen mane eſt, ſicut lux eſt. Ouid. Mane erat, & thalamo chara recepta ſoror: dicimus quoque mane ſcribo,ſicut luce ſcribo.

¶ Aduerbiorū ſignificationes p alphabetū.

AGe ſingularem tantum numerum deſiderat, licet

ſed rariſſime & non eſt imitatione dignum, cum plurali legatur. Stat. in. x. Ite age, & obſeſſis uigilem circunda te flãmã. Val. Flaccus in. iii. Vos age funereas ad littora uoluite flãmas, & in octauo ſint age tantu Aeſonæ id quæcunq; more. Plaut. in Sti. age ſultis. Idem age licemini: agite pluralem: agitedũ ad utrunq; dicimus & agite dum: ſed in plurali ſemper. Alias ſignificat alio in loco, alio tempore, aliter, uel aliquando: ſed tunc geminatur. Gel. ſed alias ocyus fieri, alias ſerius. Aliquando cum accentu in antepenultima (ut Priſcia. & alii tradunt) pronunciatur: ſed apud poetas, ubi omnis ſyllabæ quantitas deprehenditur, nõ inuenitur in uſu, ut penultima poſitura ꝓducta corripiatur, nec antepenultima breuis producatur, ideo ipſe nullo modo hos ſequor poetarũ ueſtigia ſecutus, & cum accentu in penultima dici contendo: habet tria tempora præſens, præteritum, & futurum: ponitur & pro tandem. Cic. Valerio aliquando nos reuiſas. An ſignificat nunquid: ſæpe tranſit in uim cõiunctionis, cum ſermo dubitatiuus eſt, & tunc ferè ſubiunctiuo iungitur, ut neſcio an uiuat rex: id eſt dubito an uiuat rex: ſi opinionis eſt ſermo per indicatiuũ loquimur potius ut opinor quòd an uiuit, an mortuus eſt. Ante tunc eſt aduerbium, quando caſui nõ deſeruit, & ſignificat antea, & indicatiuo, ſubiunctiuo'ue iungitur. Antea eiuſdem ſignificationis eſt quòd ante: cõponiturq; ex ante, & ea q̃uis tantũ tẽpus denotat. Auſpicato & Augurato proſpere & feliciter. Bene alquando ſignificat cõmode ut bene habito, interdum prudenter, pulchre, probe, ornate, honeſte, proſpere pro loco: nonnunq̃ ualde, ut oratio bene longa. Certe iungitur cum &, & affirmat ut, & certe cõtra Cæſarem ingreſſus: ſi autem iungitur cum uerbo ſcio, ſimilibusq; ſolet mutare E in O ut certò ſcio: quamuis certe ſcio quoque legatur. Val. tamẽ. in ii. oculos tuos certũ ſcio clariſſima in luce tenebris offuſos. Cic. in nono epiſto-

Priſcia. & alioꝝ error.

Grāma. error.

larum:ſed certum ſcio:aliquñ ponitur ꝑ ſaltem. Cominus dicitur quaſi cõiunctis manibus a loco propinquo, nõ in loco propinquo,neq; ꝓpè,ut cominus te pcutio non cominus ſedeo:ſignificat interdum ſtatim. Verg.i. Geor. Iacto qui ſemine cominus aruo. Clandeſtino.i. occulte. Cõſulto i.cum cõſilio Deinceps proprie ſignificat gradatim p ordinem,ſiue per uices, ſiue quod dicere ſolemus unum poſt alium, interdum ſumitur pro deinde,ſiue poſtea:interdum ſignificat præterea. Demum ſignificat ad poſtremum,& dũtaxat uel omnino, præſertim quando iungitur cum is,ea,id. Denique ſignificat ad extremum:ſed plerũq; cũ ſint multa enumerata, tũc ſubiungimus deniq; ſignificantes ultimum eſſe oĩum. Dũtaxat ſignificat ſolum, & nõ recipit poſt ſe ſed,uel etiã,uel quoq;, ſicut ſolum,& tantum & modo,ut dũtaxat ſcribo:& tu non ſolum ſcribis,ſed etiam legis. Dudum de tempore proximo præſenti dicimus, ſiue præterito, ſiue futuro, ut dudum feci:dudum faciam. Eho eſt uocantis ad ſe:alias eſt interiectio admirantis. Eia modo adhortantis eſt, modo corripientis. Eminus ſignificat a loco remoto quaſi ab extra manente.& differt a longe:quòd nõ recte dicitur eminus habito,ut longe habito,ſed eminus ſaxa torqueo uel mitto. En ſignificat ecce nominatiuo, & accuſatiuo iungitur,uel indicando,uel exprobrando:ſed oratores per nominatiuum frequentius. Etiam ex &, & iam cõponitur,eſt confirmantis reſponſio,ut ſi dixeris legiſti? reſponde,uel per uerbum legi,uel per etiam. Pli.ad Tacitum ſtudes inquam? reſpondit etiam. ubi? Mediolani. interdum ponitur pro quoque,aliquando pro adhuc, ſiue præterea,& pro nunc:aliquando hortantis eſt pro eia. Ferè ſignificat feſtinanter,& parum abeſt, quod ferè hominẽ occidiſti.i.parum abfuit,quin occideris, & iuxta:interdum in oratione ita profertur ut intelligatur quædam uniuerſitas. Quin.hæ ferè ſunt emendate lo-

quendi partes.i.ferè omnes,& ſemper, ſiue cõmuniter vt ſermo,qui ferè in ore omnium erat, & profertur cũ accentu in vltima. Fermè idem ſignificat quod ferè: quandoq; ponitur pro certe. Gratuito.i.gratis. Haut ſignificat non,& haut quaquam a nulla parte, ſeu nullo modo,& frequentius legimus haut ſcio, haut velim q̃ non ſcio, & nõ volo:& ꝑ T non ꝑ D in fine ſcribitur: habet H in principio vt differat ab aut. Heri ab hærendo dicitur: quod heſternus dies hodierno diei cohæreat ſine diei alterius interpellatione: dicitur etiam here ſed in carmine non in oratione ſoluta: vtimur ꝓpter cognationẽ literarũ I,& E vt veſperi & veſpere. Heus eſt vocãtis ſimul,& hortãtis vt heus iuuenes: nõnunq̃ eſt interiectio dolentis. Hic in hoc loco,ſæpe ſignificat tunc,& pro tali loco. Plau. hic ne eſſe oportuit,q frugi eſſent? Hodie dicitur quaſi hoc die. Iã ponitur pro modo,eſt & ſignum tarditatis, & renunciatio perpetuitatis: nonnunq̃ ſignificat feſtinationem, interdum ponitur ad deſcribẽdã moram,& pro tunc,plerunq; ꝓ præterea,& ſtatim,& nunc: geminata vero ſignificat nunc, & indignationem, nonnunquam miſerationem interdum exhortationem: & dicimus iam feci, vel faciam, nec dicitur iam autem licet. Curtius in. viii. iam autem ſcientis dixerit. Ilicet dicitur per ſyncopen quaſi ire licet,& interdum ꝓ ſtatim. Illico proprie ſignificat in eo loco. Teren. in Adel. ocioſe nunc iam illico conſiſte: plerunq; ponitur pro ſtatim. Immo interdum eſt affirmandi licet negent. Cice. primo Tuſc. ergo dicitis eſſe eos A. Immo: qa nõ ſunt. & ad Herẽ. lib. iiii. de ſermocinatione tũ mulier: imo quidem iſte rogat. Inde non ſolum ex eo loco, ſed de rebus. Li. in primo, inde tibi, tuæq; reip. quod imiteris capias, & pro inde. Interea poteſt eſſe aduerbium temporis,& loci,& ſignificat inter,& interdum tamen. Verg Geor. primo. Nec nulla interea eſt inaratæ gratia terræ. Interim ſignificat in-

Grãma. error.

tra hoc tempus.& aliquando,& repente, & interdum. Ita aduerbium ſimilitudinis ſuperlatiuum expoſcit ſiue nomen,ſiue aduerbium,vel iungitur verbo vim ſuperlatiui habenti. Cic.in Catone vt quiſque ætate antecedēti, ita ſententiæ principatum obtinet,interdum ſignificat ſic,& tunc nonnunquam iungitur cōparatiuo: qñq; valde,quandoq; optantis, quandoq; illatiua cōiunctio eſt,& ſignificat igitur, ſimiliter. qñ componitur cum q; ſemper eſt coniunctio caſualis,& habet accētum in prima,& dicimus itaq;:ſi autem duæ ſunt partes,habet accentum in penultima:interdum eſt affirmandi. Item, & itidem ſignificant ſimiliter quaſi iterum. Idem. Iterum ſignificat rurſus,& interdum ſecundo. Longe pro lōgitudine tam temporis, q̃ loci ponitur, vt cum dicimus longe, lateq́; diſcurrit: interdum ſignificat præcipue. Cic.illud homini longe optimum eſſe:ponitur pro valde,& ſuperlatiuo,& comparatiuo datur. Ouid. Dii melius quorum longe mihi maximus ille. Verg. Longe melior Lycus, amat etiam longe ſecum iungi aliter, alius,ſecus,ante,poſt.& præ vt longe præſtat,& cætera; quæ ſuperlationem quandam habent, & proxime ad comparatiua accedunt,vt longe ſuperat,longe vincit & ea,quæ diuerſitatem, qualia ſunt diuerſus diſſimilis,alienus:dicitur etiā longe princeps:cum poſitiuo,& verbo valde adiungimus, & non longe vt valde diues, & valde laudat:non dicitur valde ditior, & valde ditiſſimus. Male ſignificat valde.& ſemper in malā partē, vt male multatus:aliquando parum, & incōmode,vt male habito. In cōpoſitione habet vim negationis, vt male ſanus.& interdum ſignificat nō, vt ſtatio male fida carinis. Minime ſignificat nō:interdum ponitur ꝑ ad minus. Col. in primo lata bubilia eſſe oportebit pedes decem, vel minime nouem: ſic & minimum quamuis ſit etiam aduerbium ſuperlatiuum, vt minimum doctus, qui pauxillum eſt doctus; minime doctus, qui prorſus

Vallæ error.

eſt indoctus: interdum eſt aduerbium ſuperlatiuum, licet Valla neget. Ci. vt ea ſi non decet at quàm minime indecore facere poſſumus. Quint. mihi ſemper moris fuit, q̃ minime alligare me ad præcepta. Modo ſignificat tempus præſens. i. nunc, quãuis ſit præteriti temporis: & ideo dicendum eſt modo ſcripſi, vel ſcripſeram: modo feci, vel feceram: non autẽ modo ſcribo, vel facio, licet quidam veteres putauerint. hæc Caper, ſed nimis inepte.

Capri error.

Nam cum oĩbus temporibus legitur, & vti poſſumus. Teren. modo ait, modo negat, & Idẽ apud forum modo ibo: aliquãdo ponitur pro longo tẽpore ante. Teren. in Eunu. q̃ dudum, modo: & pro dũtaxat, tantum modo, poſt modo, quo modo: amodo, quod ſignificat poſt hac. Apul. nemo me amodo tam mane egredientem. Ne prohibet. quandoq; eſt cõiunctio copulatiua: & ponitur ꝑ neq;, & adiunctiua, & rationalis pro ergo. & cauſalis, quãdoq; pro, vt. Ci. vt nõ veremur, ne nimis cito mitteremus, quandoq; ſignificat nõ, & vt nõ, & nedum: plerunq; dubitatiua eſt apud oratores, plerunq; vna ſola eſt, & in prima parte ſemper locatur vt bonus ne eſt, an malus: aliquando per interrogationẽ vtendũ mihi nec'ne ſit, ignoro, quãdoq; eſt interrogatiua, & ponitur pro an: quandoq; habet vim interrogandi, & dubitandi ſimul. Teren. in And. datur'ne illa hodie Pamphilo nuptum? qñq; vim diminutiuam, & ꝑ ſaltem ponitur. Sciendum eſt: quod recte dicitur vereor ne hic moriatur, vel hic moriatur: inter ne, & quidem eſt ſẽp aliqd interponendum: & tunc ſignificat nec. Ne qñ eſt dehortatiua, aut hortatiua imperatiuo, vel optatiuo, ſed in carmine, in proſa vero vel optatiuo, aut ſubiunctiuo, aut infinito iungitur: recipit quoq; indicatiuum quoties ironice accipimus ꝑ eo, quod eſt apud Græcos ναὶ facta affirmatione. Ci. ne illi vehemẽter errant: at Næ cum diphthongo græca dictio eſt, & ſignificat valde, vehementer, nimis, & certe. Nempe ſi-

gnificat certe, quod aliquando cum interrogatione, & nonnunq̃ ſine ponitur. Nequaq̃ ſignificat non, & uno verbo eſt contentum, ſicut nuſquã & nuſpiam, vt nequaquam ueniã. Neutiq; ſignificat nequaq̃. Ni ſubiunctiuo, & aliquando indicatiuo copulatur, & ni pro ne ſi more veterum ponitur. Nihil p apocopen à nihilum, qđ componitur à ni, quod eſt nõ, & hilum, quod ſignificat vllum, vel quod grano fabæ adhæret: ſignificat ergo quantitatem, & tunc genitiuum habet poſt ſe, vt nihil rei habeo: & eſt negandi aduerbium & ponitur ꝓ nõ. Nimirum ſignificat certe, & ſine dubio: poteſt quoq; reſolui, vt dicatur nimirum nõ eſt mirum. Nã ni ſignificat ne, & ne ſignificat non: aliquãdo ad reſponſionẽ adhibetur. Non negatiua dictio accõmodari poteſt indicatiuo, optatiuo, & ſubiunctiuo: q̃ ſi negationi præponatur, affirmat ut non nihil feci.i. aliquid feci: quando vero poſtponitur magis affirmat, q̃ ſi præponeretur, ut ſi dixero nihil nõ feci.i. feci omnia. Nõ eſt prætereundũ: quòd dicitur non autem, & nõ vero, licet. Cice. in Ca. dixerit non vero tã iſte. Nullatenus ſignificat nulla ex parte, nullo modo. Nudiuſtertius, & nudiuſquartus cõpoſita ſunt à nunc & die tertio & die quarto.i. nunc eſt dies tertius, & nunc dies quartus: & ſemp de præterito dicuntur: nec vltra ꝓgreditur: ſic biduo in dui di: triduo in tre di: quadriduo i quatro di. binoctio in doe notte: trinoctio in tre notte: quatrinoctio in quatro notte, & non amplius: quamuis in Philippicis nudius tertius decimus legatur. Plaut. vero vt ſolet licenter inquit nudiuſquintus, nudiuſſextus, nudiuſſeptimus, nudiuſoctauus. Nudiuſſecundus idcirco non dicimus: quia habemus heri, & magis proprium. Num ſoli indicatiuo iungitur ad quod pertinet interrogatio: & idẽ penè ſignificat quod an: & ſubintellectã habet negationẽ ut nũ ego te ſpoliaui? quaſi ego te nõ ſpoliaui: ſin p negationẽ loq̃mur ſubintelligitur affirmatio, num ego

te vidi, quaſi ego te vidi: cũ aũt num poſtponitur verbo finito ſubiunctiuum poſtulat. Cic. interrogaui num dubitarent. Nunc ſignificat hoc tẽpore præſenti, interdũ nullũ tẽpus ſignificat, & ponitur ꝓ ſed. Ci. plura euenirẽt, ſi ad qetẽ integri iremus nũc onuſti cibo: dicitur etiã nunc nuper. Ter. in Eun. Menâdri plaſma, nũc nuꝑ dedit, eſt enim ex illis, quæ ueteres ꝑ ambiguitatẽ cũ adiectione proferebãt. Nunꝗ ſignificat nullo tpe, à quo nõ nunꝗ, quod ſignificat ſemꝑ, & aliqñ. Nunqd aduerbio nõ tã interrogamus, ꝗ acrius inſtamus plerũq; & nõ indicatiuo ſolũ adiũgitur, ſed etiã ſubiũctiuo. Sene. epiſt. ix. nunqd perdidiſſet oia, & in. lxxiiii. nunqd illo finiẽdum ſit. Cice. in primo de offi. nunqd aliud alio maius ſit, & in. ii. rhe. nunqd quid dixerit, et ſæpiſſime. Nuper nõ longo tẽpore à nunc. i. paucis diebus: qñq; de longiori dicitur. Curt. qui nuper ab Alexandro rege miſſi erant. Cic. de balneis, ꝙ nuper ille uendiderat. O aliqñ eſt optati aduentus, aut repente ꝑcuſſi, inuenitur & iunctum cũ ſi, vt o ſi, & cũ vtinam, vt o vtinam: qñq; eſt aduerbium uocandi, & admirandi, & indignandi, & commiſerantis, vt o Meliboee: & nonnunquam ſignificat exultantis affectum, & iungitur nõiatiuo, accuſatiuo, et vocatiuo non modo in tertia perſona, ſed in prima et & ſecunda, ut o me beatum, nonnunꝗ ſuper ſedemus O, ſed in rebus leuioribus, neque magni caloris, et eſt maioris ſtuporis: & quandoq; melius ſonat, vt hominem nequam, eſt et interiectio dolentis, vt meam culpam. Obiter ſignificat incidenter, hoc eſt præter propoſitum quaſi in itinere occurrens, aut quaſi pariter & vnà, ſimul. Iuuena. in ſexto verberat, atq; obiter faciem linit: & in tranſitu, vt obiter legit. i. interim, ſunt qui exponunt obiter præciſa tali cauſa, vel præcipue in hoc loco, uel nunc. Olim & pro aliqñ nonnunquam ponitur, & maxime apud poetas, & pro iam dudum, legitur quoq; olim iam vel iam olim pro eo quòd eſt iam

longo tẽpore. Omnino ſignificat prorſus & dicitur ab omni. Pedetentim.i. lente adaſo adaſo, piano piano, pede catapede. Don. exponit pro caute. Penè.i. Penitus ſignificat ualde. Peregre ſignificat peregrinãdo, et eſt cõmune tam ſignificãtibus quietẽ, q̃ motũ, ut peregre maneo uel uenio, vel uado, ſto, ando, uengo fora terra. Perendie ſignificat poſt tres quod vulgariter dicitur poſt domane, poſcrai. Perinde aduerbiũ eſt ſimilitudinis: ſignificat enim ita, ſed præcedente negatione, vt Suet. nulla tamẽ re perinde motus, aliqñ pariter, æque, multum, ualde, admodũ, ut perinde gratus: aliqñ tanquam uel quaſi, & ſic plerunq; habet poſt ſe ac, uel acſi, uel atq; ſi, ut fac perinde acſi tua res eſſet, aliquãdo per hunc modum. Perperam praue, peruerſe, male, mala mente. poteris etiam exponere contumelioſe. Planè ſignificat certe, manifeſte, quandoq; omnino. Porrò ſignificat certe, et longe ante, ut Tiberius non porrò à Cæſaris temporibus fuit, interdum à lõge, ut fit aduerbium loci. Liu. qua re inſinuaueris retro uia repetenda, aut ſi ire porrò pergas: et interdum ultra, poſtea, deinde, in futurum. Terẽt. ut quieſcat porrò moneo, quo in loco certe ſignificare Nonius affirmat, qñq; cõiunctio eſt, et pro autem ponitur, locaturq; in principio orationis, quandoque ponitur pro coniunctione expletiua. Poſtquã ſignificat quoniã. Terent. in Adel. poſtquam poeta ſenſit ſcripturã ſuã, et exigit indicatiuum quoties iunctum accipitur, ut patuit, et ſubiunctiuum quoties ſecernitur, vt poſtq̃ uiſum fuiſſet, factum eſt. Poſteaquã una dictio eſt ſicut poſtq̃ q̃ connexiuæ particulæ ſunt, et ſequentibus dictis copulantur, aliqñ inter poſtea, et q̃ interponitur uero, et idem ſignificat. Cice. Appio poſtea uero q̃ ita cœpi. Præterea ſignificat ultra ea, q̃ dicta ſunt, et dicimus præterea. i. præter te, et me, nos et uos, illũ illam'ue, & illos illas'ue. quandoq; ponitur pro poſtea, interdum ſignificat tempus præteritũ. Sal.

in Cati. nunquã Hiſpanos præterea tale facinus feciſſe. Precario.i.cum precibus. Pridem dicitur quaſi prius die,& ſignificat paruo tempore prius.i.paucis ante mēſibus,& aliquando longo tempore prius: eiuſdē ſignificationis ſunt iampridem,dudum,iamdudum, nuper, iamdiu,ſed cum pridem,aut dudum addamus non,vel q̃, vel ita ſignificat ſemper multo tempore ante. Notãdum eſt quod dudum,& nup, ſeu pridē eſt de re, ſiue actione,quæ non inſiſtit,ſed ſtatim tranſit: iandudũ, & iampridē de re,ſiue actione quæ inſiſtit,& imoratur:illa præteritum ſemper poſtulant:hæc frequentius præſens nonnunq̃ etiã præteritũ vt dudum intraui, & iamdudum te expecto:apud poetas legitur iamdudũ pro continuo,rarius iampridem.Iampridē interdũ rei continuationē ſignificat.Li.feſtinantibus ad hæc noua,quibus iampridem præualentis populi vires ſe ipſe conficiunt:& dicitur dudum quaſi diu dum:&quãdoq; diem tranſcendit,qñq; non:ſed hoc vſitatius quãuis pro longo tempore legatur. Plin.iamq; dudum hoc fuit,quod Homerica illa Helena ante cibum miniſtrauit. Pridie componitur ex pri,quod antiqui pro præ ponebãt, et die,& ſignificat priori,ſeu præcedenti die,ſiue die vno ante,& eſt de præterito. Poſtridie vero poſtero die,et eſt ſemper de futuro:nec poſt tres dies vllo modo ſignificat:& iungitur genitiuo vt aduerbiũ, vel accuſatiuo ſicut pridie. Liui.in primo pridie eius diei. Cæſar lib.ii.poſtridie eius diei Cæſar præſidio. Cic.Appio, pridie nonas Iunias,& ad Atti. pridie cõpitalia memēto,et in digeſtis titulo de diuortiis.l.fructus:nam ſi mulier pridie vindemias doti dederit: & reſoluitur die præcedēti nonas ſiue die ante nonas:interdũ pridie et poſtridie ſequitur q̃ vt pridie q̃ intres patriã, ſacrificiũ facito.Liu in.ii.pridie q̃ legati ad Tarquinios proficiſcerētur.i. die præcedēti antequã legati ad Tarqnos proficiſcerentur:non autē quo:ſicut Laurent.interpre-

Lautēt. error.

tatur: ſimiliter poſtridie quàm pater mortẽ obiit, epulum feci.i.poſtq̃ pater mortem obiit poſtridie epulum feci, vt dies mortis luctui ſeruiat: poſtea vero epulis: quòd autem quàm ponatur pro quo non procedit, niſi hoc modo, vt eſt apud Liu.in.iiii. dictator exercitu victore demũ reducto die octauo quã creatus erat.i. ab octauo die ab eo, quo creatus erat: interdũ q̃ pro cum ponitur. Cice.ad Tironẽ Menandrius poſtridie ad me venit, q̃ expectarem: hoc modo Menandrius quàm.i. cũ die præcedenti eũ expectarem, venit ad me poſtridie, & nõ pro poſtquã, neq; pro antequam, neq; ab eo quo. Procul ſignificat ſatis longe, et non longe: ſeruit ablatiuo cũ præpoſitione A, et ſine, vt ꝓcul à nobis. et hoc frequẽtius. Curt. procul muro. Idem procul mari, et procul Oceano dixit. Plin. Curt. vero procul vrbem cũ accuſatiuo, et Plin. in nono procul Neapolim: quæ tria pridie, poſtridie, et procul quando ſeruiunt caſui ſunt præpoſitiones. Profectò dictum quaſi pro facto ſignificat nimirũ: plerunq; autem ad reſponſionẽ adhibetur. Cice. quis hæc renunciet? is profectò q interfuit. Proinde ideſt ideo, quapropter. Prorſus ſignificat omnino, et interdũ recte & vere. Protenus per E nõ per I ſignificat à longe, et eſt aduerbiũ locale. Nã protinus per I aduerbiũ temporale, et ſignificat ſtatim, et ſine intermiſſione, quandoq; conſequenter, deinceps, deinde, quandoq; iugiter, quandoq; omnino: cum autem additur negatio ſignificat non ideo, ſicut fit in cõtinuo, et ſtatim: interdũ ſignificat valde. Verg. Protinus æger ago, et iungitur cum æger. Nam ſi cũ ago iungitur, tunc protenus p E legitur, et ſignificat longe. Quàm cõiunctio diſcretiua, vel electiua, vt diues eſſe opto, quàm pauper: et aliquando ponitur pro poſtquàm, ſiue quo, et pro cum: et ſumitur pro quantum, et pro ualde non tam ſuperlatiuo licet hoc ſit frequentius, ſed poſitiuo quoq; iungitur. Cæſ. libr. iiii. vt q̃ celerem, atq; inſtabi-

Cicero. locus.

Vergilij locus.

dem motũ haberet. Cic.in.iii. Tuſc.qui ſtirpes ſunt ægritudinis q̃ multæ. Idē in Lælio,q̃ multa eni quæ noſtra cauſa nõnunq̃ faceremus,& cũ cõparatiuo. Ci.in Tuſc. abacosq; quamplures ornauit argento,auroq́;. Seneca epiſtol.xxxiii.conuocauit quamplures amicos. Salu.in exercitu noſtro fuere quamplures. Gel.in primo videbatur q̃ pluribus:iungitur etiã in hac ſignificatiõe his dictionibus per ut per quàm,p poſquã,ſanequã, admodum q̃, oppidoq̃. Quã ob rem ponitur interrogatiue ſicut cur,et quare, cum ponitur cauſatiue tam ſingulari, q̃ plurali reſpondet,vnum eſt quamobrem amandũ puto.i.propter quod unũ,quatuor ſunt, quamobrem rex laudatur i.propter quæ quatuor. Quamobrē,quapropter,& quare adhibētur cõcluſionibus longioribus niſi ita dicas,neſcio quare ſic loqueris, intelligo quamobrē ſic facis,ergo,uero,itaq;,& igitur breuioribus. Quãdo ſignificat quo tēpore, ponitur modo interrogatiue,ut quãdo leges?modo relatiue, vt quando eram ualidus, luctabar,& correlatiuũ eſt tunc,infinite ut quãdo legã, non ludam:ponitur interdũ pro aliquando præſertim cum præcedit num,ut num quãdo me uidiſti?quæ interrogatio ſignificat num aliquando, interdum ſignificat quoniam,& tunc eſt coniunctio cauſalis, & in ultima habet accentum acutum:quãdoq; ſignificat aliquo tempore,ſic et ſiquando, quandoquidem vero eſt coniunctio cauſalis et ſignificat quoniam. Quemadmodũ eſt aduerbium ſimilitudinis,nonnunq̃ ponitur interrogatiue, et ſignificat quomodo, ut hoc uerbum quemadmodũ vſurpare poſſimus. Quid pro cur,uel ad qd, et quare: aliquando pro quomodo, uel quapropter, & ponitur pro in quo, vel in qua re. Cice.in Lælio qd enim indigens Africanus mei?interdum indefinite pro aliquid,ut ſiquid boni habes, nonnunquam pro quantum. Vergil.quid poſſit uterq; viciſſim,experiamur. Terent.quid comedet: aliquando iungitur cum minus,ut

quid minus pro quomodo, vel cur non: aliquando cũ iam, vt quid iam pro cur non, aliquando cum vero, ut quid uero pro quo pacto, aliquando eſt aduerbiũ tarde aliquid facientis cum celeriter eſt faciendum. Plaut. quid igitur ego dubito? aliquando admiratiue. Terent. quid ſi ipſe amaſſet? aliquando cũ indignatione. Plaut. quid ſi cœlum ruat? Notandum eſt, quod quid, cur, & quare quãdo habent præpoſitum indicatiuum ſubiunguntur ſubiunctiuo, vt neſcio quid, vel cur, vel quare veneris: quando vero non habent verbum præpoſitum iungũtur indicatiuo, vt quare, vel cur, vel quid feciſti hoc? Quidem ſignificat certe, & tribus modis in oratione accipi ſolet vno ad diſtinguẽdas res, vt ego quidem ſtudeo, tu vero loqueris. Ille autem tacet: in quo modo duobus duntaxat poteſt vti comitibus, ut vero, & autẽ: altero quaſi per exceptionem eius quod affirmes. Quintilian. torquebit quidem: ſed fatebitur mater: plures in hoc modo comites poteſt habere, vt verum, veruntamen, ſed, ſed tamen, attamẽ, cæterũ: tertio cũ nulla ſequitur ex prædictis coniunctionibus Quidni ſignificat certe, vel certum eſt. Quippe ſignificat certe, interdum quoniam: & debet habere poſt ſe ſemper vbi, vel cum, ſeu relatiuum qui quæ quod. Quondam ponitur quandoq; pro ſemper. Vergil. Vt quondã in ſtipulis magnus ſine viribus ignis. Rurſus, & rurſum ſignificat denuo, & econtrario. Secus ſignificat aliter, præſertim quando habet non, vel aut ſecũ comites & proxime ad vim cõparatiui accedit. Nã vt dicimus multo magis, ita multo ſecus: interdum eſt præpoſitio, & ſignificat prope. Sedulo. i. diligenter inſtanter, cõtinue, realiter. Senſim. i. paulatim. Scilicet dicitur quaſi ſcire licet, & idem ſignificat quod videlicet, & eodem ponitur modo. Plin. produxerit iis ipſis ſcilicet, quæ nunc trademus. Sueto. ageretur ſcilicet Kalendis, & idibus cioè, vt duo currunt, ſcilicet Ioannes &

Antonius· Si interdum eſt optandi, & pro vtinam ponitur: interdum pro poſtquam, & pro quia, ſeu ſiquidē & tunc eſt confirmantis: interdū eſt coniunctio adiunctiua, vt ſi venias faciam: quandoq; cauſalis vt eris doctus ſi legas: quandoq; approbatiua, vt ſi conceſſa peto. & tunc iungitur indicatiuo: quia res facta ſignificatur. Nam ſubiunctiuo coniuncta dubitatiua eſt, vt facerem, ſi poſſem: & tunc conditionalis, & incertus eſt ſermo. Qui nanq; ſic loquitur non factum declarat. Sic eſt affirmantis, & ſimilitudinis & optādi: & eſt coniunctio illatiua, & ſignificat igitur: nonnunquā ualde, ut ſic multorum eſt hoc opus dierū. frequētius tamen in hoc ſenſu compoſitū ſicq; reperitur: duplicatur etiam maioris expreſſionis cauſa. Sicut, & ſicuti ſimilitudinis ſunt, interdum tamen non res ſimiles, ſed diuerſas, & planē contrarias denotat: interdum eſt coniunctio coniunctiua. Simul interdū ſignificat deinde, vel etiā, et poſtquā: inuenitur quandoq; geminata, & habet quaſi eandem vim quam cum, & tum, ſiue partim. Singillatim ſignificat per ſingulos. Statim ſignificat conſtanter, perſeueranter, continue, quaſi inſiſtendo, & vno ſtatu à ſtando: aliquando mox illico, quòd ea quæ mox fiunt cōtinēter fieri uideantur. Cice. in Verr. ſtatim Meſſanā literas dedit. Subinde. i. deinde, & ſtatim, atq; frequenter cum quodā interuallo, vt ſubinde hoc refers. Tandē ſignificat ad poſtremū: per interrogationē habet vrgens qddam, & accelerās: aliquādo eſt cōiunctio expletiua: interdū ponitur pro aliquādo, & pro vix, & pro ſaltē, et pro tamē. Tum ſignificat aliquādo vt tum hoc, tum illud argue, ideſt modo hoc, modo illud: quādoq; tunc, interdum eſt aduerbium ordinis, & ponitur pro deinde, quandoq; pro præterea: iungitur quandoque cum quæ licet idem ferè ſignificent: diuerſo tamen modo ordinantur. Nam cum præcedit, & quiddam minus, tum ſubſequitur, & quiddam maius ſignificat: & hoc

duobus modis fit: ut aut generale præcedat ſequatur ſpeciale vt ambo ſint ſpecialia primo modo. Quint. qđ cum omnibus confitendum eſt, tum nobis præcipue: id eſt omnibus multum, mihi autē maxime: altero modo quod opus Marcelle Victori tibi dicamus; quem cum amiciſſimum nobis, tum eximio literarum amore flagrātem. i. multū propter amorem tuum in nos, plus tamen propter amorem literarum: & hoc modo ſemper iungitur indicatiuo, aliquando etiam coniunctiuo: ſed hoc nunquam fit niſi ſub vno verbo: quod ſiquando ſub duobus fieret, non tamen in diuerſis verborum modis: diuerſiſ'ue tēporibus: ponitur quādoq; tū ſine cum geminatum, vel triplicatum in rebus paribus. Tunc ſignificat eo tempore, & præſenti, præterito, & futuro dicitur: additur quandoq; temporis: Iuſtinus tunc temporis Perſarum Cambiſi. Tutò. i. ſecure. Valde ſignificat multum. Vbi ſignificat in quo loco, interdū tēpus, & ponitur pro poſtquam, & interdum pro quādo. Terent. in Andr. vbi voles acceſſe. Videlicet dicitur quaſi videre licet, & ſignificat certe: ſed præcipuum vſum habet per amaritudinem quandam cum deriſu permiſtā: nonnunquā ſine hac acerbitate, & interrogatione, pro eo vero, quod dicitur quatuor ſunt virtutes videlicet. i. verbi gratia prudentia, iuſtitia, rariſſime legitur. Quint. in primo dictos tenores comperi videlicet declinato verbo a Græcis. Liui. Pridie videlicet plena & cōmeatum. Vix ſignificat cum vi, ac difficultate & labore: aliquando refertur ad tempus, & ſignificat ſtatim, nuper: & ponitur pro non, vt in collectaneis patuit: vix tādem ſignificat, poſt multum tempus. Vnà aduerbium acuitur in fine ad differentiam nominis, & ſignificat ſimul: aliquando ponitur geminata, & habet eandem vim, quam cum, & tum, vnquā ſignificat aliquo tēpore. Vt eſt optandi, & pro vtinam ponitur: interdum eſt coniunctio cauſatiua, vt dedi tibi librum, vt legeres: inter-

dum eſt adiunctiua: interdum ponitur elegantiæ cauſa: interdum pro quod: interdum eſt aduerbiũ temporis, & ſignificat ſtatim, poſtquam ex quo primum: interdũ qualitatis & ſignificat quo modo, & quemadmodum: vt valeas, ſignificat etiam qualitatem certam, & incertã: aliquando admiratiuũ eſt, & ſignificat o q̃, aliquãdo ſimilitudinis, oculi, vt flumina fluunt: interdum ponitur ꝑ tanquã: & pro quippe ſequente relatiuo: interdũ ſignificat ita vt, ſiue propter, vel quapropter, vt ſi dicã quotidie hoſpites ad me veniunt vt incipiam ſtomachari tãta frequentia: ſignificat ſecundũ, quòd & quãtum, quãuis, ponitur pro etiã, pro quando, & pro vt non: iungitur modo indicatiuo, vt ſuſtinui: id eſt quomodo: optatiuo vt faciam: ſubiunctiuo vt eruerint Danai. Vtiq; eſt ſimilitudinis, quandoq; ponitur pro certe, vel proſus, ſemper vt holocauſtis non vtique delectaberis.

¶De Præpoſitione.

PRæpoſitio eſt pars orationis indeclinabilis, quæ in loquendo præponitur, vel per appoſitionem .i. ꝑ regimen vt contra hoſtes, vel per compoſitionem vt inſanus: & dicitur à præponendo: quia præponitur cæteris orationis partibus. Sed ſcire nos conuenit præpoſitiones ius ſuum tunc retinere, cum præponuntur: cum vero poſtponuntur, ſignificationem, & vim propriam nõ habere vt I præ, ſequar: ſed eſt figura Anaſtrophe: id eſt duorum verborum ordo præpoſterus apud poetas, non tamen apud oratores, vt aiunt, quos eſſe falſos.

Grãma. error.

Quintil. his oſtendit verbis, niſi quem penes ſit patrimoniũ. Gel. particula iſta, qua de agitur. Salluſt. in Iug. quos aduerſum multi. Cic. de amicitia quæ ſi quos inter ſocietas aut eſt. Idem, vt eos ipſos, quos cõtra ſtatutas. Idem modum, quem vltra progreſſi. Idem de illo autẽ, quem penes eſt omnis poteſtas. Idẽ Meſſino. Qui cũ, & quibus cum. Tenus vero propter Euphoniam: id eſt bonam vocalitatem, (quãuis Celſus ſic dicens præpo-

fuerit dimittere ſe tenus inguinibus)poſtponitur vt pubetenus,& in ſingulari ablatiuo , in plurali vero genitiuo iungitur aut res geminas ſignificante aut numero ſingulari carente:geminæ ſunt aures,pedes,manus,vt Cumarum tenus,& aurium tenus. Quintil.xii.quandoque reperitur genitiuus. vbi cernitur nihil horum. Apule.in Floridis Aquila nubium tenus. Curtius pauci hoſtium tenus. Ouidius tamen pectoribusq; tenus dixit in.v.& xiiii.& Celſus in primo cap.iii.inguinibus tenus. Valer. Flaccus accuſatiuo iunxit. Et Tanaim tenus imenſo deſcendit ab Euro. Præpoſitio quũ nulli,aut ſuo nõ ſeruit caſui,vt longo poſt tẽpore venit,& poſt faciam, tranſit in aduerbium. Quia quoties pars orationis deſinit eſſe quod eſt,tranſit in vim aduerbii,& mutat accẽtum. Notandum eſt:quòd nulla præpoſitio pronomini adiungi poteſt per compoſitionem, ſed per ſolam appoſitionẽ vice encletica,& per anaſtrophen,vt quocum:ſic etiam nulla præpoſitio præpoſitioni adiungitur per appoſitionem:ideo non bene dicitur econtra,nec ecõuerſo,licet Sene.de ira ſi mendoſus non eſt,dixerit,vide ne ecõtra placidior:quãuis aliqui iuniores poſuerint duplicatas præpoſitiones Græcorum more, apud quos præpoſitiones oẽs componi,& apponi ſolent:ſed ſi coniũguntur,aduerbia ſunt:quia caſibus non ſeruiunt.Nam ſi ſeruirent vim ſuam tenerent,& pro vna parte orationis haberentur,vt ſæpe apud Catonem inuenimus circum circa Tarentum.i.circa,licet Priſcia. aliter ſentiat. Prætereundũ non eſt:quòd nulla præpoſitio poteſt verbis adiungi per appoſitionem ſicut quatuor partibus indeclinabilibus. Præpoſitio nanque ſeparata tranſitionem ſemper ſignificat:ideo quæ caſibus carent,iure nõ poſſunt per appoſitionẽ adiungi præpoſitioni. Nihil enim carens caſu per ſe tranſitum ſignificare poteſt.Præpoſitio aliis orationis partibus præpoſita ſignificationes earum aut mutat vt ſanus inſanus : aut complet. vt facio,

Priſciani error

perficio, aut minuit, vt rideo ſubrideo. Sciēdum quoq; eſt: quòd præpoſitiones tam pro aduerbiis, quàm pro cõiunctionibus inueniuntur, vt propter, & ob Verg. in iiii. te propter Libycæ gentes .i. tua cauſa. Idem cuius ob augurium infauſtum. Præpoſitioni accidunt tria caſus figura, & ordo. Caſus accuſatiuus vel ablatiuus. Quæritur cur potius præpoſitiones per appoſitionem accuſatiuo, & ablatiuo, & non aliis caſibus iunguntur. Quia accuſatiuus, & ablatiuus cum vim tranſitionis habeant, recipiũt ſeparatas præpoſitiones. Separatæ nãq; ſemper tranſitionem ab vna ad aliam perſonam ſignificant: ideo nominatiui, & vocatiui caſus per appoſitionem non recipiunt præpoſitiones: quia intranſitiuam .i. non tranſeuntē ab alia ad aliam perſonam habēt elocutionē. Genitiui vero & datiui ſunt tranſitiui perſonarũ, & nõ actuum. Notandũ eſt etiã, quòd oẽs, qui de grammatice hucuſq; ſcripſere, dixerunt, præpoſitioni accidere caſum: ſed omnes mea ſententia non bene ſenſerũt. Non enim accidentia dicimus in grammatice philoſophorum more aſſerentium accidens dici quod & eſſe, & abeſſe poſſit ſubiecto non corrupto: ſed accidentia dicimus contingentia vt nomini, pronomini, & participio caſus accidere dicimus: quia caſus habent. Præpoſitiones autem non ſunt caſus, nec habent. Quare proprie loquendo dicemus præpoſitiones ſeruire caſibus, & non habere caſus nec præpoſitioni accidere caſus.

Gráma. error.

Præpoſitionum figuræ ſunt duæ ſimplex vt abs: quia nõ poteſt diuidi in partes ſignificatiuas. Compoſita vt abſq;. Ordo præpoſitionis eſt qualitas, quæ demonſtrat, ꝙ præponi, quæ'ue ſupponi præpoſitio debeat. Ordo præpoſitiuus vt ſine, ſubiunctiuus vt tenus, communis vt cum illo, & cum quo, & quocum, & quicum. Cice. erat nemo, quicum eſſe. Idem quam quicum hæc familiariter. Idem habes quibuſcum poſſis. Idem quibuſcum ſi frequentes ſunt, & ſæpiſſime: hac ratio-

ne nõ dicimus cum me, cum te, cum nobis, cum vobis, ſed mecum, tecum, nobiſcum, vobiſcũ & hoc cauſa euphoniæ. Propriũ præpoſitionis eſt nihil certi per ſe poſitam ſine aliis partibus orationis poſſe ſignificare. Hæc enim & coniunctio ad ſenſum ſequentium ſuas ſignificationes accõmodant. Præpoſitio cum in compoſitionem tranſit: aut vim ſuam retinet vt induco, aut mutat vltimam literam vt ſufficio, aut perdit vt coeo. Præpoſitiones accuſatiuo caſui ſeruientes ſunt hæ ad, apud, ante, aduerſum, vel aduerſus, cis, citra, circum, circa, cõtra, erga, extra, iter, intra, infra, iuxta, ob, pone, per, propẽ, propter, ſecundum, poſt, trans, vltra, præter, propter, ſupra, circiter, vſq;, ſecus, penes, verſus, verſum, procul, pro iuxta pridie. Præpoſitiones ablatiuo caſui ſeruientes ſunt hæ, A, ab, abs, cum, coràm, clam, de, ex, e, pro, præ, palàm, ſine, abſq;, tenus Clam etiam accuſatiuo, & ablatiuo ſeruit. Plau. clam patrem meum poſſe habere. Idem clam viro. Præpoſitiones vtrique caſui ſeruientes ſunt hæ in, ſub, ſuper, & ſubter: ſed hæ præpoſitiones tunc ſeruiunt accuſatiuo quando ſignificant motum: quando vero ſtatum tũc ablatiuo. Præpoſitiones, quæ niſi in compoſitione inueniuntur ſunt ſex Di, dis, re, ſe, am, con, caue an dicas. Veteres enim am pro circum autore Macrobio ponere ſolebant & am terminũ: id eſt circum. Var dixit, & Feſtus inquit Am præpoſitio ſignificat circum, hinc dicitur ambuſtus: id eſt circumuſtus: & Priſcia. ait Am etiam peri græcam præpoſitionem ſignificat vt amplector.

¶ Præpoſitionum ſignificationes per alphabetum.

A Ideſt poſt. Plin. a conceptu decimo die: ſic dicimus a partu, a funere, a tergo, a commeatu, quod eſt poſt partum, & reliqua: ſignificat & ablationem, vt rapio a te libros, & motũ vt diſcedo a Petro nõ ex Petro: & tẽpus vt expecto te a meridie, & ordinẽ vt tertius a Franciſco, & de. Terent. a villa mercenariũ vidi.

Terent.in And.a vobis eſt,i.veſter eſt,& contrà. Verg. a frigore myrtos:ocium eſt a bellis.i.non bellatur,ſicut vaco ab opere, ſum ocioſus:quandoq; habet defenſionem,& ſignificat pro. Ci.turbulentamq; dementiam a ſenatu, & a bonorum cauſa ſteterit conſtantius.i.cauſa bonorum:ſic dicimus a teſtibus,a quæſtoribus,a voluntate,quæ locutio creberrima eſt:in compoſitione ſignificat plerunque ſeparationem vt amoueo,quãdoq; priuationem vt amens.Eſt ſciendum: quòd A conſonantibus,aut vocalibus vim conſonantium habentibus iungitur,vt a Franciſco,a Venere,a Ioue: a theatro tamen venit,q fuit in loco theatro ꝓpinquo: ex theatro autẽ venit,qui fuit in ipſo,ſicut ad tribunal venit litigator:in tribunal autẽ venit iudex,qui in eo ſedet: A quoque eſt interiectio ſine litera H.Verg.a ſilice in nuda reliquit, quod Aug.Prob.& Priſcia.affirmant: A,& ab ſignificant actionem,vel augendi modum,& autorem,vt ſcriptum eſt a puero.De vero ſignificat memoriam,vt Homerus multa de Achille refert:ab in compoſitione nõnunquam ſignificat priuationem vt abſimilis: nonnunquam ſeparationem vt aufugio, & pro extra, vt abduco,& pro contra, ut abuſus, & pro ſtatim poſt vt exul ab octaua,vide ſpicilegium: & iungitur non modò (licet hoc ſit frequentius) vocalibus ab Antonio.& liquidis vt ab rege,ab legato: & I conſona vt ab Ioue, ſed

Laurẽt. error.

aliis quoque literis, quãuis Lauren.neget Salluſt.in Catilina ſiquid ab ſenatu petere uellent. Idem cum ab ſenatu hoſtis iudicatus eſt. Idem illud exemplum ab dignis. Idẽ unde ab ferentariis.Idem ab Zama diſcedit. Cice in.v Tuſcu.ignoratum ab Syracuſanis. Sol.ab dextera Aegyptus. Idem mare iſſicum ab tergo montiũ. Plin.ab Sole nunquam abſiſtens. Idem remedium ab natura repertum.Li.in primo, Aeneas ab nomine uxoris:& ſæpius apud bonos legitur autores. Compoſita ſolet præponi tum uocali tum conſonanti, ut abigo,

abduco: ſed in aufero B mutatum eſt in V tam euphoniæ, q̃ differentiæ cauſa, ne ſi affero dicas ab ad, & fero componi videatur, ſic & aufugio. Abs aliquando ſignificat priuationem vt abſtemius, & retractionem in partem poſteriorem, ſicut in abſtraho, interdum præter, ſiue, ſine vt abſque iniuria, & in compoſitioue ponitur ſequentibus T, & C, vt abſtineo, & abſcondo. Aſporto vero quamuis ab abs componatur, tamen B amittit: in appoſitione vero ſequente vel Q, vel T, vt abs quouis, abs te. Am ſignificat circum vt amplector: verum quando componitur cum dictione incipiente ab A, E, I, V, interponitur B euphoniæ cauſa vt ambages, ambio, ambeſus, ambuſtus. ſi vero cum C, H, E, Q: mutatur M in N anciſus, anhelo, anfractus, anquiro. Apud ad locum refertur, & ſignificat propinquitatẽ, vt apud vrbem, quãdoque refertur ad perſonam ſolum vt apud regem, quandoq; ſignificat coniunctionem loci, & perſonæ & ſignificat ſtatum vt cœnaui apud Pompeium: id eſt cum Pompeio, & in domo ſua, & interdum in, vt apud forum modo ibo, & A. Cice. apud maiores noſtros factitata: id eſt a maioribus: & in hoc differt a penes. Nam apud qualitercunque ponitur, & de re, quæ non eſt in noſtra poteſtate. Penes vero ſignificat poteſtatem, & rem, quam poſſidemus, & perſonam, & dominium: & interdum ponitur ſine dominio vt fides penes autores eſt: id eſt apud: & relatum ad perſonam interdum ſignificat vituperationem; vt culpa videatur penes patrem: & interdum laudem, vt penes quos laus ſit: interdum commodum, & incommodum. Liui. penes eoſdem pericula belli penes quos præmia eſſent. ſeruit loco. Cice. in quarto Rhetoricorum penes ſcenam: dicimus quoque laus mea eſt penes te quaſi in manu tua eſt arbitrium laudis meæ: dicimus etiam ad amicum, non apud amicum vado: quia apud cum verbo motus non ponitur, ſed cum ver-

bo ſtatum ſignificante:ut fui apud amicum, nō ad amicum. Ad tam in compoſitione, quàm in appoſitione interdum ſignificat propinquitatem, vt aſſideo i.propè ſedeo:ad flumen.i.iuxta flumen,& cauſam, vt ad quid veniſti.i.cauſa cuius: & ſimilitudinē vt æquatus ad vnguem,& contrarium.Cic.ne ad ea meditetis. Ver.prima quod ad Troiam.i.contra, & nō apud (vt Seruius, & alii) & tempus vt ad bellū Troianū.i.vſq; ad tēpus belli:& adiunctionem. Terent.ad hæc mala hoc mihi accedit:& ante vt ad ianuā.i.ante & verſus: & in Verg. Regina ad templum forma,& per. Pli.iii.epiſtolarū in ius voces ad hanc epiſtolam:& differt ab in:quia in tēplum vado ſignificat intro:& cōplementum, vel extremum rei. Plin.empto capaci ad ſextarios tres: & comparationem, ut ad diem venit.i.tempore præſtituto. Cice.pro Cæci ad vnum i.vſq, ad vnum.i.nemine excepto. Li.iii.ad vnum oēs occidit, & circiter vt ad tria millia paſſuum.i.circiter: habet quoq; vim intendendi, ſed in cōpoſitione,vt affirmat.i.valde:& ſuper.Terent. ſiquis magiſtrum cepit ad eam rem: & poſt vt ad hæc .i.poſt hæc:& vſq; ad vt ſilebo ad annū:dicimus ad vrbem & ad Lentulum quia ſignificat motū ad locum, & non apud,nec in Lentulum vado,niſi ſignificaret cōtra: Ad quoque iungitur genitiuo nominis alicuius dei vbi templum,ſiue ædem intelligimus. Teren.vbi ad Dianæ veneris. Cic.ad Atti.ſenatus ad Apollinis datus. Hora.primo Ser.veturum erat ad Veſtæ. Liui.in.x.via a Martis.i.à templo. Aduerſus, ſiue aduerſum ſignificat contrarietatē vt aduerſus hoſtem.i.contra; & erga, vel apud Teren.& id gratum fuiſſe aduerſum te: hinc exaduerſum.i.è regione,ex oppoſito. Teren.in Phor. exaduerſum tōſtrina erat quædā. Ante ſignificat locū, vt ante curiam, & tempus vt ad annum, & perſonam, vt ante Ioannem: inuenitur ſine caſu, & loco aduerbii ponitur, quod eſt apud Græcos proteron, & ſignificat

Vergilii locus.

Seruii error.

antea, vt ante pererratis. Circa.i.iuxta,& locũ,& tẽpus oſtendit vt circa forũ,circa tres annos:& poſtpoſita cõponitur quocirca, & cũ id A finali mutata in O vt idcirco,& eſt cõiunctio cauſalis. Nã præpoſitio vel præcedit verbũ vt præfero,vel aduerbium vt expreſſe, vel participiũ vt præcedens,vel coniunctionẽ vt abſq;,aut ſeipſam vt circũcirca. Circiter.i.iuxta,& refertur ad tẽpus,ad numerum,& ad locum vt circiter Kalendas Iunias,circiter tria millia militum,circiter duo milia paſſuum.i.paulo plus,aut minus. Cæſar.ii.de bello Gallico fluminis erat altitudo circiter pedum trium. Idem traiectum eſſe cognouerat circiter millium paſſuũ.xxx. tranſmiſſum. Idem circiter parte tertia. Idẽ circiter.xl. nauibus:& ponitur aduerbialiter,vt hora circiter decima inſeruio literatis circiter octo.i.paulo pluribus, aut paucioribus. Circum.i.iuxta & in circuitu ut circũfero, circum montem & ſemper ad locum refertur: qñ vero nõ ſeruit accuſatiuo eſt aduerbium locale. Verg. Anna vides toto properari littore circum: hinc circũſecus.i. iuxta in circuitu. Apule.ii. nos circum ſecus aſtantes: Cis,& citra idem ſignificãt:cis tñ fluuiorum,vel montium noĩbus iungitur,vt cis Alpes, & cis Rhenum. in cæteris vero noĩbus citra magis utimur:interdum citra ſignificat ſine. Quin.in primo neq; citra muſicẽ.in quo ſignificatu apud iuriſconſultos maxime legitur,& ante vt citra Kalendas: interdũ eſt aduerbium, vt citra quã debui te dilexi, ideſt minus q̃ debui, ſic ultra pro magis vt ultra q̃ debui te dilexi.i.præterquam debui. Cis habet vim localem, & temporalem vt cis Rhenum, & cis tempus definitum q̃ naturæ leges,ideſt minus q̃ patiantur leges naturæ ſeu vltra,& interdum ponitur pro ultra,vt cis Rhenum. Sal.i. vltra: cis componitur vt ciſalpina, citra vero nunquam. Con.i.ſimul ut compono:interdum ſignificat contra vt contendo, interdum, valde vt concrepo. Eſt ſciendum, quod quando com/

ponitur cum dictione à vocali, vel ab H incipiẽte ſemper N abiicitur vt coherceo, cohortor: in comedo vero N mutatur in M, quãdoq; cõponitur cum B,M,P, tranſit N in M, vt cõbibo, commoneo, compono: cum C vero D,F,G,Q,S,N,T,I, & V, cõſonantibus manet N integra vt concurro, condo, confugio, cõgero, coniecto, conquiro, conſequor, connecto, contineo, conuenio, in reliquis N mutatur in ſequentem literam vt collido, irrigo. Cõtra ſignificat aduerſum, & ad perſonam, & ad locum refertur, & ex oppoſito, ſiue è regione, & tunc eſt aduerbium & pro viciſſim, quod dicitur etiam è contrario, è diuerſo. Coràm proprie refertur ad certam perſonam, & ſignificat in conſpectu vt coràm iudice: eſt quoq; aduerbium, vt coràm quẽ quæritis adſum, ideſt præſentialiter: & differt ab ante oculos, quod ante oculos lõge intelligi poteſt: coràm proximitatẽ ſignificet. Terẽt. in Eun. Quæ mihi ante oculos coràm amatorem adduxiſti tuum. Clàm.i.occulte, & clàm patre id egi.i.inſcio patre: & clàm me eſt hoc, ideſt ignoro, & dicitur à clauibus, hinc clanculũ, & clandeſtinus penultima producta: eſt et aduerbium, ut clàm ferrò, & iungitur ablatiuo frequentius, q̃ accuſatiuo. Cum copulata ſignificat comitem vt cum Benedicto, nec compoſitionem ingreditur, ſed pro ea ponitur cõ: aliquando eſt aduerbium, interdum ponitur pro dum, interdum pro quamuis & exigit tamen: iungiturq; ſubiunctiuo. Cice. pro Deio. cũ in omnibus cauſis grauioribus initio dicendi commoueri ſoleam: tamen in hac multa ita me perturbant, & reſoluitur per gerundium ut cum amem amando: aliquando pro quoniam, ſiue pro cauſa, et ſimiliter ſubiunctiuo iungitur, & pro quãdo, et tunc iungitur indicatiuo, et ſubiunctiuo, & ſcribitur per Q duabus literis ſequentibus, vt cum ſicut patuit in collectaneis, iungitur tunc indicatiuo quoties ad tempus quo agebam, refertur vt cum legebam: ſub-

iunctiuo vero iungitur cum poſt factum aliquid perfectum ſignificat ut cum veniſſes declamaui: ſignificat enim prius veniſſe. De habet uim memoratiuam, vt de officiis, & intentiuam vt dedo, et priuatiuam ut demens, et pro deorſum ut deſcendo, et propter ut de fidicina iſtac. Terent. & a, vel ab, uel ex, ut audiui de patre, et non ut delumbe, ideſt non habens lumbos, interdum deficientem uim ſui ſimplicis indicat, ut tego detego, interdum eſt honoris exhibitiua vt deduco, et in totum, uel omnino ut demando: quandoque aperte, ſeu palàm vt demonſtro, quandoque contra, ut derideo. Di eſt ſeparatiua vt deduco, & iungitur reliquis conſonantibus. Dis eſt ſeparatiua ut diſpono ſignificat negationem ut difficilis, diuerſitatem ut diſſideo, diuiſionem ut diſſocio, ualde ut diſcutior male ut diſpereo, & ponitur ſequentibus, C, P, S, T, & cum I conſonante, ut diſcumbo, diſpliceo, diſſero, diſtraho, diſiungo: ſequente F euphoniæ cauſa mutatur S in F, ut differo: mutatur etiam S in M ſed ſolum in uerbo diminuo pro diſminuo. E temporalis eſt vt eueſtigio, & priuatiua ut eneruis: & intentiua, ſeu perfectiua, ut enarro, et pro extra vt educo, et pro eo quod eſt pro, vt E repu. et localis, vt E cœlo, et pro A vel ab, ut audiui è patre: & in ut è renibus laborabat: dicimus quoque è Pamphilo grauida eſt, & nō à Pamphilo. Et tēporalis eſt ut ex quo, ideſt illo tēpore, quo: & priuatiua ut exāguis, et intentiua, ſeu perfectiua ut expleo, localis ut ex vrbe, et pro extra ut excludo, et pro A, uel ab ut audiui ex te, et ex collo dependet: ſignificat miſtum, ut panis ex vino: et ſecundum ut ex Platonis ſentētia, et ꝑ ut ex dignitate, ex tempore uenit. i. ex temporis conditione, ideſt impræmeditatus: compoſita adhæret uocalibus, ut exuro, et his conſonantibus, C, P, T, F, et tunc X in F mutatur, et Q vt excutio, explodo, extraho, officio, exquiro: ſi dictio incipiat ab S abiicitur S ut exe-

quor, cum cæteris vero conſonantibus E iungimus ſic & ab R incipientibus ſemper E & non ex vt ē repu. A vocalibus autem incipientibus ſemper iungimus ex vt ex Antonio. Erga ſign ficat circa quando pro affectu ponitur, vt bonus erga amicos, & verſus vt erga regē ſed erga in bonum: contra uero in malum: erga interdum ſignificat loci propinquitatē ff. de verbor significatione. l. ſtatuæ. Extra. i. præter vt extra te amicum & exitum, vt ex eo extra. i. foras: & tunc eſt aduerbium. Inter ſignificat in, vt inter ſe conuerſis oculis: aliquando in medio quorundam vt inter reges: aliquando in eum locum, vbi Cicero veniſſe inter Falcarios. i. illuc vbi ſunt Falcarii: aliquando propter, ſeu poſt ut hunc inter fluuio. Cōpoſita uero ſignificat de medio, ut intercipio, totum vt interbibo, facti priuationem ſiue deſtructionem, vt interimo, maxime, ut interminor & ab in deriuatur inter, ſicut à ſub ſubter, & à cis citra, & extra, à præ præter, à pro propter, hinc deſcendunt interea, interim. i. quandoq;. Quinti. ſed interim excuſantur hæc vitia, & interdiu. i. in die: interdum, interea loci aduerbia. In ſignificat erga vt multa in me contuliſti beneficia, & pro vt cōmoda mihi veſtem in diē, nec dicas p̄ vno die, ſecundū, ut ſenatuſconſulto in meam ſententiam facto, & circa, & tunc ſign ficat tempus ut aſpirant auræ in noctem, & aduerſus, vel contra, & intra ut in domum proficiſcor: & ad impulit in latus, & vſq; ad ut bellum in triceſimum diem, & qualitatem ordinatiuam, ut opus in dies creſcit, & ſpacium temporale ut à luce in noctem, & inter. Verg. mediiſq; in milibus ardet. Quint. in primo, iam in nobis quiſq, dixerat. Sal. in Cati. in his erat Fuluius. i. inter hos: hinc dicimus in primis, ideſt inter primos, & ante. Curtius, in oculis duo maiora omnium nauigia, et modum qualitatis, ut in faciem uerſus, et ſuper ut multa in eam rem loquor, & dormit in latus, in aurē, & quando teſtimonium ad

ducimus interpretis accuſatiuo ſeruit, vt ſeruius in Vergilium, non in Vergilio: quando uero ſignificamus autorem ablatiuo ſeruit, ut Plautus in Amphitryone, nõ in Amphitryonem, ſignificat ſimilitudinẽ ut curuatus in arcum, & formam ut exciſus in antrum. dicitur ſum in poteſtate, rarius in poteſtatem. Cic. ſic verſor in templo, in ludo. Compoſita eſt priuatiua, ſiue negatiua ut indoctus, et intentatiua pro ualde, ut inſonuit, intra uel intro ut ingredior, induco, contra ut inclamo, & ſupra ut immineo, & ſine ut iniuſſu tuo, ſuperuacua, ut incãtamenta, et ſolemnitatem quãdam importat ut indico, & qualitatem in peius, ut informes uidiſſe Cyclopas. i. malæ formæ, licet Diom. & Macro. nullius formæ, ſed nõ recte exponant: habent enim formam, ſed malam, ſiue turpem, oratorie diceretur deformis. Intra ſignificat in ut intra cubiculum. i. in cubiculo: citra ut intra modum . i citra modum, hoc eſt minus quàm modice: ſic dicimus intra famam, ſine caſu eſt aduerbium. Infra quoq; ſine caſu eſt aduerbium: hoc differt inter infra & intra: quòd infra ad dignitatẽ, et locũ refertur, ut infra dignitatem meam eſt i. minus q̃ decet dignitatem meã Terentius in Eunu. infra omnes homines puto, et infra tectum: intra uero ad numerum, et ſpacium, ut intra tres dies, et intra muros, non autem infra licet Plin. in undecimo dixerit oua incubari infra decem dies. Iuxta ſignificat apud, propè et ſimul coniunctum licet raro legatur. Varr. de uita patrũ, faceret iuxta ancillas. i. ſimul cum ancillis. iungitur et uerbo quaſi aduerbium, et tũc ſimiliter, æque Sallu. horum uitam mortem iuxta exiſtimo. ponitur et aduerbialiter. Verg. ii. Ingens ara fuit, iuxtaq; ueterrima laurus. Ob ſignificat per, et propter ut ob diuitias coleris, et pro ut ob meritum: ueteres tamen pro ad ponebant: in compoſitione uero ſignificat contra ut obiicio, et circum, ut obambulo. Palam ad omnes refertur, et ſeruit caſui, licet negent..

Diomedis &, Macro. error.

Gráma. error.

Ouid.v.de Triſti. Meq; palàm tuto de me male ſæpe loquuntur. Idem de morte Druſi,& fleuit populo Cæſar utrunq; palàm. Per ſignificat tranſitum localem, ut per forum,& tempus vt per diem, et cauſam ut per virtutem fio laudabilis,et inter Vergil. circum perq; duas; per me,ideſt ſolus ut Hoc per me didici dicere, Cæſar aue,et præcepta p ſe nihil proſunt.i.ſola: p te uenio.i. te auſpice,uel tuo cõſilio.i.mediãte te. Cato in re ruſti. conterito mortario per ſe vtrunque, ideſt ſeparatim utrunq; ponitur adiuratiue ut per deum,& obteſtandi. Vergil. Per te,qui te talem genuere parentes: quandoq; denotat perſonam, ut per medios ruit, & mediũ quendam, et quaſi interceſſorem, ut per meos amicos obtinui, ideſt auxilio amicorum. Cice. per me certior fias.i.me operante. in compoſitione interdũ perfectionem,et ad finem perducere ut perficio: & abnegationem ut perfidus, et medium, ſiue trans vt perfluo, et ualde et tunc cum poſitiuo ſemper iungitur: quamuis cum ſuperlatiuo quoq; legatur. Colu.lib.iiii.perpauciſſimis agricolis. Cice.in.iiii.ad Herenn.perpolitiſſime. Idẽ fructum,atq; lætitiam duco eſſe permaximũ. Liui. ſed in rebus aſperis, & tenuiſſimis perfortiſſima quæq; conſilia. Plin.in.ii.cap.lvi.itaq; perplurimũ refert: dicimus et perq̃, et ſignificat maxime et iungitur poſitiuo, vt perquã doctus.i.maxime doctus: q̃uis perquàm maximo dixerit Curtius,et perquàm breuiſſimos Pomponius iuriſconſultus, et perquàm ſapidiſſimum Apule. in.ii. Ponè ſignificat apud. Plin.lib.iii. ponè eos montes, uel iuxta uel poſt, uel retro ſeruit accuſatiuo licet negent. Plaut.in Pœn. ponè nos recede,et paulo poſt ponè ſeſe homines locant. Idem ponè me eſt ſeruare. Idem ponè ædem Caſtoris. Stat.in.ix. ponè viros atq; arma latens. Poſt ſignificat ordinem loci,temporis,dignitatis, ſeu cuiuslibet rei, ut poſt montem, poſt menſem, poſt pietatem: & aduerbialiter ut poſt faciam, id

Grãma. error.

eſt poſtea, & tunc non ſeruit caſui, vel ſeptimo caſu iungitur vt lõgo poſt tempore.& hoc ideo: quia poſt ante, & aliter ſunt aduerbia comparatiua, & ſeptimus caſus ex comparatiui natura regitur. Cic.in.x.epiſtolarum ante aliquanto quàm tu natus.Salluſt.in Cat.poſt paulo, Cæſar poſt paulo. Præ ponitur pro pro, ſiue propter, vt præ luxuria, & pro ante, vt præ cæteris amandus, & præſequor, & præ oculis,& pro reſpectu, ſiue ad comparationem ut contempſi præ me, & pro extra ut præ ſe vno, & pro ante, vel prius ut præ fero, & ſuper ut præfectus, & valde, vel mirum immodum, ſiue præter modum vt præcelſus, & ante tempus, ſiue præter morem aliorum vt præcox vua, præcox ingenium: & non, ſiue nondum vt præmaturus, & ex ut præ amore excluſit,hinc præter. Præter ſignificat iuxta.Ouid.in tertio Faſto. præter ſua limina ferri,& ultra. Quintilia.multa erant præter hæc, & ante. Cice.in Verrem: præter oculos ſoli ferebant: & contra. Terent. præter ciuium morem, & ſine ſed tunc ablatiuo iunxit. Salluſtius in Catili. præter rerum capitalium condemnatis. Priſcianus, ſed non bene: legitur enim in Salluſtio præterquam & condemnatis, eſt datiuus,& regitur,diem ſtatuit:habet uim excipiendi,ut præter Seruilium, hinc præterquam quòd, ideſt niſi. Plin. omnia nobis ex voto ſucceſſerunt præterq̃ quòd in itinere defunctum. Pro eſt localis vt pro mœnibus.i.ante. prouenio, & pro ad ut pro meis viribus, & pro virili parte, ideſt pro poſſe, & pro in ut pro roſtris,& pro iuxta,vel ſecundum,vt pro Platonis ſententia,& pro cauſa vt teſtis pro teſtimonio, ideſt cauſa dandi teſtimonii,& pro loco ut ſum pro prætore,& ꝓ autoritate ut ſenatus pro poteſtate interceſſit: ideſt autoritate ſuæ poteſtatis,& ꝓpter ut pro iniuria,& pro defenſione,vt ꝓ Milone,& vicem. Teren.in And. pro te molam: eſt quoq; aduerbium admiràtis, ut pro dii im

Salluſtii locus. Priſcia. error.

mortales,& interiectio dolentis, ſeu indignātis vt pro deum, atq; hominum fidem : ſed pro his duobus modis circūflectitur,& ſcribitur ſine H, vt alibi docuimus: & temporalis ut proſpicio.i.longe ſpecio. Et notandū eſt,quod non dicitur à procul & ſpecio,vt aiunt, ſed à pro,quod eſt procul, quoniam procul nunq̃ tranſit in cōpoſitionem ſic & profugus, & ſimilia. Decipiuntur enim quòd pro in cōpoſitione corripitur interdū,quoniam apud Græcos corripitur: ideo hanc rationē ignorātes tradūt dici à procul, quod primam corripit,q̃nq; priuatiua,vt profanus.i.non ſacer,& e vel ſuper vt prominet proeminet,vel ſupereminet,nōnunquā in lōgū, ſiue porro,vt promiſſa barba, & diu ut propendo, & pro palàm & more ſolenni vt pronuncio, & coràm ut propono, & valde vt procuruus. Sciendū eſt,quod ſi pro cōponatur cū dictione incipiente à vocali interponitur D euphoniæ cauſa vt prodeo,prodibo,& iungitur uerbo cum ut et ſignificat ſecundum, ut pro ut valeo. Propè,ideſt iuxta vt propè domū,& ex ꝓpinquo, & pro aduerbio ponitur: et ſignificat ferè, ſeu quaſi: hinc & modo componitur propemodum,ideſt quaſi. Propter ſignificat cauſam,ut ꝓpter illū, ideſt illius cauſa,& iuxta,vt propter aquæ fontē. Cice.in.ii.Rhet.qui propter Lacedæmonē fuit. Re,ideſt retro vt reſpicio, quādoq; ſignificat ꝑfectionē,vt recognoſco:quandoq; reciprocationem vt remedio. Et notādū eſt,quòd ſi cōponatur cum dictione incipiente à vocali D interponitur: quandoq; contra, ſiue aduerſus vt reluctor,& iterum,atq; iterum ſiue ſæpe,ut reputo,& de nouo vt renuo: & inde vt remoueo, & ualde ut redundo, & longe vt repoſtas. Se eſt ſeparatiua vt ſecubo,& abnegatiua vt ſecurus,ideſt ſine cura. Secus.i.iuxta,vt ſecus decurſus aquarū: & aliter vt non ſecus ac iuſſi.i.aliter. Secius.i.minus. Apul.nec eo ſecius: aliq̄ñ tarde. Actius, ſi forte paulo quam veniam ſecius. Secundum ſignificat

Grāma. error.

autoritatem

autoritatē, ut ſecundum Ciceronē, & iuxta, ſiue ꝓpē, ut ſecundum aurem: & pro, ut ſecundum te litē do: aliquando in, ut ſecūdum quietē te uidi: & ſup Sal. in Iug. ſecundū ea ut deliberetis, & ad æmulationem, ut ſecundum Platonē uiuo. i. ſimiliter illi, & poſt Cice. proxime autē, & ſecundum deos homines hominibus. Sine eſt negatiua, ut ſine timore. Sub ſignificat circa requirit accuſatiuum, ut ſub lucem: & paulo ante, ut ſub lectionē Vergilii diſputabatur: & paulo poſt, ut ſub rem diuinā recedemus. & per, ut ſub nocte & pro, & ſtatim poſt, ut ſub hæc uerba, & ante, ut poſteſq; ſub ipſos, & ſubter, ut ſub quercu, & in, ut ſub tēplo, & ꝓpè, ut ſub ipſa ecce uolant: & cum, ut ſub ſarcinis, & compoſita ſignificat diminutionem, ut ſubrideo. i. parū rideo & ſupra, ut ſubiiciunt in equos, & poſt, uel quamprimū, ut ſubſequor, interdū contra, uel propè, ut ſubſiſto, & prudēter ſeu diligenter, ut ſubſeruio, & ſenſim, ut ſurrepo, & adhuc. Liu. tanquā ſpecies ſubeſſet, & infra, ut ſubiecit caudam, & ſurſum, ut ſubſtulit exutas. Subter. i. ſub, ut ſubter denſa teſtudine. Subtus eſt aduerbium, & nō ſeruit caſui, ſicut retro: dicitur enim poſt me, nō retro me. Super ſignificat de, ut ſuper Priamo, & in, ut fronde ſuper uiridi, & proinde. Vergil, ſuper arboribus, & ultra,

Seruii error.

ut ſuper Garamātes, & deſuper, ut ſuper uallo, & ualde, ſeu uehementer, ut his accenſa ſuper, licet Seruius pro de, ſed nō recte exponat: & pro uel per, ut nil ſuper imperio moueor, & ſub ut ecce ſuper mœſti. Ver. & ſuper eſt, & neq; enim fuga ſuper ulla periclo: hinc inſuper, & ſignificat amplius, ut inſup ipſi Dardanidæ. Supra ſignificat ultra, ut ſupra annum, & ſuper, ut ſupra montem, & additionem, ut duo ſupra decem, hoc eſt decem & duo: dicitur etiam ſupra morem, id eſt ualde: & interdum eſt aduerbiū. Salu. in Iug. pauca ſupra repetam: & differt a ſuper. Sup enim ſignificat contiguū, ut ſedeo ſuper lapidem, & pileus eſt ſuper caput. Supra

autem interiecto ſpatio, vt nubes eſt ſupra nos: ſæpe tamen confunduntur: dicitur quoq; ſedemus tu ſupra ego infra:intra vero nō dicitur qa dicimus intus, & intro. Antiqui tamē ſupera dicebāt,ſicut infra infera. Cic. in Arato huic ſupera. Idem ſuperaq; retorquens:hinc ſupra per ſyncopen.i.conciſionem mediæ ſyllabæ ſeu literæ:ſuper vero per apocopen: id eſt per abſciſſionē vltimæ ſyllabæ:ſeu literæ facta ſunt:vel ſup dicitur hyper, vt ſopnus ab hypnos. Tenus.i.vſq; ad, vt capulo tenus,& non vltra vt geſſit conſulatum titulo tenus,id eſt non vltra titulum,& deducunt a tero,alii a tendo: poteſt eſſe primitiua hinc hacteſus. Trans habet ſignificationem localem,vt trans montem:id eſt vltra: ponitur

Grāma. err. o

cum verbo motus licet negent. Quint.ſalutem publicam trans mare petendam, Cæſar a Germanis Rhenumq; antiquitus traductos. Interdum in compoſitione amittit ns vt traduco,trado,traiicio. Nota quod omnes præpoſitiones monoſyllabæ componi & ſeparari poſſunt:excepta cum pro qua in compoſitione vtimur con vt dixi. Vltra vt vltra mare,& aduerbialiter, vt qd vltra curabo:& longius. Pli.iiii.epiſtolarū nō ultra differemus. Vſq; ſignificat cōtinuationem, & finē loci,temporis,& huiuſmodi ſed raro ponitur ſine alia præpoſitione. Cic.pro Deiotaro vſq; ad Numantiam miſit, & valde,ſeu ſemper.& tunc eſt aduerbium,& diu, & prope,ſiue vehementer ſiue aſſidue:vſquequaque.i.longe, lateq; ſiue continue,ſemper:vſq; adeo,ſiue vſq, eo: id eſt in tantum,vſquequo aduerbium eſt interrogatiuum vt vſquequo ſtudebis?

De Coniunctione.

Coniunctio quam quidam coniunctionem ex ſyndeſmo vocant,eſt pars orationis indeclinabilis innectens:ordinanſq; ſententiam, & cæterarum partium coniunctura:dicta a coniungendo:quia coniungit elocutiones,vt ego & tu legimus: & propriū coniunctio-

nis hoc eſt diuerſa nomina, vel qualeſcunque dictiones caſuales, vel diuerſa verba, vel aduerbia cōiungere: ſed coniungit vel per vim, quando plura ſimul eſſe ſignificant, vt pius & fortis fuit Aeneas: vel per ordinem naturæ: cum aliquarum ſignificat rerum conſequentiam in ordine poſitam, vt ſi ambulat, mouetur. Sequitur enim ambulationem motus: & in hoc differt a præpoſitione. Quòd præpoſitio cum verbis cōponi poteſt, vt ſubrideo: coniunctio vero nunquam. Præpoſitio ſeparata caſualibus ſemper præponitur: coniunctio vero modo præpoſita modo poſtpoſita omnibus dictionibus coniungi poteſt. Eſt ſciendum coniunctionem per modum diuerſitatis coniungere, vt patuit, ſum vero per modum eiuſdem rei, vt ego ſum ſtudioſus: vt inſum patebit. Coniunctioni accidunt tria figura, ſpecies, quam alii poteſtatem complectendi, nonnulli ſignificationem appellant, & ordo. Figuræ ſunt duæ, ſimplex vt at, compoſita vt atque. Species coniunctionis ſunt: copulatiua, continuatiua, ſubcontinuatiua, adiunctiua, cauſalis, effectiua, approbatiua, diſiunctiua, ſubdiſiunctiua, diſcretiua, aduerſatiua, abnegatiua, collectiua, vel rationalis, vel illatiua, dubitatiua, completiua, diſtributiua, expoſitiua, exceptiua, diminutiua, infinita, additiua. Copulatiua eſt, quæ tam verba, quàm ſenſum copulat, vt Cicero fuit & ſapiens, & eloquens: & hæ ſunt dictiones copulatiuæ &, q̃, atq;, q;, ac, quidem, quoq;, etiam, item, at, aſt, ſed, autem, vero. Copulant enim cum confirmatione intellectum. Notandum eſt: quòd coniunctio copulatiua copulat, aut orationes, aut dictiones: ſi orationes debet ambas, aut p̄fectas copulare, vt ego ſcribo latinum, & tu legis epiſtolam. Oratio nanq; perfecta eſt, quæ verum vel falſum ſignificat, vt patuit, uel quæ perfectum generat ſenſum in animo auditoris: imperfecta uero eſt, quæ neq; uerum, neq; falſum ſignificat: uel quæ imperfectum generat ſenſum

in animo auditoris,ut ego et Lentulus: uel me legere, et Lentulum ſcribere.hæ orationes falſæ ſunt:quia nõ generant perfectum ſenſum in animo auditoris: quia deeſt uerbum patet, conſtat omnes uident, et ſimilia. Cum autẽ copulat dictiones, debet eas uel ambas declinabiles, aut indeclinabiles copulare: ſi declinabiles debet in eodẽ copulare caſu,ut ego lego Vergilium,et Lucanũ:ſin indeclinabiles nihil refert:tamẽ in diſſimili caſu quatuor modis cõiungi poſſe reperitur: primo cũ noia tanquã aduerbialiter ponuntur, maneo Romæ, et Venetiis,et tu dormis domi,et ruri: ſecundo cũ nominatiuus loco genitiui poſitus uenuſtatis gratia iungitur genitiuo poſſeſſiui,ut liber eſt meus,et Cæſaris:dicere nanq; debemus et meus et Cæſarianus: tertio cũ copulat adiectiuũ cũ ſubſtantiuo alterius accidentis, ut hic equus eſt ferox,et magnæ uelocitatis. Quarto cum uerbum habet uim copulandi duos diuerſos caſus plenum gratia, et ueritatis: licet poſſet dici:quòd copulat orationes. Cõtinuatiua eſt,quæ ſignificat ordinem rei præcedẽtis ad ſequentẽ cũ dubitatione,ut ſi ſtertit, dormit:ſed non cõuertitur:et ſunt cõtinuatiuæ ſi,ſin, ſiue, ſeu:quæ tã cõtinuatiuæ ſunt,ꝗ cauſales. Subcõtinuatiuæ ſunt,quæ cauſam continuationis oſtẽdunt cõſequẽtem ſine aliqua dubitatione cum rerum eſſentia.i.affirmatione, ut quoniam ambulat mouetur: et ſunt quando,quoniã, quãdoquidẽ,qa,quãuis, et quatenus,ubi. Cauſales ſunt, quæ indicatiuo iunctæ rei præcedentis cauſam reddunt, ut ſum doctus nam legi; et ſunt nam, nanq;,enim,quia,quidem, ſiquidem, quandoquidem, quando,quòd:et hoc intereſt inter adiunctiuas,et proprie cauſales:quòd cauſales cũ affirmatione: adiũctiuæ cum dubitatione proferũtur:ſed et cõtinuatiuæ et ſubcõtinuatiuæ,et adiũctiuæ inter cauſales ponũtur. Quia per has cauſæ oſtenduntur, et continuationis ut ſi ambulat,mouetur:et adiunctionis,ut ambulat, ut mouea-

tur, et affectiōis, ut mouetur, ambulat enim. Effectiuæ ſunt, quæ ſignificant effectum cauſæ, ut legi, ideo doctus ſum: ſed effectiuam eandem eſſe exiſtimo, quam proprie cauſalem dixi. Approbatiuæ ſunt, quæ approbant i. affirmant rem, ut equidem merui: et ſunt ſiquidem, certe, profecto, proculdubio, quippe, utique, uidelicet, ſcilicet quando ponitur pro certe. Eſt ſciendū quod quando approbatiuæ ſunt indicatiuo modo iunguntur: ſed ſiquando iungitur aliis modis, poteſt eſſe cauſalis uel effectiua: licet cum indicatiuo quoq; legatur. Verg. Dii ſiqua eſt cœlo pietas. Diſiunctiuæ ſunt quæ quāuis uoces cōiungant, ſenſum tñ diſiungunt, et alteram rem eſſe ueram, et alteram eſſe falſam ſignificant, ut aut eſt ſanus, aut eſt æger: et ſunt aut, uel, ſiue, ſeu, ve quando ponitur pro vel: omnes tamen coniunctiones diſiunctiuæ, aut indicatiuæ ſunt, aut dubitatiuæ cum dicimus, aut eſt lux, aut tenebræ: alterum enim eſſe indicamus. Dubitatiuæ aut prodeſt, aut non prodeſt quærere famam. Nam de alterutro dubitamus. Subdiſiunctiuæ ſunt, quæ quāuis voces diſiunctiuarum habeant vtrunq; tamen eſſe ſignificant, vt Alexander, ſiue Paris rapuit Helenam. i. Alexander, qui & Paris dicitur. Hæ autem coniunctiones aut cōiunctim, aut diſcrete coniungunt: coniunctim fit augmēti gratia: cū vtrum eſſe, vel fieri ſignificat, vt Tullius ſiue Cicero domuit Catilinam. i. Tullius, qui etiam dicitur Cicero: diſcrete fit cum diuerſo tempore vtrum eſſe oſtendit, ut tota die vel legi, vel ſcripſi: ſignificat legere, & ſcribere non ſimul vtrunque, ſed aliis horis legere: aliis ſcribere: hæ ſunt vel, aut, ve, ſiue, ſeu. Diſcretiuæ, vel electiuæ ſunt: quando diuerſis propoſitis aliquid nos ex his eligere oſtendimus, vt diues eſſe volo q̃ pauper. Aduerſatiuæ ſunt, quæ aduerſum conuenienti ſignificant, vt quāuis multo tempore tibi ſeruiuerim, tamen habes me odio: & hæ ſunt quanquam, quāuis, licet, licebit, etſi, etiamſi,

quæ dicta, uel dicenda ſunt, aliquid excipiunt, ut oẽs mei diſcipuli legunt præter Antonium Frizam:& ſunt ni,niſi,præter,præterq̃. Fit autẽ exceptio duobus modis,aut per affirmationem totius,ut omnes mei diſcipuli legunt niſi tu:aut p negationem,ut nullus ueſtrum recte reſpondet, niſi tu. Eſt quoque notandum: quòd ni, niſi & præterq̃ ſemp iunguntur illis caſibus, quos exigit uerbũ principale,ut omnes hoc dicunt niſi,uel præterq̃ tu:& laudant omnes præterq̃ uel niſi te:interdum præterq̃ iungitur coniunctioni infinitæ, vt præterq̃ qđ dicimus Romã. Niſi quoties in principio clauſulæ iungitur indicatiuo,alias vero ſubiunctiuo. Quint.niſi forte imperatorẽ quis idoneum credit. vapulabis certe niſi recte dixeris,vel niſi recte dicis,vel niſi recte dicas. Diminutiuæ ſunt,quæ rei diminutionem ſignificant, vt ſi non vis dare,ſaltem promitte.& ſunt ſaltem,at pro ſaltem,vt patuit. Infinitæ ſunt, quæ habent vim reducendi modum infinitum,vt volo te legere.i.volo quòd legas:& ſunt quòd,vt,quin,qñ ponitur ꝓ quòd. Nedũ etiam accipitur pro coniunctione infinita: & duobus modis vtimur: primo cum vtrãq; ſententiã vno verbo claudimus:& hoc pacto affirmatiue,& negatiue ꝓferimus,& in affirmatione id,quod plus eſt,& maioris momenti in prima parte collocamus, vt per te funderem ſanguinem,nedum pecuniam:in negatione vero quod minus præcedit; vt per te non funderem pecuniam, nedum ſanguinem,quanto maiore mente:altero modo cum vtrique clauſulæ damus ſuum verbum, & eodem pacto ponitur affirmatiue, vt crederem tibi vitam nedum darem tibi pecuniam:negatiue non darem aſſem, nedum pro te funderem ſanguinem. Eſt ſciẽdum quòd nedum caſus copulat: nec præponere debemus, vt nedum pro te laborem, ſed etiam mortem ſubirem licet Cicero dixerit, tu quoniam quartana cares: nedum morbum remouiſti, ſed etiam grauedinem:cum dicere

debemus,mortem pro te ſubirem,nedum laborem:aut dicendum erat nõ ſolum,aut non modo,ſed ordine cõuerſo. Nam quod maioris ponderis eſt in fine ponitur affirmatiue,ut non ſolum,uel non modo pro te pecuniam funderem,ſed etiam ſanguinem. Negatiue autem dicimus non modo,uel non tm̃ pro te ſanguinem funderem,ſed etiam non pecuniam : in hoc tamen differunt:quòd ne dum ſemper auget:& nõ modo,non ſolum,& non tantum æquiperant. Sciendum quoque eſt: quod coniunctio infinita eſt ferè eadẽ,quòd eſt adiunctiua , niſi quòd infinita iungitur indicatiuo,& ſemper præponitur,ut Ci.quòd ſcire uis, qua quiſq; in te fide eſt,& uoluntate. Adiunctiua uero ſubiunctiuo,ut uolo quòd uenias. Additiuæ ſunt,quæ aliquid addũt dictis, aut dicendis:& ſunt etiã,quoq;,& pro etiã, ut non ſolum lego,ſed etiã cãto. Et quoq; geminata ponitur additiue, cum poſt adiectiuum ſequuntur duo ſubſtãtiua, qbus ſequentibus præponimus,uel tum geminatũ,uel & duplicatum,ut Africanus optimus tum patriæ defenſor,tum gubernator : itẽ ſingularis & uir & imperator: interdum ordine conuerſo ;uni præpoſito ſubſtantiuo duo , aut plura deſeruiunt adiectiua , ut uir tum bonus, tum pius,uel uir & bonus & pius:uel ſi ſequuntur duo uerba,ut & lego,& canto. Ordines cõiunctionum ſunt tres,præpoſitiuus,ſubiunctiuus,& cõmunis. Præpoſitiui ordinis cõiunctiones ſunt nã,ac,at,aſt,atq;,aut,&, uel,nec,neq;,ſi , qn , quatenus,ſin,ſeu,ſiue,ni,niſi,ſed, ne. Poetice uero poſtponitur . Verg.ſuſpiciens altã lunã,et ſic uoce precatur:.p et ſuſpiciens lunã. Subiunctiui ordinis coniunctiones ſunt q;,ue,ne,quidẽ , quoq;, autẽ,uero,enim. Ordinis cõmunis coniunctiones ſunt reliquæ oẽs quæ et præponi , et poſtponi poſſunt : et ſunt equidem,igitur,tamen,ergo,quanquam, qa , etſi, quãuis,nanq;,itaq;,et huiuſmodi. Cõiunctiones encleticæ.i.inclinatiuæ, eo quòd accentũ præcedentis ſylla-

bæ inclinant ad ſe, ſunt, q;, ne, ue. Duas coniunctiones naturaliter ſeparatas nemo coniungit: ſed hoc plerũq; à poetis metri cauſa fit, & vna uacat. Verg. Dixitq;, & prælia voce diremit. Sunt etiam dictiones, quas incertum eſt vtrum coniunctiones, an præpoſitiones, an aduerbia nominemus, niſi ſententiã conſiderauerimus, incertæ ſunt: quæ tamen omnes ſenſu facile diſcernũtur. Nam & coniunctiones pro aliis coniunctionibus poſitæ inueniuntur poteſtate mutata.

Coniunctionũ ſignificationes per alphabetum.

AC ſignificat &, & quàm ut haut ſecus, ac iuſſi faciunt, & tanq̃. Cice. & periucundus ac fuiſti patri: hoc quoq; ſignificat acſi. At ponitur pro ſed, pro atq;, pro ergo, pro tam, pro tum, pro cum: et eſt poeticum, & nõ oratorium. At ſignificat ſed, et ſaltem. Ouidi. at ſemel æterna nocte premendà fui, & iungitur cũ tamẽ. Atq; ſignificat et, et quàm, et celeriter ac ſtatim. Verg. Geor. primo, atq; illum in præceps prono rapit alueus amni, et præterq̃. Plaut. i Am. neq; ſe luna mutat quoq̃ atque exorta eſt ſemel. Atqui ſignificat ſed certe. Autẽ, et vero idem ſignificant, et eodẽ loco poni poſſunt antecedente ſemp aliqua dictione: nunq̃ enim ab his incipit ſententia: ſed uero interdum eſt conſentientis, et in principio ponitur orationis ob aliquam magnam ſententiam, et ordinem momentaneum, ut ego uero. Serui uellem: et eſt dictio apta ironiæ. Notandũ eſt, quòd ẽt dicimus neq; uero, et nõ neq; aũt, licet Apu. primo Floridorum uſus fuerit, et Cic. ad Luceium, non autem dicimus, non uero nõ dicimus, licet Cicero in Catone maiore poſuerit: ut ſum tibi amicus, non autem aſſentator, vel dicimus ſum tibi amicus aſſentator uero non, uel aſſentator autem nõ. Neque dicimus age autem, ſanè autem, enim autem, at autem, ut age uero, ſanè uero, enimuero, iamuero, at uero. item dicimus tum propter hoc, tum uero propter illud: non tamen tũm pro-

pter hoc, tum autem propter illud. Alioqui, & non
alioquin ſicut atqui, & non adquin ſignificat certe, præ
terea, vel etiam. Quint. tot alioqui negotiis diſtrictus.
Dum ſignificat quando, vt dum dormis, non ſtudes,
& donec, & ut, & tunc ſubiunctiuo iungitur, & poſtq̄
& tunc iungitur præterito ſubiunctiui. Martial. Audie
ris dum grande ſophos: & quod vulgariter dicimus
pur che. Salluſtius, dum ſibi regnum pararet: & mentre
che & poſitum poſt nec, uel non, uel haut, ſemper ad-
uerbium temporis eſt, ut nondū feci, ideſt non adhuc.
Grāma. error. Equidem non componitur ab ego et quidem, vt aiunt,
ſed ab e, et quidem. Nam ſi componeretur ab ego, nō
reciperet ego. Salluſtius ego equidem ſic exiſtimo, nec
ſecundæ, tertiæq; adhæreret perſonæ, & vtriq; nume-
ro. Salluſtius, ſcitis equidem milites. Cice. ad Q. fratrē,
epiſtolæ equidem vt videbantur datæ, & pro Planco,
emiſſus aliquis in carcere, equidem emiſſus, & ad Att.
equidem id erat primum, et ibidem adhuc equidē val-
de me pœnitet. Perſius in prima ſatyra, per me equidē
ſint omnia protinus alba. Et eſt cauſalis, & ſignificat
etiam, vt Pelias & vulnere tardius, ponitur & interro-
gatiua, ſeu expletiua ut & quæ tanta fuit, & indignati-
ua, vt & quiſquā numen Iunonis: et confirmatiua, ut et
dubitamus adhuc virtutē. ponitur interdū pro. i. et pro
quia ut audieras, & fama fuit: et promiſſiua, vt, Dic qui-
bus in terris, & eris mihi magnus Apollo, & pro ad-
uerbio ordinādi, vt corpuſq; lauāt frigentis, et ungunt
.i. deinde, et q̄uis Cicero et videtis annos meos: deſer-
uit etiam affectui, et quaſi uim habet interrogandi, ut
Cicer. & ſunt, qui de via Appia loquantur, et ad Ap-
pium minime mihi miranda, & maxime iucunda acci-
dūt: ſæpe geminatur, et ſignificat partim. Etſi, q̄q̄, quā
uis, licet, licebit eiuſdē ſunt ſignificatiōis aliqd tamē ha
bent diſcriminis. Nā prima duo ſemper iungūtur indi-
catiuo duntaxat in principio ſtatim orationū, epiſtolarū

librorū: alia tria in hoc loco raro ponuntur, & iungun tur potius ſubiunctiuo,& optatiuo,q̄ indicatiuo: in cæ teris autem locis oĩa indifferēter ponuntur. Lactāt. tū ſecundum librum incipiens quanq̄ ſubiunctiuo coniun xit. Quāuis interdum ſignificat quātumuis,ideſt valde. Plaut.in Menæ.quāuis ridiculus eſt,licet interdum eſt aduerbiū cōcedētis,vt eſto. Vergilius,iacet ingens iani tor antro. Etſi,tametſi idem ſunt. Ergo eſt illatiua ſiue cōpletiua,& inceptiua cōueniens maxime indignationi Iuuen.impune ergo mihi:& hortatiua,quando horta- mur tarde aliquid facientes,et effectum exprimit repre hendentis. Vergil.ergo age:aliquando eſt aduerbium, et ponitur pro cauſa et iungitur genitiuo, et circūflecti tur ultima. Liuius, Apollinares ludos victoriæ nō peſti lentiæ ergo fuiſſet cōſtitutos. Gel.in.iii.fidei ergo. Lu- cret.in.iii.nominis ergo. Vergil.illius ergo uenimus. Silu.in quinto vtriuſq; ergo & ſæpius legitur apud Ca tonem. Igitur ponitur interdū pro deinde,ſiue poſtea. Terēt.quid igitur faciā? Ideo ſignificat ob eā cauſam. Immo ſignificat qn potius,et non,ſed,ut aiunt. Proin ponitur ꝑ ꝓinde. Proinde ſignificat iam,ideoq;,itaq;, ꝓpterea,propter hoc, quapropter,et ſemper depēdet ex ſuperiori ſententia: aliquādo deinde:et aliquādo eſt aduerbium ſimilitudinis. Salluſtius,reliquerāt proinde quaſi victoria iniuriam facere. Præterquam ſignificat etiam alterquam. Quandoquidem ſignificat quoniam. Quatenus ſignificat inquantum, ſicut eatenus intantū: et quem finem, vt verberaui filiū quatenus ſit bonus: ideſt ad hoc vel ad hunc finem. Quatinus vero per I, et nunquam per E, licet aliter ſed falſo, Laurēt. præ- cipiat, ſignificat quoniam. Quæ eſt cauſatiua pro quo niam. Cice.ortuſq; noſtri partem patria vendicat,pro, ideſt,& pro etiam. Apul.id ei,ſi rioq; loquēti,eſt et ad uerſatiua pro ſed. Luca.in primo,cæſiq; in pectora tau ri,et hoc differt inter,q;,ac,et atq;,quia q; poſtpoſitiua

Grāma. error.

Laurēt. error.

eſt,& encletica:ac ſemper præpoſitiua: atque tam præpoſitiua,q̃ poſtpoſitiua. Quint.ſignificat cur nõ, & tũc increpantes,vel interrogãtes,vel exhortantes dicimus, vt quin venis:& quòd ſeu vt præſertim præcedente negatione. Terent.quin vxorem nolit filius,& quin etiã, ſeu atq; etiam,& tunc per hanc particulam magis confirmamus:& quòd nõ,vel vt nõ,vel poſſum me continere quin geſtiã.i.quòd vel vt non,vel quo minus geſtiam:& tunc ita ponitur quaſi uideatur eſſe contrarium priori:& deſiderat ſubiunctiuũ ſicut ut,& qui nõ. Cic. nemo eſt noſtrum quin vota victoriæ ſuæ fecerit,& requirit ante ſe tunc dictionem negatiuam: iungitur cum immo vt quinimo,& cũ potius,vt quin potius. Quoq; ſignificat etiã,et ſimiliter. Verg.multa quoq; et bello. Sin ſignificat uero, et nunq̃ in prima parte collocatur, niſi præceſſerit ſi: aliquãdo ſolũ reperitur. Sal.ſin id parũ procedat. Cic.ad Trebatiũ,ſin tibi quædã videbũtur obſcuriora,et in Catone maiore ad bene,beateq; viuẽdũ ſin proceſſeris longius,et in Paradoxis,ſin aũt propter auiditatẽ pecuniæ,& in primo Tuſc.ſin uero ſunt, quæ dicuntur,et in primo de Offic. ſin erunt merita,et alibi ſin aliquando neceſſitas nos ad ea detruſerit. Siquidẽ ſignificat quoniã,et eſt una dictio,et ſi certe, et tunc ſunt duæ dictiones. Tamen ſignificat nihilominus, & ſtatim Verg.tamen veniemus in vrbẽ, et tandẽ. Plaut. ita placet:quid tum tamen:et dũtaxat,uel ita tamẽ. Terent.faciam tamen,ut pietatem colam,et ſed,et tunc in ſecundo,aut tertio ponitur loco,ut Lucretia tamẽ: nõnunq̃ eſt inceptiua. Cic. Peto,tamen non diſcedis à malitia:hinc cõponuntur attamen,ſed tamen,verũtamen. Ve habet uim augendi vt ueſtibulum, & diminuendi, ut vegrandis,et priuatiuam ut uecors: quando ſcribitur cum diphthongo eſt interiectio, et iungitur datiuo, ut uæ tibi. Plaut.uero in Aſi.uæ te dixit. Vel interdũ ponitur pro etiã,et pro ualde. Cic.pro Murena uel maxi

mum bellum,et pro maxime. Ci.ad Trebat.uel ex hoc intelligi poteſt,et ueluti. Terent.uel hic Pamphilus. Quòd ponitur pro quia, et ibi. poteſt eſſe quia ibi etiā quòd,ut nō caſtigo te,quia,uel quòd odio habeā, ſed quo uel ut meliorem efficiā. Vbi notādū eſt.ubi poteſt eſſe quòd,ibi poteſt eſſe ut,quod patuit. aliquādo ponitur pro ſed,et in principio clauſulæ poni ſolet. Cice. quòd ſiquis à me huius cōſilii mei cauſam quærat. Dicimus elegāter,quòd ſcribis,uł quòd ſcribas:gaudeo,credo,opinor,puto,lætor,uoluptatē capio,uolo,mādo, iubeo,ipero,exigo,poſtulo,quòd ſcribas, et nō quòd ſcribis. Vtrū eſt interrogantis, et interdum dubitantis.

¶De interiectione.

INteriectio quam quidam aſſeuerationem vocāt, eſt pars orationis indeclinabilis dicta ab interiicior:quia interiicitur aliis orationis partibus ad exprimendos animi affectus,ut heu mortuus eſt: ſed Augu. ait non eſſe partem,ſed ſignum affectionis erumpentis animi in uocem:uocatur interiectio:quòd orationē interrumpit,ut à ſilice in nuda. Græci tamen interiectionem ab aduerbio non ſepararunt. Quia motus animi qualitati aſſignant:et hæc omnia ſub genere qualitatis putant aduerbia:et uerbo aut expreſſo, aut ſubintellecto uti aduerbia iunguntur,ut ſi dicā papæ quid audio:aut ſi p.ſe dicas papæ ſubintelligitur miror. Latini uero ideo ſepararunt. Quia huiuſcemodi uoces non ſtatim,ut aduerbia ſubſequuntur uerbum: uel quia uidetur interiectio in ſeſe affectum habere, & plenam motus animi ſignificationem,etiamſi non addatur uerbum: uel quia cum articulis careant,uoluerunt cū Græcis partes orationis æquare,ut eſſent octo. Interiectioni nō unū tm̄.i.ſignificatio(ut aiunt)ſed,duo ſignificatio licet diuerſa, et caſus accidunt: quia hei iungitur datiuo pronominis, ut Cic. hei mihi nō poſſum hoc ſine lachrymis cōmemorare, & uæ in his rebus,quas execramur,ut Terent. uæ

Grāma. error.

miſero mihi, ſicut heu, vt in fine patebit. Herodianus tamen docet interiectiones habere caſum per intelli-gentiam, ut pro deum ſcilicet imploro, & o hominem audacem. ſ. videre eſt: ſed hæc Heroniani ſententia eſt repudianda, cū non oīs caſus ex natura vt exemplis ab eo demonſtratis patuit, verbi ſubintellecti. Nam hei, et væ, vt iam oſtendimus, datiuo, et non verbo ſubintel-lecto iunguntur. Notandum eſt ſignificationem interie-ctioni eſſe accidens proprium, ut igni calorem: caſum vero cōmune, accidens. i. quod eſſe, et non eſſe poteſt, vt albus in cōcreto, ideſt adiectiuo. Significationes do-lentis ſunt heu, hei, A, væ. Significationes gaudentis euax, uah, o. Significationes admirantis papæ, hem. Si-gnificationes expaueſcentis, uel timentis at at, hei. Si-gnificationes deridentis, aha, ehe, ahu, oho, ehu. Signi-ficationes exclamantis pro. Significationes iraſcentis nefas, infandum, pro nefas. Significatio laudantis ut eu ge. Significationes lugentis heu, hoi. Significationes blandientis vt ſodes, amabo, quæſo, obſecro. Terent. in Eunu. hoc agite amabo. Significationes bacchātis hoe, euoe. Ipſe tamen euoe, & nō ohe vocem eſſe bacchan-tium contendo, quòd Catul. in fine nuptiarū ſic dicens oſtendit Euoe bacchantes, euoe capita flectentes. Ver. euoe Bacche ſona. Horat. euoe recenti mens trepidat metu, plenoq; Bacchi pectore turbitum lætatur, euoe parce Liber. ad quod Iuuen. Satyr. vii. alludit, ſatur eſt cū dicit Horatius euoe: licet ohe, ſed mendoſe legatur; vt etiam apud Perſium cute perditus euoe, & nō ohe: quæ dictio euoe non mutatur apud nos in ohe, ut qui-dam nullo autore, nullaq; ratione fieri tradunt. Quia apud Græcos ſcribitur εὐ & οἱ nullo pacto in ohe com mutantur. Significationes ridentis, ha, ha, he. Signi-ficationes ironiam demonſtrantis, hui, tam cito. Si-gnificationes obiurgantis, ſeu prohibentis, ha, aa, aut recordantis hem, e, aut gementis voce, uahe; ſiue in-

Herodiani error.

Iuuena. locus.

Perſii locus.

Quorundā error

dignantis pro Iuppiter, pro nefas. Significationes ex improuiſo aliquid deprehendentis at at. Significationes ſilentium imponentis ſi, autſi. Significationes arridentis bon, baf. Significationes hortantis eia, agite. Significationes vocantis eodum ad me, & reliquæ, quas potius affectus, quàm artis obſeruatio declarat. Nam ſublato affectu ſunt ferè aduerbia. O nanq; quamuis poſſit eſſe aduerbium vocandi ſeu optandi, quoniã autem exprimit dolorem, ſeu indignationem, uel admirationem, ſeu exclamationem poteſt eſſe interiectio. Interiectiones licet proprie ſint uoces primitiuæ: tamen aliæ orationis partes ſolẽt, tanq̃ interiectiones pronunciari, vt nefas nefandum. Accentus interiectionũ ſunt incerti. Quia abſcondita.i.non plena expreſſa voce proferuntur, ſed pro qualitate affectus cõfunduntur. Quidquid ĩſeritur orationi, quo detracto cõtextus integer reperitur, numero ferè interiectionum accidit niſi ſit parentheſis. Heu interiectio dolentis iungitur accuſatiuo pronominis. Terent. Heu me miſerum. Nã per exprobrationẽ iungitur cũ noĩe. Ver. Heu ſtirpem inuiſam, & cũ nominatiuo, vt heu pietas, heu priſca fides. Non me præterit fuiſſe omnes, quos legi grãmaticos in hac opinione vt dicerent. Apage, & Apagite ſignificationes eſſe vitantis, & in interiectioue collocaſſe. Ipſe vero eſſe imperatiuum uerbi defectiui contendo, & tantum Apage legi, nõ Apagite & ſignificat remoue, abduc, & hoc ideo refero: quòd accuſatiuum poſt ſe regit. Apul. apage ſis cruentos deos. Plaut. in Amph. apage te à me, & ĩ Caſ. apage te à dorſo meo. Idem apage illum à me. Eodum ad me.i. veni ad me.

Grãma. error.

¶ Partes orationis aliæ pro aliis poſitæ.

ET quoniam nonnullos autores aliam orationis partem pro alia ponere quàm ſæpiſſime legimus: ideo viſum fuit quædam hic exempla, ne ſtudentium mentes allucinentur, recenſere. Nomen pro participio

Verg.iii.Georg.& ſibila colla tumentū. Nomē pro aduerbio recens pro recenter. Salluſt.coria recens detracta,& denſa ferè pro denſe dixit. Verg. Et toruum clamat pro torue. Iuuen. Nomen pro interiectione, ut nauibus infandum amiſſis. Nomen pro coniunctione, ut quamobrem. Pronomē pro noīe proprio, ut dicendo ego ſcribo itelligitur Ioānes. Pronomē pro aduerbio, vt illò pro illuc:& hoc tunc ignipotens pro huc. Verbū ſæpe pro noīe vt obſeruare pro obſeruātia. Cic.ad Atti.magis iſti ſeruiunt, ſi obſeruare ſeruire eſt: verbum pro aduerbio, ut age, agite. Verbū pro cōiunctione, ut licet licebit, ideſt quis Ouidi. placeat ſibi quiſq; licebit. Præpoſitio pro aduerbio, vt propè, palàm, & quoties præpoſitio nō ſeruit caſui. Præpoſitio pro interiectione, vt A, pro. Aduerbium pro nomine vt mane nouū. Aduerbium pro coniunctione, vt quādo pro quoniā. Nomen pro nomine, vt Dardanus Aeneas.i. Dardanius. Verbum pro uerbo, vt cachinno pro cachinnor: apud Lucre.& ſimilia. Participiū pro participio. Sallu. ſui profuſus pro profundens. Præpoſitio pro præpoſitione, ut in hoſtem, ideſt cōtra. Aduerbium pro aduerbio, ut hic pro tunc. Coniunctio pro cōiunctione, ut aliter facio, atq; dixerim, atq; pro quàm.

Finit liber primus. Et incipit ſecundus.

DE DECLINATIONIBVS ET Nominibus Defectiuis & Heteroclitis.

LV. IO. SCOPPA Marco Lucio Montellano felicitatem. Paucis ante diebus cum huc Montella Neapolim quibuſdam pro Troiani Cabanilii comitis illuſtris, & in vtraq; literatura cōſummatiſſimi, in armis maxime ſtrenui negociis obeundis te contuliſſes. Quamuis præ magnis eſſes rebus diſtri-

ctus.

ctus. Tamen quin noſtrum conſcenderes cubiculum (fueramus enim aliquantulum & loci, & temporis intercapedine diſiuncti) abſtinere te nequiſti: vbi ſi bene recolis, non ocioſum licet in ocio me oſtendiſti. Tunc nanq; de nominum inflexione tractatum deſcribebam. E ueſtigio quinternionē, qui tuus eſt mos, noſtris ē manibus eripuiſti, accurateq; lectitare cepiſti. Quo itaque plecto meā illico deſidiā, atq; inertiā obiurgaſti: quod hucuſq; ſub vmbra hoc deliteſcere opus, & nō per docta virorum ora volitare patiebar, aſſerebasq; nullum nec antiquorum, nec recentiorū (quod bona liuidulorum venia dixerim) ita cōcinne, cōpendioſe, & clare (vt affirmabas) de grāmatice quidq̄ vti nos ſcripſiſſe, ac poſteris reliquiſſe. Qua de re pro mutua inter nos charitate cogebas, atq; premebas, vt incunctanter emitterē: quod ſi ſecus facerem, mihi poſterisq; inuidere dubio procul exiſtimarer, & quod deus ipſe, ſi hac in ſententia perſeueraſſem, meis nunquā reſpōdiſſet optatis. Quibus tuis aculeis, & monitionibus victus & impulſus excudendū opus me confeſtim daturum recepi. Diceret aliquis fortaſſe: cur tuis potius, q̄ alienis monitis id factito? Cognouerā nanq; te in perpendendis grāmaticis, Ariſtarchum alterum. Nā omne tuū ab ineunte ætate huic vni maxime facultati ſtudiū dedicaſti: hac etiam (vt omnibus liquido patet) & decus, & nomen comparaſti. Proinde tuæ morem gerere voluntati deſtinaui: & quod deſtinaueram impræſentiarum ne vanus, atq; mendax a te, quem plus oculis diligo meis, exiſtimarer præſto. De cæteris autem rebus inter nos cōmunicatis affatim in noſtris familiaribus epiſtolis oppido quam vtilibus, & cognitu dignis diſſeruimus, quæ propediem ſolem videbunt. bene vale noſtri memor. Neapoli idibus Quintilis. M. D. VIII.

¶ De Declinationibus.

PRima declinatio habet tres in ſingulari nominati-

tio poſitiones A, vt poeta:tas. vt Andreas, es, vt Anchiſes. Genitiui, & datiui ſingulares in æ diphthongum deſinunt, vt muſæ. Antiqui vero genitiuos nominum fœmininorum in A deſinentium plerunque in as, & in ai græco more finierunt, vt aulai, & familias apud poetas. verum cum familia in compoſitionem tranſit: illo vetuſto genitiuo vtimur, & nunquam flectitur, vt pater familias, patris familias: dicitur & paterfamiliæ. Seneca epiſtola. xlvii. maiores noſtri dominum patremfamiliæ nuncupauerunt. Vale. in ſexto matrisfamiliæ. Seneca in decla. filius familiæ nulli ſeruire poſſum: dicimus quoq; in plurali patres, & matres, filioſq; familiarum. Cic. tamen in frumentaria tradit patribus familiis. Accuſatiui in Am vt muſam: ſed græca propria in A, & in as hunc caſum in An efferunt, vt Maian, & Aenean: tamen Maiam, & Aeneam latine quoq; dicimus a nominatiuo Aenea, & non Aeneas. Iuuenal. ceu Marſia victus, & Hermagora apud Ciceronem. In es deſinentia in En tantum, vt Anchiſen, Priamiden. Horatius autem ſcipiadam dixit a nominatiuo ſcipiada, & non ſcipiades, vt aiunt. Vocatiui, & ablatiui in A vt muſa: græca vero in As finita faciunt vocatiuum in A, & as, vt o Aenea, & Aeneas more attico: ſed hoc legitur rariſſime: In es in e, & es, vt o Anchiſe, & Anchiſes, & hoc rariſſime: quod etiam Anchiſa facit. Nanque Anchiſa olim in recto dicebatur. vt Quint ait. Patronymica perdes ſemper in e, vt Priamide. Proper. autem Atrida in noïatiuo eſt vſus. Nō ita Dardanio gauiſus Atrida triūpho: a quo, & non ab Atrides in vocatiuo, & ablatiuo dicitur Atrida. Ouid. ſi tibi ab Atrida. Illa grammaticorum ſentētia nō eſt admittenda præcipientiū barbara in am, aut non flecti, aut ſolum in genitiuo & datiuo, vt Adam Adæ. Quia noïa barbara nullam habent declinationem, niſi in vocem latinam accepta us conuertantur, vt Adamus Adami, licet legatur Adæ: ſed hoc eſt

Grāma. error.

Grāma. error.

Grāma. error.

a latino nomine Ada Adæ, & non ab Adam. Nominatiui, & vocatiui plurales in æ, vt muſæ. Genitiui in arum, vt muſarum: ſed compoſita, deriuata, & patronymica per des faciunt in arum, & in um per ſyncopé, vt cœlicolarum, & cœlicolum, Dardanidarum, & Dardanidum, Priamidarum & Priamidum. Datiui & ablatiui in is vt muſis: excipiuntur quædam differentiæ, aut teſtamenti cauſa, vt deabus, mulabus, equabus, ſed apud iuriſconſultos, & Colu. in ſeptimo legitur equis pro equabus: libertabus, filiabus, & filiis etiam, ſed raro. Plin. de viris illuſtribus, Fabius Ambuſtus ex duabus filiis. Plaut. in Stico. gratulabor veſtrum aduentum filiis: natabus & natis, ſed raro. Stat. in Achille, Pace, mane, charisq́; para connubia natis. Ouid. Euboia duabus & totidem natis. Propertius in. ii. Græcia natis: ſeruabus apud iuriſconſultos. ff. de fundo inſtructo l. prædia: ſociabus apud Florum. Aſinabus apud iuriſconſultos, & ſic grammatici præcipiunt Laurentio excepto, cui aſtipulor: & eo magis, quòd Plinius, & Hiero. in libro regum aſinis vtuntur. Animabus Vallenſis ꝓhibet, quod non modo. Ser. Probus, & Priſc. docent, ſed Hier. etiã in libro Ioſue cap. nono vtitur: inqt enim, prouidimus animabus noſtris. Seneca in decla. quædam animabus redimerunt, licet animis ſit frequẽtius: dominabus ſuis nubant ait Seneca in. iiii. cõtrouerſiarum: duabus, & ambabus. Accuſatiui in As vt muſas.

Vallæ error.

¶Secunda Declinatio.

SEcunda declinatio nouem habet in recto poſitiones us, vt Priamus, ius, vt Vergilius, Eus, vt Orpheus, um vt templum, Er vt liber, Ir vt vir, ur ut ſatur, Os vt Ilios, On vt barbiton. Genitiui in I longum deſinunt vt Priami: ſed in Eus finita ſi ſunt cum diphthongo in Ei, & Os, vt Orphei Orpheos. Martial. inceſti Tereos. Verg. Terei mutauerit artus. ſin autem ſunt ſine diphthongo in ei, & O attice, vt Androgei, Andro

geo. Vergilius lethũ Androgeo : quòd Androgeus ſit
Quorũ, ſine diphthongo, patet ex Ouidio in epiſtolis, viueret
dã error Androgeos vtinã. Nec dicendũ (vt quidam tradunt)
quod græca in us genitiuos in Ei, vel os, & in o more
attico habent Mulciber præterea .i. Vulcanus, mulcibe-
Grãma. ris, & mulcibris ſemper facit, & nũquam mulciberi, licet
error. præcipiant. Datiui & ablatiui in o vt Priamo : ſed cum
diphthongo in Eus etiã in I faciunt datiuum, vt Or-
phi Calliopea a nominatiuo Orphes. Accuſatiui in
um, vt dominum: cum diphthongo non modo in A,
ſed in um etiam faciunt, ut Orphea in medio poſuit.
Verg. & Theſeum. Cice. de Natura deo. Liui. cui Per-
ſeum indulgeret. Idẽ totus in Perſeũ. Propria in us etiã
in On, ut Priamum, & Priamon, Menandrum, & Me-
nandron : qui accuſatiui in On ueniunt a nominatiuo
in us, & non in Er terminatis, ut aiunt. Vocatiui in E ut
Priame: excipiuntur deus, quod facit o deus, & meus,
Grãma. o mi uide epitomẽ. Panthus o panthu, œdipus o œdi-
error. pu, Melampus Melampu. Stat. & propria habentia I
ante us, quæ in I exeunt, vt Vergilius Vergili. Teren-
Scauri tius uero Scau. per duplex I ſcribendum uocatiuũ con-
errror. tendit. Quia uocatiuus non minorem numerũ ſyllaba-
rum, quàm noĩatiuus habere debet. Vſus tamen regu-
lam ſequitur : appellatiua uero in E ut ſocie : ſed filius
o fili, olim filie. & Virgilie, & ſimilia. In Eus cum diph-
thongo in u, ut Orpheu : ſed ſecundũ analogiam in E
poſſunt formare, ſed non leguntur. Quod legimus
agnus, & o agne, fluuius & o fluuie. Ver. Corniger He
ſperidum fluuius regnator aquarum. Lucan. iiii. Dege-
nero populus uix ſecula longa deorum, & o popule
meus pro mi, ut quidam qui es meus in noĩatiuo, non
Grãma. (ut aiunt) quod ſic ſuo arbitrio protulere maiores, ſed
error. quod olim uocatiuus græco more interdum erat recto
ſimilis. Cæteræ uero poſitiones ſunt recto ſimiles ut o
liber, o uis, o ſatur, o tẽplum, o barbiton, o Ilios, & ſi-

milia. Sciendum eſt eſſe quædam nomina in eus facientia genitiuũ in ei,& accuſatiuũ in A, vt Vlyſſeus Vlyſſei, Achilleus Achillei. Luca.in.x.traiecit Achillea ferro,quæ mutant Eus in Es longum, & more tertiæ inflexionis uariantur,& formant uocatiuũ etiá more græco in E longum. Ouid.nos te potiremur Achille. Nominatiui,& uocatiui plurales in I finiuntur,ut libri: ſed neutra in A,ut templa,& habent tres caſus ſimiles nominatiuos,accuſatiuos,& uocatiuos in utroq; numero. Genitiui in orum vt librorum. Maſculina tamen in um per ſyncopen.i.conciſionem, ſed frequentius in orum, vt nummum,& nummorum, liberum quærendorum. Macro.in primo Satur.pro liberorum. Ci.pro Murena præfectum fabrum pro fabrorum,& in.iii.Verrinarum pueri annorum ſenũ, ſeptenumq; denum: & hoc fit cá euphoniæ.i.melioris ſoni:& in his maxime nominibus quæ numeros,& menſuras ſignificant:quod in neutris, & adiectiuis quoq; fuiſſe ſeruatum:in Oratore Cic. meminit vt me meum factum pœnitet pro meorum factorum: dixit Plautus, & in Gurg.omnium vnguentum odor. Nos autem nõ vtimur. Compoſita vero, vt Var. & Macrob.in um & non in orum, vt millenumum non millenumorum,triumuirum non triumuirorum. Suet. vero in Aug.inquit contractis ad Bononiam triumuirorum copiis. Liui.in.viii.quartæ decad.decemuirorũ. Datiui & ablatiui in is,vt libris:dicimus duobus & ambobus. Accuſatiui in os vt libros: legimus tamen apud poetas duos,& duo. Verg.Si duo præterea tales Idæa tuliſſet terra uiros. Hora primo Sermonum, duo ſi diſcordia vexet inertes: ſic & ambo. Martia.in ſeptimo. Eleſium poſſidet ambo nemus.

¶Tertia Declinatio.

Tertia declinatio habet omnium nominum genera, & quinquaginta quatuor in recto poſitiones; quas breuitatis cauſa omittimus. Genitiui in Is breuem

deſinunt vt patris:vis vero eſt longum. Aduertendum eſt:quòd in A terminata generis neutri ſunt huius declinationis & nō primæ,& formant genitiuum in tis,& tos græco more, vt paſcha paſchatis, vel paſchatos, quod nomen iuxta primam nō flectitur, & ex hoc nō-

Nōnullorū error.

nulli decipiuntur: quòd antiqui dicebant hæc paſcha paſchæ,ſicut ſyrma ſyrmæ,quē morem ſequens Auſo. dixit in.ii.ſolennia paſchæ,& Iuuencus dies paſchæ,ſic & diadema. Apul.in.x.diadema candida: nunc autem ſunt tertiæ inflexiōis. In E græca ꝓpria in Es,vt Pene-

Grāma. error.

lope Penelopes:hæc quoq; dicitur penelopea, & penelopa,vt in epitome diximus, non autem penelopia, vt aiunt, cætera ſeruant regulam. In O græca propria in os,& us.vt Dido Didoos, vel Didus, de quibus in epitome diximus. Turbo ventorum vis, aut inſtrumen-

Grāma. error.

Pernicies, gaza. penus, veſpera, cõtagio, talio, ſitis, humus, proles, auena, amẽtia, pubes, pax, lues, gloria, aluus, adoria, fama, ſalus, ſapientia, pix, arena, eloquentia, elegantia, memoria, ſanies, fames, rabies, philoſophia, plebs ſiue plebes, culpa, ſoboles, dementia, paupertas, paupertates. Var. mors, fuga, tellus, caries, fides, vita, ſcabies, maſtix, pituita, luna, Iuno, proſapia, ſenecta vel ſenectus, iuuenta vel iuuentus, ſapa. Plinius ſapas, auaritia, vecordia, prauitas, requies, inquies ſubſtantiuum, labes, inſania, ſtrues, lux, negligentia, tuſſis, intelligentia. Apul. xi. intelligẽtias, indoles, bilis, cholera, galla, ſecordia, parſimonia, ſtultitia, diligentia, charitas Cice. vero charitates dixit. Gel. ii. memorias, & in iii. memoris, memoriarũ. Victruuius ſapientias, amicitias, amicitiis, amicitiarũ amicitiæ, lunas apud Plini. in ſecundo. Cic. primo de Diuinatione, & Claud. binasq́; polo cõcurrere lunas. Iunones apud Plin. in ſecundo, gazas apud Luc. in ſeptimo, gazis inhians dixit Sene. in Hercu. arenas apud Plin. & Luc. in decimo arenarum. Gel. v. elegantias. Gell. ii. vitas pro modo viuendi. Teren. in Adel. Tacitus ſiquis deus aliquis vitas. Gel. xiii. cap. ii. Martianus. Cice. iiii. de Finibus vitarũ. Verg. ſine corpore vitas. i. animas. lucibus pro diebus. Ouidius. v. Faſto. & luces apud Salluſtiũ. Ouid. & Ap. paces apud Salluſt. bella quis, & paces ait Hora. & Luca. in quinto, ventorum pauidus paces, pacibus. Plaut. in Perſa vtitur, gloriarum. Gell. ſecundo: & glorias in primo Martia. in quarto famas. Plaut. in Trin. Hircius in cõmentario mortibus inquit, & Hora. in primo Ser. & Tacitus. Gel. vii. mortes apud Luc. Tacitum: Valerium. v. Plini. & Cice. leges. Iuue. hinc ſubitæ mortes. Sene. vero in Natu. inquit vt æſtimes deos mortium ſigna permittere, & Tacitus philoſophiæ apud Gel. & Ci. & philoſophiarũ apud eundem, pituitas apud Plin. tuſſes, & tuſ-

ſium apud Plin. Colu. x. ne nouæ ſoboles diffugiant, labes. Cice. de Offi. & Gell. peſtilentias. Gel. diligentias. Apul. ix. inſanias. Cic. pro Milone, inſaniæ. Plaut. Gel. ii. petulantias dictorũ. Gell. ignauias, ſalutes. Hie. ii. regum. Martianus proles, prolium prolibus. Verg. in Bucol. ſteriles dominantur auenæ.

¶ Neutra ſingularia.

NIl, nihil, nihilum, uulgus, eſt & maſculini generis, & habet pluralem. Cic. Saturnum maxime colunt vulgi, chaos, manna, paſcha, ſolum pro infima caſei parte caret plurali, pro terra habet ſola. Verg. primo Geor. Viſcum, phlegma, pedum, zinziber, nitrum, vitrum, baculum, capital, epityrum, oxypotum, moretum, vernactum, minerual, illicitum, halicaſtum, faſcinum pro mentula, coſtum, cærulum, meditullium, id eſt medium loci ſpacium, medium diei non media dierum, garũ; amomum, cinnamomum, ſiler, buxum, abdomen, ſtratum, & eſt quod ſupraponitur equo. Plin. ſtrata dixit, callũ, zitum, unguen, ſpecimen, anethum, altum, apium, petroſilinum, lethum, fœnum, cœnum, pus, iubar, mammona, neceſſe, neceſſum, butyrum, ſpicum, pelagus, uer, gelu, macellum, ador, ſenium, lac, olim hoc lacte dicebatur, alec caret plurali pro ſalſamento, pro piſce nominatiuus non eſt halecis, vt Priſc. ſed Alex. & pluralem habet præter genitiuum, ir, æuum crocum, albũ, collum, mane, baratrum, iuſtitium, piper, ſaccarum, lardum, hordeum, triticum, penum, lolium, plumbum, milium, ſalum, ſolium, ferrum, fretum, ſinum, electrum, caſſitrum, orichalcum, cicer, oleum, ciminũ, roſmarinũ, abrotanum, ſtannum, lutum, æs, aurum, argentum; temetum, nectar, acetum legimus, æuis. Ouidii. Vergil. æuorũ. Hiero. macellis, iſta macella. Enni. acetis. Plini. vtitur halecẽ quã ꝑtinus illa vorat, ait Mar. de piſce. Cato de re Ruſt. halecem dato, & Pli. halecimperfecta de ſalſamẽto. Apul. iii. fœna rodebamus, pelagis. Cice. de

Priſciani error

Finibus, vitra. Notandum eſt nomina metallorum, vt aurum, & ſignificantia res aridas, & liquidas, quæ ad pondus, & menſuram referuntur, vt triticum, oleum, acetum, defrutum aliquos habent in plurali caſus, & maxime quando partes, aut genera illarum rerum ſignificare volumus. legitur frumenta, & frumentis apud Verg. primo Geor. loliis. Ouid. muſta, & muſtis apud Ouid. freta. Col. littorum ſic & fretorum. Mar. par vnda fretis. Stat. in Achi. cognatis vtere fretis. Idem elicit inde fretis. Apu. oceaniq; fretis. Cice. i. de Diuina. quid de fretis, ſoliis. Pli. pro vaſe ſepulchrali. Mart. Vera minus flauo radiant electra metallo. Vergil. Stati. Emicat effigies, & ſparſa orichalca renident. Ouid. primo Faſto. Pinguia cur illis miſcentur larda diebus. Ver. Grandia ſæpe quibus mādauimus hordea ſulcis. Verg. tranquilla per alta, legitur & colla, defrutorū, illicia, lutatus amomis. Perſ. buxa. Prop. æra micantia. Ver. Lucr. & æribus æra. Cic. ad Hircium Luca ſic & Cæſar.

Maſculina Pluralia.

Optimates, Siri, furfures, annales, poſteri, primores, lemures, cœlites, ambo, duo maſculini & neutri generis, maiores. Penates, liberi, cani minores, genialesgemini. Plau. vero in Menæch. ſingulari vtitur, circenſes, natales. i. nobilitas, loculi ſed Cato rerū ruſt. loculum, ludi, ſuperi, fori in naue, nepotes: id eſt poſteri, manes, primates, codicilli, antes, proceres, faſces, caſſes, mores, vepres, loci: id eſt receptacula ſeminis; id eſt matrix, Quirites, Apollinares, quinquatres pugillares, faſti, menſes pro menſtruis. Plin. cuius ſemen menſes & vrinam ciet. Idem menſes ſiſti eo cibo putant. Luceres, cancelli, artus, lares, tauenſes, inferi, Locri, Gabii, Veii. Li. ix. optimati & x. optimatem, & Cic. ad At. pcere apud Iuue. quiritis. Luc. in. ii. & Hora. primo Epiſtolarum. Ouid. in. viii. quiritis, quiritem: apud Perſ. & Iuue. quirite apud Oui. in elegiis & Claudi. in nuptiis

Hono.pugillarem paginam dixit Mart.& Auſo, bipatens pugillar, & Catul.pugillaria. Gel.annalis,annali, & annalem protulit, & Plin.vii.cap.xxii.amor & ludus habent ſingularem, ſed elegantia differunt; quod amores ſunt Venerei,vt aiunt Cice.in primo de Offi. ſapiétiæ amores dixit:& in primo de Diuina.qd amores & delitiæ tuæ Roſcius. Li.in.iii.vanos populi cóci tet amores,ludi ſunt ſpectacula, ſed confundũtur apud autores,larem,locellus erit. Mar.ait pro marſupio; & locellum Cæſar ad Piſonem Sene.aper.cum caſſe vinctus ſimilagine furfur pro purgamento farinæ. Sere. Apu.de Deo Socr.Lemurem,& mané poſuit,cœlites cõmunis eſſe poteſt, ſed in neutro vſurpatur. Ouid.in i.Faſt.cœlitibus regnis.Idem in ſingulari cœlite vtitur. Sil.id eſt primori in parte,& Sueto.in Tybe. & Gell.x. ca.xix.& in.ii.primiore aſpectu. veprem: Colu.in.xii. & vepre. Oui.viii.liberum pro filio apud Quint.primatem. Apu.in.ſecundo.Codicillus Iuſtinia.Enni.multa foro,egeaq; longa repletur. Gel.xvi.ca.vltimo ſtans in ſummo puppis foro.

Gráma. error.

¶Fœminina pluralia.

NVndinæ,paleæ,indutiæ, feriæ,nonæ, Kalendæ, idus,thermæ,lactes,reliquiæ,ſalebræ,primæ.i.primæ partes.Ci.ad At.tibi primas defero, copiæ ꝓ exercitu,legitur & in ſingulari(licet Lau.& alii prohibeant, apud Sal.Cæſaré,Pompeiũ. Ver.circũ copia luſtro, & Ci.ad At.ducere hanc copiã. Idé cum oi copia. Idé ad Domitiũ cũ iſta copia. Plau.in Am.maxima copia. Cerimoniæ,fores,fortunæ ꝓ diuitiis,diuitiæ,ambæ,duæ, vigiliæ,ſordes,plagæ pro rete:legitur quoq; in ſingulari tricæ,diræ,primitiæ,literæ ꝓ epiſtola. Nã in ſingulari ſignificat elementum,vt A,& manũ ſcribentis.Cic. ad Atti.ad ſimilitudiné tuæ literæ:i.manus. Iuue.xiii. arguit ipſorum quos littera:apud vero poetas metri cã pro epiſtola reperitur in ſingulari:excubiæ,phaleræ,reli-

Laurét. & alioꝝ error.

quiæ. Apul. vero pro magia conuerritorē pridianæ reliquiæ dixit. exuuiæ, gratiæ deæ, inferiæ, exequiæ, crates, ædes ꝑ domo. Plau. vero ædis in genitiuo, vtitur in Muſtel. & ædem Curtius, & interdū pro tēplo. Cic. in Para. ædes ſacras. cantes organorū fiſtulæ, ſeu deæ, quiſquillæ, minæ, ambages, opes, nugæ, cunæ, blanditiæ, genæ, ſortes pro oraculo: nares, bigæ quadrigæ, clitellæ, antennæ, valuæ, trigæ, delitiæ, ſentes, latinæ, manubiæ, facetiæ, ſcatebræ, decimæ, præſtigiæ, gingiuæ, næniæ, cōpedes, ſeiugæ, argutiæ, fidiculæ pro inſtrumento torquendi hoīes. phaleræ, inſidiæ, latebræ, nuptiæ, grates ſcalæ, illecebræ, antiæ, ſcopæ, tenebræ, inimicitiæ, inuenitur inimicitia, vt in collectaneis patuit. decretales, gades. Quin. in. x. blanditia reparantur. Cic. pro Plāco blāditia populari: legitur quoq; apud Plau. Soli. Salernitana latebra. Ci. ad Appium latebrā abſconditā & ſæpius apud autores. Gaius iuriſconſultus. ff. titulo de furtis. l. ſi prius armarium inquit, vel ſcalā. Gel. eſt ſcala lignea. Idem ſuper ſcalæ gallinaciæ gradum, ſcalā. Hiero. quāuis Quin. in primo neget. Hor. epiſtolarum primo puerorum nænia. Quint. vii. nænia dicitur. Suet. in Augu. canentibus næniam. Pli. vita vigilia eſt. Celſus in primo neq; hunc cum vigilia. Salluſt. patiens vigiliæ. Apu. in primo tertiam vigiliam. Apul. in primo argutia Nilotici calami. Gellius in prologo tertii in ablatiuo, &. xii. cap. ii. & in ſecundo argutiola friuola eſt. Hiero. antenna crucis figatur. Luc. prouidus antennæ. Iuuen. gingiua panis. Apuleius tumidæ gingiuulæ, Cic. de Legibus ſecundo cerimonia declarat, & Taci. & cerimonia. Suet. in Cæſ. & in Au. Gel. iiii. ca. ix. hæc lactis, Titinnius cerebellum. Lactis agnina. genitiuo diræ. gtō ambagis. Cic. de finibus quarto aurum, palam'ue, & inferius in auro, quàm in palea. Gratia cum nymphis, geminiſq; ſororibus audit. Hora. Sta. aera biga. Suet. in Tybe. vnius bigæ. Plin. bigam regis geniti-

Quinti. error.

uo quatrigæ. Sue. in Vitel. Pli. quatrigam Amirmĕdæ. Sol. quadriga proſiliuit, & apud Vale. Plin. in. xxxiiii. quadrigula. ff. de edictis ſi triga uenerit. Sol. odiorum delitia. Quintilia. in. x. delitiaq; & apud Plaut. & Gel. Oui. limina firma foris. Plau. in Am. crepuit foris. Hora. primo Sermonum excluſis fore. Ouidi. in. ii. Faſto. in fore nullus erat, & in Arte forem apud Plautum in Bac. Soli. uitiorum illecebra. Cice. pro Milc. maximam illecebram. Gel. in. ii. & in Plau. in Aſin. L. illecebram & ſæpiſſime. naris in nominatiuo apud Ouid. naris in genitiuo. Luc. ii. narem, & nare. Per. genitiuo genæ. Gel. x. ca. xxxii. ſiquis in gena te percuſſerit, & pro ope rimentis oculorum. Ter. cõpreſſi genam. Pli. xi. grauiores alitum inferiore gena conniuent. Idem columbæ, ſimilia utraque gena conniuerunt. gratis in genitiuo. Cice. Val. vi. triſtitiæ ſalebra decima. Hier. trinundinum, nundinum & nundino apud Quinti. in. ii. Hiero. ſcopabo Babylonĕ in ſcopa, & Pli. xxi. ca. vii. quauis. Quint. in primo neget. Col. xiii. ſcopula picatur. Hora. ſordida mappa. Nomina diuiſiua, ſiue per certos numeros diſtributiua vt ſinguli, bini carĕt numero ſingulari: ſic quæ ex pluribus conſtant ut cancelli: poetæ uero abutuntur. Quint. iiii. huius uelut præſtigiæ: dicitur & præſtigia præſtigiorum. Val. Max. & præſtigii inuentorem. Pli. ii. ſcatebra in Caſſinate. Iuue. ſat. iiii. in magna faſtidit cõpode. Hora. in epiſtolis niuali compo de. Plaut. parum ſordis eſt. Taci. ſordĕ, & auaritiã, ſorde. Horat. in primo epiſtolarũ. Gel ca. iii. facetia ſermonis. Plaut. in Caſ. ut ſentis ſub ſignum ducas.

Quintiliani error.

ℂNeutra pluralia.

ALtaria, uinacea, crepundia, Artaxa, apia, teſca, teſqua, buccolica, georgica, chronica, bacchanalia, & oĩa noĩa feſtorũ, ut Vulcanalia, paſcua, palearia, parapherna, aulæa, oſtia: id eſt patĕtes fluuiorum aditus, & portus, bellaria ſecũda menſa, ut poma, placentæq; ad

irritandam gulam: tripudia, oſtrea, orgia magnalia, roſtra ubi concionantur, tranſtra. Perſ. uero in tranſtro dixit: bona, ideſt diuitiæ, mapalia. Valer. Flac. in. ii. cōcita lacana, viuaria, munia, multitia, uirilia, muliebria, lumina pro oculis: legitur & lumen, et luminis offoſſi: dixit Verg. & lumine, licet Diome. uetet: ſexta, Pœana flamina, ſtatiua, ſolennia, ceraunia, parentalia, flabra, tētyra, carcheſia, cithera, bactra, claſſica, mellaria, cibaria, effata, ſpectacula, ſpectaculū dixit Liu. ſpectaculo. Sue. milia, ſponſalia, inteſtina: inteſtinum retulit Gel. xii. capit. v. & Corn. Nepos inteſtino. Gell. xvi. ſexta, exta, ſpolia, iuga cum ſignificant montium cacumina. Verg. tamen in. vi. ait: hoc ſuperate iugum. Tacitus Tauri iugo. Idem iugo effuſus: Idem montium iugum, arba, liba, hyberna, arma, feria, cunabula, incunabula, tempe indeclinabile, caſtra, mœnia, præcordia, luſtra ferarum cubilia: & pro lupanari apud Plaut. iuſta Ilia. claſſicum canit, ait Modeſtus. Sueto. ad claſſicum introit. Quint. ii. velut claſſico. Sueto. in Cæ. ſine ſpolio. Iuue. Actoris Aurunci ſpolium. Ouid. Nec ſpolium noſtri turpe pudoris habe: altare, altari. Hier. tripudium, libum. Cato. libo. Ouid. catinū. Hora. lacheni. Hora. ile. Pli. bacchanal. Plaut. oſtreum, ſapiat Seneca.

Diome. error.

℄ Maſculina in ſingulari: in plurali neutra.

TAygetus, Tenarus, Mænalus. Pangæus, Dindymus, infernus, quod eſt aduerbiu nō ſubſtantiuu; ut aiunt. Clau. inferni raptoris equos, & inferna regna & infernosq; lacus: quod uero legitur inferno, infernum, inferna, ſubauditur loco, locū, loca, nec aliter dicas: ſed aliquādo contrariū legitur. Lactan. in carmine paſchali, Qua deus infernū vicit, & aſtra tenet. Fulgentius, qualiter ad infernum deſcenderit. Claud. mugitus ab alto redditus inferno, tartarus. Iſmarus, carbaſus: ut Phocas. ſed probus, & Caper maſculinum, et fœmininum uoluere. Priſc. uero fœmininum. hoc uſitatius: ſed

Grāma. error.

antiqui hoc carbaſum dixere,ut Priſ.à quo potius hæc carbaſa. Aornus dicitur & Aorna in plurali. Clau. Dic quibus in numerum uacui famulantur Aorni: & ſic dicitur,& non auernus,ut patet in ſpecilegio noſtro. Gargarus caret plurali,licet aliter dicant, et eſt locus vnde (Grāma. error.) fluunt Scamander,& Simois, vt Stra. Gargara uero in plurali ſunt cacumen montis Idæ, & nomē oppidi ſub eo. Macro. Maſſicus maſſica & maſſici. Garganus, iocus ioca & ioci,locus loca et loci,ſupparus ſuppari,ſed hoc ſupparum ſuppara facit. Plaut.in Epid. ſupparum (Grāma. error.) aūt ſubnimium eſt, licet aliter ſentiant grammatici,ſed non recte, baltheus balthea et balthei, ſibilus ſibila & ſibili. Cetus hæc cete in plurali & indeclinabile.

¶Fœminina in ſingulari,& in plurali neutra.

(Grāma. error.) Rhetorica,buccolica, georgica,topica, phyſica, q̄ nō ſunt ſingularia (ut aiunt) ſed pluralia, uel ſunt adiectiua,& tunc opa, aut poemata intelligimus Zizania herba. Hier. vero zizanium miſtum eſt tritico dixit: arbutus arbuti, arbutum arbuta, intybum intyba apud Plin. Diomedes ait, quod dicitur hic intybus. hinc Pli. ii. intybi nō extera remedia ſunt. Phocas vero vult fœmininum,qm̄ in Plinio ſic legitur quādoq;,ſed tunc in- (Grāma. error.) telligitur herba,ſupellex caret plurali,quāuis aliter ſentiant grāmatici. Pergamus nō habet pluralē licet præcipiant. Nam Pergamus eſt vrbs in Aſia minori, pergama uero muri Troiani,ſed apud Sene.ī Troade,et He- (Grāma. error.) cuba eſt pergamus pro pergama.& Ennium referente Cice.in primo de Diuinatione exitium Troiæ,peſtem Pergamo. Ver.ī ætna: Quis nō Argolico defleuit Pergamon igni reptilis. & altilis ſunt adiectiua, et auis intelligitur ī plurali aīalia eſſe adiectiua, patet ex Varrone dicēte,boues altiles,& aper altilis. Plaut.dote altili.

¶Neutra ī ſingulari,& ī plurali maſculina & neutra.

Clauſtrum,porrum,ſed Gell.in.iiii.ait,porruſ cum pullo gallinaceo coctus, raſtrum, capiſtrum,fræ-

num,filum,forum. At ipſe ſemper fora non foros legi licet præcipiant,niſi tabula in naui intellexerint rei circenſia ſpectacula. Liu.in primo Fori,appellati ſunt etiā fori in agris parui ſulci, & oblongi. Colu.anguſtoſq; foros Argos indeclinabile in ſingulari, in plurali vero Argi tantum : ſic et cœlum cœli. Luc.ii. quòd pariter cœlos omnes conuertere ſpecus,eliſium. Grāmat. error.

¶ Neutra in ſingulari,in plurali fœminina.

Balneum balneæ,& balnea delicium dicitur,& delicia,æ. Plaut.mea voluptas,mea delicia, epulum. hæc variant nominatiuum, & genus, ut hic tonitrus, & hoc tonitrum, hic baculus, et hoc baculum : hæc cryſtallus, et hoc cryſtallum, hæc Ilios, et hoc Ilion vel Ilium : hic commentarius, et hoc commentarium, hic ramus et hoc ramale, hoc præſtigium,et hæc præſtigia. Cic.p Rabirio,illic enim eſſes præſtigiæ. Quint.iii.illi. præſtigiæ. Plin præſtigii inuentorem : hic clypeus, et hoc clypeum. Liu. in.v. de bello Macedoni. clypea inaurata, & in.viii. quartæ deca. hic cubitus, et hoc cubitum. Plin.in.vii.tria cubita. Hier.ſexaginta cubitos, hic culter,& hoc cultrum. Proper. Cum fallenda meo pollice cultra forent : hæc rapa, et hoc rapum. Palladius rapa mutatur. Mart.gaudentia frigore rapa, hæc antidotus, et hoc antidotum. Gell.xvi.antidotus celebratiſſima Serenus Antidotus vero multis Mithridatica fertur: hæc cannabis. Perſi. tota cannabe, licet Caper hoc cannabe nō cannabis præcipiat : dicitur et hoc cannabum. Pallad.cannabum ſeris, hoc labium, et hæc labia. Apul.illibatæ labiæ, hoc hyſſopum, et hæc hyſſopus. Pli. Hyſſopus phithiriaſi reſiſtit. Celſus hyſſopus cocta, hic ſextertius,et hoc ſextertiū, hæc papyrus et hoc papyrum. Plin.ſed Aegyptia papyro. Idem papyrum naſcitur, hoc mendum, & hæc menda. Cicero ad Atticum : magnum enim mendum continet : hoc inſomnium, et hæc inſomnia. Cic.inſomnium ple- Capri error.

num inſomnia deficit.hic tyaras. Verg. ſacerq; tyaras, & hæc tyara. Iuue.phrygia veſtitur bucca tyara. Hæc in vario nominatiuo ſeruant genus hæc apes & apis:hæc, adeps,et adipes:hæc vel hic ſcobs et ſcobes. Colu.in v.totus ſcobs, hic delphin et delphinus, hic gobio et gobius, hic elephas et elephantus, hic tybris & tyberis, hic cinis et ciner:ſic uomis,cucumis,pumis,puluis. Propertius aūt in fœminino genere in primo protulit: Sit mihi præcipue puluis Ethruſca dolor, & alibi iacet horrida puluis,hic labor et labos,ſic lepor, honor,arbor,odor,hic iber et iberus. Eſt quoq; ſciendum Anomalum eſſe,quod aliorū noīum regulā non ſeruat:ſed (ut patuit)eſt anomalum tantum ſingulare, plurale, et defectiuum. Verum ſi vulgare detur in plurali per anomalum tantum ſingulariter declinatū,fiat per ſingularē numerum & relatiuum multiplicitatem ſignificans, ut accepi triplicem luem,et non tres lues,cum careat plurali:ſi detur in ſingulari per anomalum tantum pluraliter declinatum fiat p pluralem numerum, et relatiuum diuiſiuum, ut ſingula ſponſalia fecimus, & non unum ſponſale, cum careat ſingulari. Si detur per anomalum defectiuum in eo caſu fiat per alium caſum ſimilē cum relatiuo multiplicitatem ſignificāte ut utor triplici hordeo,hordeis non dicimus.

¶ Nomina variæ declinationis.

Laurus lauri, & laurus lauru, non dicitur, ut aiunt, ſed male. Pli.in ea lauru,quæ ei miſſa. Tacitus quā Cremonenſis lauru,roſiſq; conſtrauerant, accuſatiuo lauros et laurus. Verg. bitumine lauros. Idē in.iii. Qui tripodas Clarii, laurus q ſydera ſentis:quartæ declinationis,caret genitiuo datiuo et ablatiuo pluralibus; pinus pini et pinus, quercus querci et quercus; hoc vſitatius,cornus corni et cornus, ficus fici et ficus, lacus laci et lacus hoc uſitatius: colus coli & colus, arcus arci et arcus hoc vſitatius; faſti faſtoꝝ uſitatius, q̄ faſtus faſtuū.

Grāma. error.

Var. I Ephemeride, Cæſar faſtus correxit. Col. ſequor Eudoxi, et Metonis faſtus. Sene. de breui tate vitæ ad fa Seruii ſtus et ad annales. Luc. nec meus Eudoxi vincetur faſti error. bus annus, licet Ser. immerito Lucanum reprehendat.

INCIPIT LIBER TERTIVS DE GENERIBVS.

LV. IO. SCOPPA Innocentio Lucio Mõtellano Salutem. Hodie cũ de generibus libellũ recognoſcerẽ, vt impreſſoribus excudendũ traderẽ: quidam tuas mihi reddidit literulas, quibus nec te huc proficiſci, nec tuas deſtinare lucubratiũculas poſſe cauſabaris. Auebas tamen quodnam ex meis impræſentiarum opus imprimerem, ſcire: ſubnectebas quoq; te confeſtim, ſi oporteret, eſſe uenturũ. Ipſe vero licet rarenter cauſas admittam: tamen excuſatũ habeo: dum ad me, quando ocium feceris, cũ interpretatione aduoles. Amico nanq, pollicitis manere cõpetit, eoq; magis hoc ipſum exequi debes: ne meis inſcriptis vanus exiſtimer. Nam ſi bene memoria repetis, in Collectaneis te exhibiturum eſſe aſſerui. Perinde cogeris edere, vt & me veredicum, & te noſtris in ſtudiis tempus non triuiſſe indices. Vale polliciti memor Neapoli Kalendis Octobris. M. D. V I I I.

NOminum genera tribus cognoſcentur modis natura, vt maſculus & fœmina, autoritate, ut dama, regula ut patebit. Propria virorum, deorum, angelorum, dæmonum, menſium, et vẽtorum nomina maſculina ſunt. Mulierum nomina, & dearũ fœminina, cherubim, & ſeraphim per im ſunt maſculina, & ſingularia, per in pluralia, indeclinabilia, & neutra: ſæpe dicitur cherub, & ſeraph, & more tertiæ inflexionis variantur: hic dæmon, & hoc dæmoniũ. Officiorũ noĩa ad viros pertinentium ſunt maſculina, vt ſcriba: quæ ad fœmi-

nas fœminina vt faga; quæ ad utroſq; tam poſſeſſionem, q̃ dignitatem ſignificantia ſunt cõmunia ut dux. Auium noia ſunt ꝓmiſcua ut paſſer, veſpertilio fœmininũ. Plin. veſpertilio volucrum ſola, gallus uero pullaſter, & columbus, qm̃ habent fœmininũ, ſunt maſculina, ſic et capus, ſiue capo, bubo tñ, grus, Halcyon, quæ et Alcedo latine dicitur, et phœnix cõia, in maſculino protulit. Hier. auem, quẽ phænicẽ. Lucan. in. vi. Aut cinis eoa poſiti phœnicis in ara: œſtrus eſt maſculinum, licet quidam eſſe neutrum tradant: verũ ad diſcernẽdũ

Quorũdã error

ſexũ dicimus cycnus mas, cycnus fœmina, ſunt quoq; promiſcua piſcium noia, vt balnea murena, ſæpia, ſunt etiã promiſcua, ſiue epicœna ferarũ nomina ubi ſexus difficulter noſcitur, ut mus, lepus, tygris, forex, vulpes, muſtella, cuniculus, hinc Varr. Lupus fœmina dixit, quamuis nunc dicatur, hic lupus, hæc lupa, vt vrſus & vrſa. Epicœnũ eſt muſca. Lapidũ nomina ſunt fœminina Adamas maſculinũ, electrũ chryſolectrũ neutra. Sardonix incerti. Arborũ nomina ſunt fœminina vt populus: poetæ vero hæc hebanus, & hoc hebanum: hæc buxus, & hoc buxum protulere, libanus eſt fœminini & maſculini generis. Hier. libanus non inciſus, oleaſter, ſpinus, rubus, frutex, cityſus, vepres: dumus ſunt maſculina, Calphulnius Me teneras ſalices iuuat, aut oleaſtra putare, in neutro dixit: fortaſſe à nomitatiuo oleaſtrum ſi legitur. & Serenus manditur apta rubus. Prudentius, Quem contorta rubus, ſiler, amomum, cinnamomũ, cardamomũ, balſamum, laburnũ; bdelium, vaciniũ, luguſtrũ, mirabolanum, thus, malabraton, maron, robor, & ſuber, neutra. Plinius autẽ in. xvi. tardiſſimus ſuber ait. Tib. pomũ pro arbore pomifera in neutro protulit. & Verg. in. ii. Georg. poma quoq; tuber pro arbore fœmininum, fructus maſculinũ. Sueto. oblaos tu beres, pro fungo, & arboris vitio eſt neutrũ: acer eſt quoq; neutrum. Ouid. in primo de Amoribus: At

nuper vile fuiſtis acer. Plinius acer gallicum, & campeſtre Fructuũ & lignorum noīa: ut pirum, & buxũ, ſunt neutra: excipiuntur caſtanea, nux, glans, ficus, oliua, auellana, bacca, vua fœminina. Fluuioꝝ noīa ſunt maſculina, niſi addatur flumen, vt Tyber: caucon uero, lethe, allia, & albula fœminina. Martial. vero in. xi. cui rector aquaꝝ Albula nauigerũ per freta tẽdit iter; ſtyx autẽ eſt palus, & nõ flumen, ut aiunt; cruſtumiũ, plemmirium, muthul, & iader: apud Luc. neutra, ſic & Rhenum apud Cæſarẽ, & Horat. quamuis & Rhenus dicatur, & Nar apud Cice. iiii. ad Att. lacus velinus interciſo monte in Nar defluit Numeralia à quatuor uſque ad centum ſunt omnis generis, numeri pluralis, & indeclinabilia: à centum vero cõpoſita more adiectiuoꝝ in plurali flectuntur: centenarium eſt neutrum & ſecundæ inflexionis. Noia montium ſunt maſculina, vt Othris, Oſſa uero eſt maſculini, quia intelligitur mons. Ouid. in Ibin, theſſalus Oſſa, ſic & Aetna. Oui. in Ibin. Plurima qua flãma ſicanus Aetna uomit, & fœminini. Stat. iii. Theb. & arctoe gelidum caput inſtitit Oſſæ, & in viii. ſemifer Aeria talis centaurus ab Oſſa. Horat. iiii. carm. nec perdit impoſitam celer ignis Aetnam. Luca. viii. ſi tota eſt Herculis Oeta. Sene. in Hercul. ſummum proſpicit Oetam. Pelion, quia vertit on, in um, eſt neutri generis. Statius in. v. nec adhuc immane veniret Pelion. Ouidius vero in. iiii. Faſtorum, Ignibus Oſſa nouis, & Pelion altior Oſſa in maſculino protulit. Nomina regionum ut Gallia, & inſularum ut Samos ſunt fœminina, ſequuntur interdum genus terminationis. Ouidius. xi. Mithyleni potiuntur littore Leſbi. Maro & oſtriferi fauces tentantur Abydi. Nomina nauium ſunt fœminina, vt Centaurus. Nomina comoediarum, tragoediarum, & fabularum ſunt fœminina, vt Eunuchus. Iuuenalis vero, nec dum finitus Oreſtes ait. & Sueton. quidnam Aiax ſuus ageret; hoc ideo; quia

Grāmat error.

cum proprium eſt, retinet genus ſuum. Aduerbia ſunt neutra, vt euge tuum; ſic & infinita vt velle ſuum: Nomina in A finita fœminina, ut charta: excipiuntur collega, nauta, laniſta, poeta, popa, ſcriba, patriarcha, nauarcha, monarcha, tettrarcha, athleta, chiliarcha, pirata, trapezita, profuga, transfuga, ſophiſta, aſſecla, pincerna, lixa, plantea, cometa, papa, ſcurra, proxeneta, apella, rabula, vacia, cacula, maſtigia, bibliopola, pharmacopola, propola, & populorū nomina vt turca, turcus inepte dicitur: fœmininum eſt turchis, turchidis. Adria pro mari, ſiue adriatico ſinu. Luc. in. v. ſonat Ionio vagus Adria pōto, ſunt maſculina, ſic et quæ à nominibus tam virorū, ꝙ locoꝝ maſculina, & non cōmunia vt præcipiunt, vt Vergilianiſta, Origeniſta, Panormita, Scytha, Sarmata, Sauromata, & reliqua, quæ imitatorem, gentem, populum, aut familiam ſignificāt, quæ græce in es terminantur, vt Iudas ſcariothes, non ſchariotis, Helias teſbites nō teſbitis, ut aiunt & præcipiunt: horum fœminina in Is deſinunt, & faciunt genitiuum in idis, ut iſraelitis iſraelitidis, ſunamitis ſunamitidis. Pomponius Mela. in. iii. Amazones, quas ſauromatides appellabāt. Oui. primo de Ponto Terreat, & manes Sarmatis vmbra meos, ſic hic ꝓpheta vel prophetes, hæc prophetis prophetidis. & hæc ꝓphetiſſa. Lact. in. iiii. magnam prophetidem uocabunt, hic poeta vel poetes, hæc poetis vel poetria: ſic & de oibus eſt dicendum, ſic ab inſtrumento deducta, ut hic cithariſta, uel cithariſtes, hæc cithariſtria, hic cymbaliſta vel cymbaliſtes, hæc cymbaliſtria: ſic & reliqua à uerbis cōpoſita, uel deriuata ſunt communia, ut conuiua, cœnipeta, graiugena, cœlicola, auriga, verna, lingulaca, idolatra, pediſſequa. Varr. Probus, & Quint. pediſſequus dixerunt, & tā ad mares, ꝙ ad fœminas ꝑtinentia, ut aduena, patricida, homicida, parricida: licet Phocas hæc tria uelit maſculina; uerbigena eſt maſculinum, alienigena

Grāma. error. (margin, beside "à nominibus tam virorū")

Grāma. error. (margin, beside "cipiunt: horum fœminina")

Phocæ error. (margin, beside "uena, patricida")

nigena eſt commune. Gell. tamen in. ii. cap. xxiiii. vino alienigena retulit. Antiquitus etiam alienigenus, na. nũ, dicebatur. Val. in. v. alienigeni mores, & in primo alienigena exempla Idem alienigeni ſanguinis: ſic etiam dicitur caprigenus, a, um, & terrigenus, a, um, quæ cõmunia neutro figurate applicantur, vt aduena mancipium. talpa, & dama ſunt promiſcua: nomina pluraliter declinata neutra, vt arma: in A deſinẽtia latina neutri generis nõ reperiũtur niſi græca, & tertiæ declinationis epigrãma: Turia flumen non eſt neutrum, vt nonnulli, ſed maſculinum. Claud. Floribus, & roſeis formoſus Turia ripis: & apud Sal. Turiã nõ Turia eſt legendũ: vt tradunt: Zeugma oppidum neutrum. Lu. viii. Polenta eſt ſemp foemininum nõ neutrum, vt aiunt citantes Ouid. cum ibi ſit ablatiuus cũ præpoſitione cum intellecta, vt dedit dulce. ſ. rem dulcẽ, ſiue muſtũ, quod ante coxerat teſta. i. in teſta cum polenta. Literarum nõia neutra, & indeclinabilia: cum dicitur in A productam intelligitur litera: literæ ideo nõ declinantur: quoniam a barbaris inuentæ fuerunt: vel quia elemẽta, & fundamenta ſermonis immobilia & inuariabilia eſſe debent. Nomina in E productum finita ſunt foeminina, vt Libye: ſi finiuntur in E breue & tertiæ declinationis, vt mare neutra, ſic & cete, & tempe pluraliter declinata. Manlius tamen ſæpe cetus dixit: nile indeclinabile eſt ois generis. In I finita ſunt neutra vt dori, ſinapi: licet ſinapis (vt patuit) dicatur. Gũmi, & hæc gũmis. Colu. qualis gũmis. Gabii, & cætera oppidorũ nomina maſculina. Compoſita vero a genitiuis, vt huiuſmodi ſunt omnis generis, ſic nihili, mãcipi, frugi, & nõnulla alia: quãuis obliqui ſint caſus figurate omnibus caſibus iunguntur. Nomina in eo, & io latina non verbalia, nec participialia ſunt maſculina vt ganeo, quod Augu. vult cõmune, hiſtrio: ſi verbalia aut participialia foeminina vt lectio, ſic & talio licet non ſit verbale: pugio vero & lucrio maſculina. in

Nõnullorũ error. Salluſt. locus. Grãma. error. Ouidii locus.

Go,& Do O in I in genitiuo vertendo fœminina,vt lanugo,dulcedo:ſi non mutãt maſculina, vt harpago,cerdo:virgo cõe. Frontinus fons virgo. Auſ. Vnus ephœboꝝ virgo repente fuit. Hiero.in prolo.virginem virgo ſeruaret loquitur de Ioanne. Idem virgo maritus fiere;& virgo,electus deo:Ipſe dico ſemper fœmininũ & figurate iũgi nõ modo maſculino, ſed neutro quoq; genere: Verg.in.xi.O decus Italiæ virgo: macedo eſt cõmunis generis,ſic brito,friſo,& omnia nomina a prouincia,ſiue vrbe deducta:ſic pellio,reſtio,phrygio:cupido pro cupiditate eſt fœmininum interdũ & maſculinum:pro amore eſt maſculinũ,ſic cardo,ordo, epulo, burdo,pedo,mango. Plin.vero in.xxxii.mãgo obſtetrix in fœminino dixit:margo eſt maſculinum & fœmininũ.caro fœmininum.præpoſita.B litera,vel qualibet cõſonante ꝓpria vel appellatiua maſculina,vt cardo,libo,præco,mucro,tyro,ſermo,pauo: homo vero, bubo,nemo cõia. Cic.ꝑ Cluent.vt eam hoiem appellare poſſit. Sulpit.ad Ciceronem, homo nata fuerat. Caius Iuriſcon. 50. digeſt.hominis inquit appellatione tam fœminã q̃ maſculum contineri nõ dubitatur. Luca.mõſtroſi hominum partus;leo quoq; eſt cõe,vt Ser.& nõnulli tradunt,ſed non recte:eſt enim ſemper maſculinũ ſic & latro,& non cõmune,vt Priſcianus, & alii præcipiunt.pondo, & octo monoptota neutra:præſto cum ſum ſemper iungitur eſt omnis generis. Cice.ad Herẽ. Hirudines æſtiuo tẽpore præſtò ſunt. Verg.in Aetna, præſtò ſunt examina ſemper:pſeudo vero nullius, quoniam compoſita ſemper reperitur, vt pſeudo propheta.i.falſus.duo & ambo maſculini & neutri: hæc epicœna ſtruthio,hirundo,hirudo,curgulio,bufo: inueniũtur quædam in O facientia fœmininum in A,vt leno lena, caupo caupona,leo lea & leæna,draco dracena, ſtrabo ſtraba. In u,c,d,&,t neutra vt cornu,lac, quod, caput. halec(vt patuit)eſt etiam fœmininum: tot & quot ois

Seruii & nõnullorũ error Priſcia. & alioꝝ error.

generis, & numeri pluralis. In Al neutra vt ceruical: ſal vero pro condimento eſt non modo maſculinum. Plinius aptior eſt ſal acer & ſiccus. Colu. ſal candidiſſimus licet hoc ſit frequētius & imitatione dignius, ſed etiam neutrum. Cato ſale penu protulit. Apitius ſal addideris candidum. Macer iungas huic ſalq́; piperq́;. Serenus ſalnitrum ſumes. Hieron. bonum ſal eſt. Augu. ſal infatuatum quamuis negent. *Grāma. error.* Barbara propria maſculina, vt Annibal. In El breue neutrum, vt mel: in el productū barbara maſculina, vt Raphael. In Il, & Ol maſculina, vt ſol, & pugil. Terent. tamen in fœminino dixit pugilem eſſe aiunt: nil, nihil, & ſil pigmenti genus neutra, vigil commune. In ul maſculina vt conſul: præſul, & exul communia. Macrob. in primo Saturna. luna corporum præſul eſt. Sol. vero præſul Mineruæ numen ait. Ouid. in epiſtolis. Exul Hypermeſtra: Suthul vrbs neutrum, ſic & muthul. In im vnum proprium neutrum & indeclinabile, vt Cim: barbara indeclinabilia maſculina, vt Ioachim. In um neutra vt tectum. In an maſculina vt titan. In En breue neutra, vt numen, flamen vero ſacerdos, ſplen. & pecten, licet Seruius vltimum velit neutrum, ſicut ſplen. *Seruii error.* Macer Hydropicos, & ſplen tumidum iuuat illa iecurq́;. Idem Splen iuuat illius decoctio ſumpta, iecurq́;, ſunt maſculina, ſic & compoſita a cano, quamuis eſſe cōmunia præcipiant, *Grāmat error.* vt cornicen, tubicen, quorum fœminina, quæ ſunt in vſu formantur a genitiuo mutata Is in A, vt fidicinis fidicina. Trogus a flamine flaminea protulit: oſcen & attagen epicœna. En lōgum & habēs E longū in obliqs maſculina vt lien. Siren aūt, & Troezen fœminina. In in maſculina, vt delphin Eleuſin, & phorcin fœminina. In on maſculina vt Helicō: phyton maſculinū, & fœmininum: ſindon, & icon fœminina. Vrbiū noia fœminina, vt Babylō. Ilion, & oia noia græca, quæ iuxta ſecundā declinationem flectuntur ſunt neutra, ſic & barbiton,

quáuis fœmininũ eſſe Tortellius præcipiat; ſed nõ re-
Tortellii error) ćte cũ barbitos vlla meas; & nõ barbiton legatur apud
Ouid. in Sapho. dicitur nanq; hoc barbíton, hæc barbi
Ouidii locus.) tos, & hic barbitus barbite carmẽ ait Hora. nec dicitur
helleboron neutri generis, vt Tortellius; ſed hellebo-
Tortellii error) rus. Verg. Scyllam, helleboroſq́; graues. Col. & negat
helleboros. In Ar neutra, vt lupanar, iubar. Verg. vero
in Aetna: inquit ſurgat iubar aureus oſtro. Apud Plin.
xxv. albũ & nigrum legitur: ſed intelligitur genus. En-
nius interea fugit albus iubar Hiparionis curſum. par, &
eius cõpoſita oĩs generis: par ſubſtãtiuũ eſt neutrũ. Ci-
ce. in Phil. geminũ in ſcelere par, vt aliq ſunt aduerbia.
Hora. Ludere par impar: lar laris ſi imperatorẽ lartis fa
cit. Oui. in epigrãmatis larte ferox cæſo Coſſus opima
tulit, ſunt maſculina. Lucar auis, & Baccar ſiue baccaris
herba fœminina. In er ſecũdæ declinationis maſculina,
vt ager & tertiæ, vt frater, ſed nõ ſemper: ſunt nanq; &
Grãma. error.) neutra tertiæ, vt vertuber, ſiler, huber pro mãma: nam
pro abundanti eſt omne: ruder, vt tradunt, ſed male, cũ
rudus ſemper legatur apud autores, ſuber, piper, ſiſer
herba, vt Priſc. Plin. in. ii. tres ſiſeres ait: zinziber, papa-
uer. Plaut. in Trinu. papauerẽ dixit, lauer herba. Plin. vti
Priſciani & aliorũ error) tur quandoq; in fœminino, quia intelligitur herba, ca-
dauer, iter ab antiqs itiner, laſer, ſpinter, cancer. i. mor-
bus, vt aiunt Priſcia. & alii, ſed nõ bene: eſt enim maſcu
linum Cato de re ruſt. cancroſq́; purgabit: decipiuntur
ex hoc Ouidii carmine Vtq́; malum late ſolet imedica-
Ouidii lõcus.) bile cãcer ſerpere, quod ſic intelligitur cãcer. i. malũ ime
dicabile ſolet ſerpere. Hiero vero contra Rufinũ ſic di-
cens aſtipulatur Priſciano cancere, & diſtillationibus: &
leguminum genera tertiæ quoq, declinationis, vt cicer:
hæc acer aceris: hic cucumer: pauper eſt cõis generis.
Plaut. non paupera res eſt ait, legitur quoq; pauperis tu
guri, & paupere regno, & tũc eſt neutri generis abuſiue
vt patuit; degener, acer, alacer, celeber, ſaluber, puber,

impuber cõia : quæ ſæpe fœmininum in Is faciunt, vt alacris.leguntur & cõmunis generis. Verg. Anchiſes alacris palmas vtraſq; tetendit: hic volucer hæc volucris, & hoc volucre,& nonnulla:ſequeſter eſt tertiæ:tamen habet fœmininũ ſequeſtra. Verg.in.ix.pace ſequeſtra. Sta.in.ii.The.pace ſequeſtra:mulier, & mater fœminina:lynter nauicula apud Græcos maſculinũ, apud nos fœmininum potius. Li.v.expulſa lyntre.Tib.vero in.ii. Exiguus pulla per vada lynter aqua. In Ir maſculina vt vir:hæc tria neutra ir,pyr,gadir,quod in fœminino ꝑtulit Auienus in Aratæis gadir prima fretum ſolita ſupereminet arce:martyr non eſt, vt aiunt cõmune niſi in ſacra pagina, ſed maſculinum. In Or maſculina, vt labor:comparatiua communia, vt albior, ſenior, vt Sergi. Prob. Priſcia.& Grammatici docent, eſt maſculinum, ſecus tamen legitur. Sene.in vltima Tragœ.ætas ſenior, poeta in priapeis quædam ſenior. Plin.lib.xi.apes ſeniores, & in Culice. Verg ſenioris erat naturæ. Ambro.ſenioris fœminæ Seneca in Hippolyto fama miratrix ſenioris æui. Gel.in.v.corpora ſeniora:nomina in tor a verbis non venientia, ſunt communia: a corpore vero, colore, & decore compoſita omnis generis, & non communis, vt aiunt, vt bicorpor, diſcolor, indecor. Ouid.quarto amorum diſcolor agmen inquit, & littora verſicoloria. Plin.idem omne ouum eſt bicolor, & pallio verſicolore. Gel.in.vi.memor autem,& compoſitum in ſingulari melius eſt omnis generis. Verg.in quarto iuſtumq;,memorq; precatur,& in nono memori vos exuet æuo. Verbalia in ſor non facientia fœmininum in trix ſunt communia, vt ſponſor, interceſſor, profeſſor licet de fœminis raro dicantur. Ouid.Sponſor coniugii ſtat dea picta ſui. Maſſeus, virgo interceſſor noſtra fer, ſic rhetor: verbalia habentia fœmininum in trix maſculina, vt victor. Plaut.vero in aulu.vinum luctator. Iuuen.captatore macello dixere: actor.

Grãma. error.

Seruii Probi Priſci.& grammaticorum error.

Grãma. error.

& autor cōmunia. Macro.natura fabricæ autor. Luca. vero in.v.ſi cœlo autore recuſas dixit, & Verg.in decimo periit fatis autoribus:ſoror, arbor, vxor fœminina:cor,æquor,marmor,ador neutra. In ur neutra, vt iecur,guttur,ſed Plau.in Aulu.gutturem, & in Milite. Lucil. Næuius dixerunt. Auium nomen,& patrium appellatiuum. T ante ur habens maſculinum; vt vultur, turtur. Ambro.tamen in fœminino protulit dicens turtur vbi iugalis proprii fuerit viduata, & aſtur & aſturia, quod potius eſt cōmune: Anxur vero eſt maſculinum. Martia.in.vi.& neutrum. Hora.primo Sermo.ligur & uerbalia tertiæ declinationis homini conceſſa, ut augur communia, ſed fur in fœminino legitur licet negent. Plau.in Penu.fures eſtis ambæ: ſatur vero ſecundæ eſt maſculinum, ſic & furfur: cicur omnis generis. *Grāma. error.* In as fœminina vt pietas,boreas,abbas,gigas, vas,vadis,mas,as, elephas, agragas pro monte & oppido: adamas,garamas maſculina:uas vero uaſis, fas, nefas Cæras ceradis proprium loci neutra: *Grāma. error.* nomen patrium, ut Arpinas eſt omne,& non commune,ut aiunt. Cicero ad Atti.veni ad Arpinas, & in vltimo ad iter Arpinas. Colu.in ſexto illud Atinas. Liui.in primo belli Fidenatis,& Plinius in.xiiii.priuernatia uina: ſic noſtras. Cicero ad Cœlium,noſtratia verba:arcas patrium omne,& nōn commune,ut aiunt, proprium maſculinum: *Grāma. error.* nugas indeclinabile omne. In Es breue præcedente conſonante & creſcentia una ſyllaba in genitiuo maſculina,ut fomes:comes uero,& antiſtes,ſoſpes, teres,indiges,præpes,diues,cocles,ſuperſtes, miles, ales,hebes,hæres,præſes,obſes,pedes,interpres,veles, ſatelles. Cice.primo de Diuina.pennata ſatelles, & hoſpes communia,& ſimiliter utriq; generi conuenientia, quāuis antiſtita ſoſpita,& hoſpita legantur. Ouidius Hoſpita Demophoon tua te Rhodopeia Phyllis. Martianus deorumq; hoſpitam, Verg.hoſpita tellus, & alibi

inhoſpita tellus. Cicero de ſignis fani antiſtitæ maiores. Ouid. ii. Faſto. Soſpita delubris creditur aucta nouis: inuenitur quoq; commune genus neutro iunctum. Ouidi. iii. Elegia, Poſt mea manſurum fata ſuperſtes opus. Ouidi. Os hebes eſt, poſitæq; mouent faſtidia menſæ, ferrum habes. Sene. in vltima Tragœ. Vergil. vii. Hæc tereti mos eſt aptare flagello. Idem præpete ferro, ſic & Enni. Val. diues & præpotens regnum naturæ. Iuuena. depoſitũ tibi ſoſpes erit. Sol. nam ſolum illud argento diues eſt. Lucanus in. v. imperiumq; comes: omnia quæ in ſingulari neutrum iunctum habent, in plurali non retinent, quãuis legantur. Ouidius inhoſpita tecta tyrãni Manilius hoſpita ſacra ferens. Stat. iterum hoſpita flumina pãdas. Sueto. in Cæſare teretibus membris: ſeges autem, teges, & apes fœminina. Es longum habentia ſunt fœminina, vt quies, ſic & quintæ declinationis nomina ut ſpecies, dies tamen in ſingulari eſt incerti generis, in plurali tantum maſculini: meridies maſculinum: inquies omne. Es longum propriorum nominum, vt Anchiſes, & patronymicorum, vt Anchiſiades maſculina ſic & aries, pes, & verres pro porco: appellatiua ſi ad homines pertinent communia, vt uates: locuples etiam neutrum legitur: communia ſunt, quæ à pede vt bipes, & ſedeo vt deſes componuntur. Plinius vero & nonnulli quadrupedia dicunt: compes eſt fœminum, ſic & Ceres: hippomanes, cacoethes, æs myrtites, & ſcyllites neutra. In is finita habentia C, vel N, vel duplices conſonantes maſculina, vt piſcis, funis licet apud Lucretium legatur fœmininum: amnis, axis, anguis. Vergilius Frigidus o pueri fugite hinc, latet anguis in herba, eſt & fœmininũ. Valerius in primo prolapſam anguẽ. Tibullus in primo cãtus & iratæ detinet anguis iter. peſtis aũt, neptis, veſtis, nauis, vallis, cõuallis, turris, peluis, pellis, febris, bipẽnis, cuſpis fœminina: triſcupis cõmune; in obliquis etiam eſt neutrum. Oui.

dius poſitoq́; tricuſpide telo:corbis,reſtis,finis, clunis, fœminina & maſculina:canis commune: ædilis, & lybis patrium maſculinum:rudis, qua gladiatores donabantur, eſt fœmininum, quando ſignificat indoctum eſt adiectiuum. Nomina a maſculinis, & fœmininis ſi adiectiua manebunt, ſunt communia, vt exanimis, & habent neutrum in E, vt exanime:quæ more quoque adiectiuorum trium vocum declinantur, vt exanimus, exanima, exanimum. Nomina, quæ ad homines, & alias res iunguntur,ſunt communia,& habent neutrum in E, vt triſtis & triſte. Nomina creſcentia in genitiuo vna ſyllaba, vt ſanguis ſunt maſculina: cuſpis vero, caſſis,lis,iaſpis,hæmorrhois,noualis, curulis. Luc.vacuæq; loco ceſſere curules:cratis, baſis, craſis, phraſis fœminina,ſic & habentia genitiuum recto ſimilem, vt auis,puppis:caſſis autem pro rete eſt maſculinum Ouidius de Arte.ii.Incidit in caſſes præda petita meos:canalis & molaris ſunt communia, ſed frequentius maſculina:ciuis,teſtis,torquis,ſamnis,iuuenis, dis, quáuis in recto negant legi. Terentius in Adel.dis quidem Grāma. error. eſſes Demea. Valerius Flac.in.ii.non dite ſolum, in plurali eſt adiectiuum,ſunt communia,ſic affinis,& hoſtis. Quintilianus in. ii pernitioſiſſima hoſtis. Pro.in primo inſana puella, & tibi non tacitis vocibus hoſtis erit:pubis eſt commune,inde impubis habens neutrum impube. Hora. impube corpus: quæ communia neutris ſæpe iunguntur. Hiero.teſtis eſt tribunal, Tygris Epicœnum. In os latina, vt mos ſunt maſculina: ſed Os oris, Os oſſis, quod olim oſſum oſſi dicebatur, chaos,melos, Argos,epos neutra. Balbus autē in.iiii. Argo:& nunc chaon implet Orion a maſculino chaus, & non neutro chaus protulit, ſic & Ouidius in. xiiii. Hereboq;'chaoq;. Verg.atq; chao denſos. Lactan.in primo cap.v.ſed a chao. Græca iuxta ſecundam declinationem, vt Lesbos fœminina, ſic & dos,glos,cos,

árbos, fors, mors: cuſtos vero, bos, impos, compos, ſacerdos, chironomos commun a. Corn. vero Tacitus in neutro dixit, aureum ſeculum oratorum, & criminum impos fuit. Gel. flaminias ſacerdotiſſas, & Hieron. abatiſſa cognoſcat, dixere: licet negent legi, quæ cōmunia neutris iunguntur. Iuuen. ſaxis cinerum cuſtodibus. In Vs vel ſecundæ, vel quartæ declinationis ſunt maſculina, ut dominus, metus, ficus, pro vitio eſt maſculinū, & pro fructu, & arbore (vt in Collectaneis diximus) legitur: ſed non ita frequenter vt in genere fœminino, gloſſus eſt maſculinum, & fœmininum, ſic & pharos Auienus in aratro, Romuleiq; phari. Stat. tollit phatus æmula: hic acus eſt piſcis, hæc acus inſtrumētum, hoc acus aceris eſt purgatio tritici: hæc acus eſt palea frumenti. Colu. ii. duriſſimæ acus electæ. virus & pelagus neutra. Vale. ait Flac. in primo Pelagum: quantos aperimus in vſus in maſculino retulit: vulgus neutrum, & maſculinum Aemilius Probus in Alcibiade, competiſſet vulgum Athenienſium. Pli. in. viii. ad vulgū credi diſſe video. hoc penus penoris, hic uel hæc penus eſt quartæ & ſecundæ: antiquitus hoc penum dicebatur, ſpecus eſt omnis generis, interdum diſiunctum legitur hic vel hæc vel hoc, & in ſingulari habet tres tm̄ caſus nominatiuum, accuſatiuum, & ablatiuum: in plurali omnes generis maſculini, in Vs breue tertiæ declinationis, ut munus ſunt neutra, lepus maſculinum, quod Augu. vult eſſe epicœnum: venus fœmininū, ligus cōmune: licet Phocas uelit maſculinum. Perſ. mihi nunc ligus ora īpetet, vetus omne, hæc pecus pecudis, hoc pecus pecoris. dicitur quoq; hoc pecuare. Perſ. pecuaria rudere credas, & hoc pecu. Soli. ita pabuloſa ut pecua. intercus omne. Gel. xiii. intercutibus vitiis: ꝑ morbo quem hydropa vocant ſubſtantiuū, neutrū nō legi, licet præcipiant, domus, colus, anus, ſocrus, idus, tribus, porticus, nurus, humus, aluus, ſed Accius. Cato

Grāma. error.

Phocæ error.

Grāma. error.

& Manilius in iii. in maſcul. no protulere: vannus, abyſſus, byſſus, incus incudis, periodus, delus, diphthongus, ſmaragdus, vt in. xxxvii. Plin. legitur: eſt quoq; maſculinū vt in eodē Plinio: ægyptus, coſtus, nardus fœminina, licet coſtum: nardumq; feratur, hæc atomus, vt Cic. de Fato: hæc galbanus. Ver. vero & Luc. peregrinaq; galbana. & Col. noxia galbana ſucco dixerūt non (Grāma. error.) ab hæc galbanus (vt aiunt) ſed ab hoc galbanum, hæc phaſelus. Mart. x. pictam phaſelon. & Ouidius, iacta phaſelus. At Catu. phaſelus ille retulit, hæc cryſtallus: ſed Mart. Cū tibi Niliacus portet cryſtalla caraſtus, ait, nō ab hæc cryſtallus (vt præcipiunt) ſed ab hoc cryſtal- (Grāma. error.) lū: deus promiſcuum legitur. Verg. de Venere in. ii. diſcedo ac ducente deo, & in. vii. de Alecto, nec dextræ errāti deus affuit. & Calkuus polētemq; deū Venerem. à portu cōpoſita tam maſculina, q̄ neutra ſunt, vt angiportus & angiportū. Græca Os in Vs vertentia, vt Delos Delus fœminina tyrānus vero pāpinus, paradiſus, philoſophus, philocolus cōmunia. in Vs longum monoſyllaba neutra, vt pus, thus: mus vero maſculinum. Augu. vult epicœnū: grus & ſus cōmunia, ſupra ſyllabam fœminina, ut virtus, ſic & in aus vt laus. In A x fœminina vt fax: & interdum interpoſita aliqua cōſonāte, vt falx, abax vero, thorax, nycticorax, limax, anthrax, (Grāma. error.) vlcus, arpax, vncus, & dropax maſculina: calx pro pede eſt maſculinum, & fœmininū, licet aliter, ſed nō recte, dicant. Ver. ferrata calce fatigat. Idem ferrato calce fatigat: ponitur & pro fine. Cice. in primo Tuſc. calcē ad quam cū ſit decurſum, pro materia eſt fœmininum, & potus per Cs calcs ſcribitur, adiectiua ſunt omnis generis vt audax. In Ex ni ſint adiectiua, ſunt maſculina vt codex, hic hæc, ſed hic potius cortex, hic ſenex. tamen amica ſenex dixit Var. & tibu. imbrex melius eſt fœmininum, hic, hæc: ſed hic melius obex licet legatur tantum in ablatiuo ſingulari, & pluralē habet: hic vel hæc

ſilex. Iuuena. ſilicem conterit atrum. Verg. ſtabat acuta ſilex. Idem ſilice in nuda: vibex, pellex, ramex, forfex, forpex, carex, ſupellex fœminina; ſic & monoſyllaba vt fex: rex autem, & grex maſculina, index, exlex, vindex communia applicantur neutro. Luca. in primo, indice bello: ſic opifex, artifex, & aurifex communia videntur. accidentia ſunt omnis generis, ut duplex, culex maſculinum. Plaut. verò in Caſi. ait, cana culex. In ix vt ceruix fœminina: ſic & verbalia, vt nutrix, quæ in obliquis caſibus tã in ſingulari, quàm in plurali ſunt quoq; neutra, vt victricia arma ſecutus. Vergil. Sil. iii. victricia bella futuris. Claud. victrici concepta ſolo: natrix cum anguis ſpeciem ſignificat: inuenitur etiam maſculinum. adiectiua ſunt omnis generis, vt felix: habentia genitiui penultimam breuem, ut calix ſunt maſculina: ſic & fornix licet penultima producat, ſic varix. Celſus ſecundo varis ortus. Gell. tertio auulſus ſpadix: oryx animal. Iuuena. xi. getulus oryx, filix, maſtix gummi: nam pro flagello eſt maſculinum, cicatrix fœminina, hic uel hæc onyx, hic bombix pro uerme, hæc pro uellere. In ox omnia ſunt adiectiua, & omnis generis vt velox, nox, & uox fœminina: pernox omnis generis: celox ſcapha eſt fœmininum apud Plau. In ux propria maſculina, ut pollux, dux, irredux cõia: duciſſa nõ eſt latinum, nux, lux, crux, faux fœminina, trux oĩs generis: Lynx incertũ, ſpinx fœmininũ, coniux ſine N ante X, ut in quinti fine patebit commune: quincunx, ſexcunx, ſeptunx, deunx maſculina. In S præcedente cõſonante, vt cohors ſunt fœminina, ſic & monoſyllaba ut ars: ſcrobs maſculinum, & fœmininum, hic ſtirps eſt arboris, legitur et fœminini generis. Hora. ſtirpeſq; raptas, hæc eſt generis: pons, mons, Arabs. Hieron. in prologo, Iob accepit vxorem Arabyſſam ait, & ab æthiops æthiopiſſa dixit. Idem Hieron. Mars, fons, ſeps, qui à Plin. ſæpa dicitur, dens, & eius cõpoſitum

vt tridens, quod adiectiuum eſſe poteſt, ſunt maſculina: ſic & triens, quadrans, dodrans, ſextans, dextans, torrens, concors vero, diſcors, tiburs, recens, elegans, petulans, ſons, inſons, & multa alia omnis generis. In ps polyſyllaba, vt adeps maſculina: ſed apud Celſium in. v. eſt fœmininum: forceps maſculinũ & fœmininũ. Ouid. in. xii. quẽ forcipe curua: & Perſ. inops, & triceps ſunt omnis generis. Participia omnis ſunt generis vt legens: quædam ſunt maſculina, vt oriens, occidẽs: quædam fœminina, vt conſonans. adiectiua ut prudens: omnis ſunt generis: bifrons, quadrifrons, cliẽs, rudens, infans, cœlebs, effrons, parens, ſerpens, princeps, municeps, anceps communia.

INCIPIT LIBER QVARTVS, de præteritis ſupinis & verbis defectiuis.

LV. IO. SCOPPA Iacobo Aelio valetudinẽ: Mortales, quo magis cæteris præſtarent animantibus, atq; diutius in hominũ memoria permanerent, diuinitus potius q̃ humanitus literas inuenere: quibus quidẽ inter cæteras, quas ſubinde comparamus cõmoditates, hanc maxime habemus. Quod his nõ ſolũ abſentes reddimus præſentes, quin etiã colloquimur, & admonemur. Quas ob res ne tam præclari immemor inuenti penitus diiudicarer, ſtatui has ad te exarare literulas: Vt quamuis corpore, atq; locis diſiuncti ſimus, his viſis & plectis ſemp adſimus: & hoc vnũ eo magis effeci. Quod licet in ſublimiorꝫ indagine verſeris: tamẽ hæc grammatices rudimenta nunq̃ aſpernaris, ſed iugiter diſquiris lectitas, & pro ingenii hubertate, atq; perſpicacitate aliquid inuenis, addis, ſubtrahis: dictitas etiam, quod citra hæc incunabula, & perfecta ad alicuius rei peruenire ſummam nequimus. Hæc igitur hilari fronte accipias, maiora in reliquis poſtea ha-

biturus:& Placiadem vt cõmodes oro,quem vt habuero,cõfeſtim remittã:vale noſtri memor, & Antonium Ciaramellum cõmunẽ amicũ meo noĩe cõmendatum habeas. Is nãq; eſt,qui ob morum ſuauitatem, & ingenii acumen eſt omnibus fouendus, & amplectendus.
Neapoli Nonis octobris. M. D. VIII.

¶Prima Coniugatio.

VErba primæ coniugationis à ſecunda indicatiui perſona S litera in Vi ſyllabam mutata præteritũ formãt,vt deſideras deſideraui. Dicimus autem fricui, ſecui,nexui,domui,tonui,vetui,& vetaui, ſonui, & ſonaui rarius. Apul in.v. claſſicum perſonauit. Manlius, reſonabit flebile ripas: laui, & lauaui, necui,& necaui, iuui,ipſe iuuauit,Manlius ait & Lactant.in.v. iuuaſſet: micui,ſed cum præpoſitione compoſitum in aui, vt dimicaui,dicitur & dimicui:emico tamen ſemper emicui, Plicui,& plicaui,quando uero cum nomine cõponitur ſemper in aui,vt duplicaui, cum præpoſitione in ui, vt implicui:ſed ſupplicaui ſemp:dicimus applicaui,& explicaui. Valer.Cice.& Var.dixere,& implicaui. Valer. vii.replicaſſet. Plin. Crepui ſic & cõpoſita. Plaut.tamen increpaui inquit,& Hiero.diſcrepo habet vtrunq;. Eſt ſciendũ,quòd verba primæ cõiugationis formãtia præteritum in ui diuiſa ſyllaba antiqui tertia coniugatione variabant:& ſi verba ipſa nũc de vſu primæ flectũtur. Sto ſteti, compoſita in titi, non in teti, vt reſtiti, inſtiti. Catul. Inſtitit iperio deterioris heri nõ inſtetit, vt aiũt. Prop. reſtauit licenter dixit, nec ſi poſt ſtygias aliqd reſtauerit vndas:præſto præſtitit. Pau. vero Iuriſcõſul. ff. de nego.geſt.l.atqui §. pen.quas præſtauimus ait: ſed ſiſto actiuum apud antiquos ſtiti. M.Cato,vadimoniũ capite obuoluto ſtitiſſet. Gel.in.ii.ſcribente: nũc ſtatui, Plaut.in Bacchi.nauem extemplo ſtatuimus: abſolutũ ſteti.Cubo cubui, ſed quando habet M ante B in indicatiuo eſt tertiæ coniugationis incumbo: quando non

Gráma. error.

habet M eſt primæ vt incubo: verum in præterito M amittunt,& ſemper in ui præteritũ faciunt: ſed Hiero. cubauit,& accubaui. Plaut. in Menæ. & ſupercubaſſe. Apule.in.vi.dixere,dicimus tamẽ ſecubo non ſecũbo, ſupercubo non ſupercumbo, ſuccumbo non ſuccubo. Apule.tamen primo ſuccubãs iacet: diſcumbo non diſcubo, excubo non excumbo. Do dedi. ſic & compoſita. ſed quando cum vna componitur ſyllaba eſt tertiæ coniugationis vt trado, cum duabus eſt primæ vt circundo. Maturo maturaui. Vale.in.viii morte non maturaſſet. Hier. quia maturauit meſſis. Apul. in.v. maturauerit, licet negent formare præteritum in aui. Maturo uero maturui. Soli. maturuerunt. Quint. ſatis maturuiſſe. Cœnaui & cœnatus ſum, iuraui & iuratus ſum, potaui & potatus ſum, titubaui & titubatus ſum.

Grãma. error.

¶Secunda coniugatio.

Verba in beo vt habeo, in ceo vt doceo, meo vt timeo, neo ut teneo, peo ut ſtupeo, reo vt pareo, ſeo ut cenſeo, teo ut pateo Eo in ui ſyllabas mutant, ut habeo habui, mereo merui: q̃do uero ſignificat triſtari mœſtus ſum: q̃uis ſit potiꝰ nomẽ, licet olim mœrui feciſſet. Plaut. in Epi. voltum tuum commeruiſſe. Placeo placui & placitus ſum: arceo arcui, licet negent. Cice. in.xi. Philip. à progreſſu arcuit. Sed notandum eſt uerba ſequentia primæ eſſe coniugationis, & formare præteritum in aui, ut meo, beo, laqueo, nauſeo, enucleo, creo, ſcreo, calceo. Eo uero, queo, & ab his cõpoſita, vt nequeãt eſſe quartæ cõiugationis, & formare præteritum in iui, & ii, ut nequiui, & nequi. Excipiuntur luceo luxi, maneo manſi, remaneo remanſi: ſic & reliqua compoſita: ſed ſi in compoſitione A in I uertunt, gignunt præteritum in ui ſyllabas, ut promineo prominui, emineo eminui. Neo neui, hæreo hæſi, iubeo iuſſi, mulceo mulſi, ſorbeo vel ſorbo ſorbui & ſorpſi. Luc. iiii. abſorpſit penitus rupes: licet Caper uetet. In deo

Grãma. error.

Capri error.

finita habentia conſonantem ante deo Eo in ui ſyllabas mutant, & præteritum formant, vt candeo candui: Prandeo vero prandi. Plau. in Menæ. & Cic. in. vi. epiſtolarum ad Curium, & pranſus ſum: ſi tamen vocalem natura longa, vel A r habent ante deo, Deo in ſi ſemp vertunt, vt rideo riſi, ſuadeo ſuaſi. Ardeo arſi: ſin E vel I breue habẽt ante Deo Eo in I mutant, vt ſedeo ſedi: ſic & compoſita: niſi quòd vertunt E in I i præſenti, ut inſideo poſſideo, ſtrideo vel ſtrido: quamuis I longam habe: ſtridi, & ſtridui, vt Priſcianus et alii: ſed non eſt in vſu. Si ante deo A u diphthongon habent à participio præteritum formant, vt gaudeo gauiſus ſum: audeo auſus ſum, olim gauiſi & auſi. Hæc geminant præteritũ, tondeo totondi, pendeo pependi, ſpondeo ſpopondi, mordeo momordi, et morſi: vt Gell. in. vii. & Plaut. in Trig. credo præmorſiſſet: ſed in compoſitione non geminant, vt reſpondeo reſpondi. Var. tamen detotonderat: et Enni. detotondit agros. Apule. in quinto prætotonderim. Deſinentia in ueo mutant Eo in I, vt moueo moui, conniueo, uel conniuo conniui et connixi: torqueo torſi, ſic & compoſita: cieo uel cio quartæ coniugationis cii uel ciui: ſed compoſita ſunt quartæ coniugationis ut concio conciui, accio acciui. In leo finita Eo in ui ſyllabas, ut doleo dolui. Oleo tamen olui oleui: ſic et ab eo compoſita, exoleo exoleui tantum: ſic et abſoleo, ſoleo ſolitus ſum, & ſolui apud Salluſt. ii. Hiſtoriarum: ſed ſi ante leo in eadem ſyllaba præcedat conſonans remota o, et accepta ui, ut fleo fleui. In Geo terminata in ui ſyllabas præteritum pariunt, ut vigeo vigui: verum ſi ante geo habent ſyllabam natura longam Geo in xi vertunt, ut augeo auxi, frigeo frixi, et nõ frigui, ut quidam aiunt: quando vero L uel R ante egeo habẽt, Geo in ſi mutatur, ut indulgeo indulſi, urgeo urſi, mulgeo mulſi, vel mulxi, potius ad differentiam mulceo fulgeo fulſi.

Priſciani & aliorum error.

Quorũdã error

¶ Tertia coniugatio.

VErba in dio,& gio O litera expuncta præteritum faciunt vt fodio fodi, fugio fugi, In pio habentia V ante Pio O in ui mutant, vt cupio cupii, & cupiui; quod apud antiquos erat quartæ cōiugationis. Lucret. clauſtra cupiret; ſi habent A, illud A vertunt in E longum remota litera O, vt capio cepi:ſic & cōpoſita, ſed rapio rapui,ſic & compoſita, ſic & deſipio, At reſipio reſipiui; quia eſt quartæ coniugationis. In Cio habentia I ante cio I in E & cio in xi mutant, vt cōſpicio conſpexi, pelliceo pellexi, q̄uis pellicui,& allicui apud antiquos legatur, eliceo elicui, icio vel ico ici, compoſita in eci, vt abiicio abieci ; ſi habent A ante cio A in E productum mutant,& expellunt O, vt facio feci;ſic & compoſita, pario peperi. In Tio, tio in S geminatum vertunt concutio concuſſi; cuius primitiuum quatio faceret quaſſi, ſed non legitur, licet præcipiant.

Grāma. error.

Meio minxi & accepit à mingo. In Bo O mutāt in I, vt lambo lambi; ſi habent vocalem longam ante Bo, Bo in pſi vertunt, vt ſcribo ſcripſi. In co habentia N ante co, O in I conuertunt,& in præterito omittunt N, vt vinco vici : ſed præcedente S ſco in ui, vt paſco paui, conſueſco conſueui, & conſuetus ſum, gliſco gliſci, licet Phocas vetet,

Phocæ error.

compeſco compeſcui, diſpeſco diſpeſcui, increbeſco increbui, conquiniſco conquexi. Pomponius nulla ad eum, vt cōquexi, diſco didici, ſic & cōpoſita: poſco popoſci, ſic & cōpoſita. Meditatiua præteritis carent; quia, quæ meditationem, ſiue exercitationem ſignificant adhuc perfecta non ſunt,& futura ſignificant, ſed à ſuo ſimplici accipiunt, vt caleſco calui, & in hoc differunt, quod quādo ſunt à primitiuo reſoluūtur p ſum, vt calui calidus ſum: quādo vero à meditatiuis p factus, vt calui calidus factus, parco parſi. Gel. vni parſiſſet, & peperci. Næuius ſuo parciuit labori dixit: qdā ſic hæc præterita differre putāt, quòd parſi, ſemel,

quod

quod factũ ſignificat: peperci vero & ſemel & ſæpius, & facit participium parſurus, ut Varro. ſi vocalem ante co longam habent in xi, ut duxi. In Do O in I, ut ſcan doſcandi: abſcondo abſcondidi & abſcondi: prendo facit prendi. Sta. primo ſyl. prendiſti portum. Luca. manus quæ prenderat, hæſit. Hier. vero quos prẽdidiſtis, ſi codex non eſt mẽdoſus: deſcendo deſcendi olim deſcendidi: ſi uero ante Do habuerint N, & ante N V, vel I amittunt N in præterito, vt fundo fudi, ſcindo ſcidi: ſed apud antiquos ſciſcidi. Cætera retinent N vt pandi: ſi habuerint penultimam longam Do mutant in ſi, vt claudo clauſi, lædo læſi: diuido licet penultimam corripiat diuiſi, vado non habet vaſi licet præcipiant Grammatici, ſed compoſita ut euado euaſi, cædo, & compoſita cæcidi penultima longa. Nam cado cecidi penultima breui facit: incido incidi, ſic & recido cedo. i. locum do ceſſi, pedo pepedi: ſido ſidi: fido fiſus ſum olim fidi; cudo cuſſi & cudi potius: edo: id eſt comedo edi, quando ſignificat publico edidi. Hæc geminãt præteritum tendo tetendi, pendo & pendeo pependi tundo tutudi, & tunſi, ut Diome compoſita non geminãt, vt perpendo perpendi: ſed a Do compoſita geminant trado tradidi. In Go mutant Go in xi, vt cingo cinxi, pango panxi & pegi: pepigi uero non eſt a pango, ut præcipiunt, ſed a pago, gis teſte Quintilia. quod uetuſtate, ut tradit, exoleuit. Cice. tamen ad Heren. ſecundo rem ait ubi pagunt, ratione pagũt: paciſcor pactus ſum & pepigi impingo impegi, tango tetigi, compoſita nõ geminant, ſed mutant A in I tam in præſenti, q̃ in præterito: at attingo attingi: pungo & compoſita pupugi & punxi, expungo expunxi tantum: frango & compoſita fregi, ago egi ſic & compoſita, ut adigo adegi, ambigo ambegi, cogo coegi lego, legi, ſic & compoſita, niſi hæc tria negligo neglexi, intelligo intellexi, diligo dilexi, clango clanxi & clangui. Hiero. ſi ſemel clangueris.

Grãma. error.

Grãma. error.

In guo, quia litera V uim ſuam perdit, in go tranſeunt, vt pinguo uel pingo pinxi: ſi ante Go habuerint R mutant Go in ſi, ut mergo merſi: pergo uero perrexi: ſurgo ſurrexi: qm̃ a rego componuntur: ideo primitiui regulam ſequũtur, ſic & porrigo, corrigo, & arrigo in exi faciunt ptm̃: ſed uergo caret. In Ho ho in xi, ut traho traxi. In lo O in ui colo colui, quæ in præſenti duplicem habent L & a mutis incipiunt prima ſyllaba geminatur, ut pello pepuli, fallo feſelli, tollo ſicut quodam, tulo tetuli, nũc ſubſtuli a uerbo antiquo ſubſtulo, cõpoſita non geminant, ut compello compuli, uello uulſi, licet Seruius neget. Luca. in. iiii. nec de ceſpite uulſerat herbas. Gell. in. v. reuulſi, & uelli melius: pſallo pſalli: percello perculi & percuſſi, excello uel excelleo exculi & excelli, quorum ſimplex non eſt in uſu. in Mo in ui diuiſas ſyllabas, ut fremo fremui: premo uero preſſi: ſic & cõpoſita, niſi quod mutãt E in I in p̃ſẽti: emo emi, ſic & cõpoſita, ſed demo dempſi, & non demi, uerum in cõpoſitione mutant E in I, ut perimo, ſed coemo retinet, ſi ante mo uocalis fuerit longa O in pſi mutatur, ut ſumo ſumpſi, ſic & compoſita, promo prompſi. In No no in ui, ut ſino ſiui, & ſii olim ſinii, deſino deſiui, & deſii, cerno creui, lino liui & leui, olim lini. Var. de re, ruſt. cum obliuerit uaſa. Quint. in decla. cæci parietẽ liniſti, ſterno ſtraui, ſperno ſpreui, cano cecini, cuius cõpoſita in ui, ut occino occinui, licet Diomedes & Probus occidi dicant. Salluſt. uero occanuere ab occano dixit, ſi ante No habent M, No in pſi uertunt, ut temno tempſi, ſic & compoſita, ſed ſi habẽt O uel C ante No in Vui diuiſas ſyllabas, ut pono poſui, ſic & compoſita olim poſiui, gigno genui, quia ueteres geno genis genui dicebant. Varro aliquid genunt. Luc. durare, geniq;. i. gigni. In Po R, uel L ante E productum habentia ante Po, O in ſi mutãt, ut repo repſi, ſcalpo ſcalpſi, ſi habuerint E breue ante Po O in Vi diuiſas ſyllabas,

Seruii error.

Diome. & Probi error

ut ſtrepo ſtrepui:rumpo rupi,ſic & compoſita.In Quo
in xi,ut coquo coxi , ſic & compoſita,linquo tamen li-
qui,ſic & cõpoſita.In R o in Vi.ut ſero ſeui,inſero pro
immitto inſerui,de arboribus inſeui, deſero deſerui,te-
ro triui,quæro quæſiui,curro cucurri,compoſitum non
gem.nat,niſi hæc tria decurro decucurri & decurri.Ver
gil.iiii.decurrere legis,excucurri,præcucurri, & præcur
ri.Liui.xx.ab urbe præcurriſſet. Apul.uero feſtinus ad-
cucurri dixit in primo,& Plin.ii.epiſtolarum,uerro uer
ri & uerſi,licet Diome.ueter;uro uſſi,gero geſſi.In So,
O in I,& ui uertitur,ut laceſſo laceſſi,& laceſſiui.Saluſt. Diome.
in.iiii.legiones laceſſiuit. Cice.remp.capeſſiuit. & pro error.
Roſcio Arceſſiuit. Licet Caper uetet. Faceſſo faceſſi, Capri
quæſo quæſiui,apud Sallu.primo hiſtoriarum,uiſo uiſi error.
pinſo pinſui,olim pinſi,hinc pinſendus pinſus,& pinſu
rus.In To in Vi ut peto petiui, & petii, ſterto, ſtertui.
Hermione tamẽ Ouidiana ſtertiſſet in aula ait,mitto mi
ſi,ſic & cõpoſita,uerto uerti,meto meſſui, pecto pecti-
ui,pexi & pexui.Columella facit ſupinum pectitum pe
nultima breui.Necto nexui & nexi,flecto flexi, plecto
plexi.In uo ſi penultima habet L,ultimum o in i muta-
tur,ut ſoluo ſolui,ſi uocalis natura longa præibit uo in
xi,ut uiuo uixi.In uo diuiſas ſyllabas ſi conſonans præ-
cedet O in I cõuertitur,ut imbuo imbui,ſed ſtruo ſtru-
xi.fluo fluxi.In xo O in ui,ut nexo nexui.

¶Quarta Coniugatio.

VErba quartæ coniugationis a ſecunda indicatiui
perſona remota litera S,& addita ui præteritũ for-
mant,ut neſcio neſciui,uel per ſyncopen,& tunc V lite
ra ab omnibus remouetur ut neſcii:haurio tamẽ hauſi,
olim hauriui & haurii. Venio ueni , ſic ab eo compoſi-
ta,ſepio ſepſi . Hieron.uero Eſa.cap.v.ſepiuit eam di-
xit,ſentio ſenſi,aperio tamen quãuis primitiuum pario
ſit tertiæ , compoſita uero ſunt quartæ coniugationis,
aperiui , & aperui potius reperio reperi per ſimplex p,

ſed metri cauſa additur aliquãdo alterum P. Auſon. At qui condiderat poſtq̃ non repperit aurum, Aptauit collo quem reperit laqueum. Verg. in Cyri: atq, vbi nulla mali reperit ſolatia tanti. comperio comperi: cooperio cooperui & cooperi: cambio campſi & cambiui: aio ait Aug. aiſti dixit ſæuio ſæui ſæuii & ſæuiui, amicio amicui. In cio ſimplicia terminata N ante cio habentia cio vertunt in xi, ut uincio uinxi, ſancio ſanxi, olim ſanciui & ſancii: ſed ſi ante cio non habent N mutant cio in ſi, ut raucio. fulcio uero fulſi & fulxi, farcio farſi, cuius compoſita mutant A in E, ut refercio.

¶ Quæ præteritis carent unde accipiunt.

MEditatiua præteritis carent vt albeſco, ſed a primitiuis accipiunt: labaſco labefactus habet a la-
Grãma. error. beſio: quibus uerbis non ſolum poetæ ſolent addere incipere, ſed etiam oratores licet negent. Colu. lib. vi. ſemen eius grandeſcere incipiet, & in. xii. cum incipit nigreſcere, & ibidem ubi conualeſcere cœperunt. Plin. in decimo cum mella cœperint matureſcere, & in ſexto cum flaueſcere incipit. Cæſar cum matureſcere frumenta inciperent. Cice. de Natura deorum cibus matrum lacteſcere incipit, & ſæpiſſime. Additur his uerbis incipio ad maiorem uerbi imperfectionis ſignificationem, expreſſionem, modum, uel ſignificantiam & magnificentiam. Deſideratiua præteritis carent, vt micturio, præter eſurio, & parturio: nupturuiſſe. Apule. a nupturio: ferio percuſſi a percutio accipit: tollo ſuffero ſubſtuli a ſubſtulo: fero tuli a tulo: affero & atollo attuli: cerno creui a creſco ſiſto ſtaui a ſtatuo uel ſteti a ſto: ſido ſedi a ſedeo: ſum fui a fuo: furio licet prima non legatur perſona inſaniui ab inſanio. Sedulius uero fuerunt iuſſa tyranni dixit: arguo (vt aiunt) conuictus ſum &
Grãma. error. non argutus. Nos tamen dici aſſerimus. Plautus in Pſeud. argutus malorum facinorum. Idem in Amph. a uiro argutam meo. Solin. peccato argutus: arguiturus

dixit Salluſt.licet negent: liquor liquefactus ſum a liquefio.reminiſcor recordatus ſum: medeor medicatus ſum a medicor, ueſcor paſtus ſum. Poſcor poſtulatus ſum:tollor ſublatus ſum a ſufferor,ſic & ſequentia a ſociis accipiunt:timeor metuor a formido, renuor & reſpuor refutatus:tremor concuſſus, urgeo preſſus, diſcor doctus, angor anxus, ut Diomed.ſed non eſt in uſu:anxius autem eſt nomen & ſignificat ſolicitum:fio factus ſum a facio: ſic & compoſita, vt calefio calefactus: ſuffio tamen ſuffiui & ſuffui. Quoniam mutat ſignificationem, mutat & uariationem. Vergil.Georgi. ſuffire thymo.

Grāma. error.

Diome. error.

¶ De præteritis confuſis.

LVceo,& lugeo luxi: frigeo & frigo frixi: fulgeo & fulcio fulſi:necto & nexo nexui:cerno & creſco creui. Plaut.in Ciſt.amicam eſſe creui.i.vidi,& quamuis creſco habeat cretus,nō tamen creturus:aceo & acuo acui: patet patior & pandor paſſus ſum: pandor tamen non habet paſſurus: vertor & verror verſus ſum: paueo & paſco paui:pendo & pendeo pependi:tollo & ſuffero ſubſtuli:affero & attollo attuli: ſto & ſiſto ſteti: conſto & conſiſto conſtiti:abſto & abſiſto abſtiti.

¶ Præterita imperſonalium.

MIſeret miſertum eſt vel fuit: pœnitet pœnituit: oportet oportuit:libet libuit & libitum eſt. Plin. Teren.in Adel.licet licuit & licitum eſt. Verg.deridendi ſunt liceo dicentes. Refelluntur enim ex Quint.in primo ſic dicente quædam tertiæ demum perſonæ figura dicuntur vt licet,& piget:pudet puduit olim puditum. Apul.non'ne vos puditum eſt? Plau tuis intus puditum eſt factis. piget piguit & pigitum eſt. Sil.nec pigitum.Gel. in xiii.ca.x.pigitum eſt. Tædet pertæſum eſt & tæduit,licet Diome.vetet. Hiero.tæduit me vitæ meæ:pertædet pertæſum eſt. Ver.pertæſum thalami. Gel.tamen ca.ii.primi pertæduiſſent ait.

Diome. error.

ſtius maiorum imagines intuerentur. tuor autem, id eſt uideo eſt tertiæ coniugationis, & habet tuitus ſum, cuius compoſita ſunt contuor, intuor, & obtuor: a quibus fiunt contutum, intutum, & obtutum, & infinito erat tui, ſic & in compoſitis. Plaut. in Aſi. hunc Scipionem contui, & in Mu. poſſis contui. Cicero ad quirites cuncta contui: nunc vero ab vtroque eſt tueri. Cicero in primo Tuſcu. terram contueri, & hoc ideo: quoniam vetuſtate illa penè exoleuerunt, & hæc ſucceſſerũt, obtueri, & intueri: potior potitus ſum penultima producta: obliuiſcor oblitus ſum, fateor faſſus ſum, non habet faſſurus, vt aiunt, ſed male. Ouidius. Et non faſſuræ niſi cogeret vltimus ardor: fatiſcor feſſus ſum, fe-ror latus ſum, ferior ictus ſum, gradior greſſus, metior menſus & metitus, labor lapſus, orior ortus non oritus, oriturus non orturus: defeciſcor defeſſus, nanciſcor nactus, paciſcor pactus & pepigi, queror queſtus, paſcor paſtus, naſcor natus non habet naturus: iraſcor iratus non tamen dicitur iraturus, complector complexus, ordior orſus, & ſignificat incipientem, morior mortuus, ſed vt Aug. ait & merito, eſt nomen non participium, habet tamen participium moriturus. Vergilius moriturus in armis: comminiſcor commentus, adipiſcor adeptus, reor ratus non habet raturus nec reus. Aduerte ut rectius horum verborum præterita formes, illorum actiua fingas, & ſicut actiua (vt patebit) formant: ita tu horum præteritis addito ſum vt auxilior finge auxilio auxiliaui auxiliatu addita s & ſum auxiliatus ſum. In quor deponentia in præterito Quor in cu mutant, & ſumunt tus, vt loquor locutus, mereor merui, diuertor diuerti, comperior comperi, operior opertus. Terentius in Phor. opertus fies: quæ paſſiua neutra vocantur.

Grāmat error.

De ſupinis.

Verborum ſupina ſunt duo in tum, & in tu, vt cœ-

Eccle.cap.iiii.denudabit abſconſa, & abſconditum melius: cædo, ideſt verbero cecidi cæſum, quando ſignificat locũ dare ceſſi ceſſum. cado cecidi caſum. Luci. Sole occaſo: hinc Sue. in Aug. in ipſos recaſura. Cic. ad Att. id ego puto ad nihil recaſurum. Notandum eſt: quòd verba ſecundæ coniugationis terminata in deo, & tertiæ in dio uel do mittunt ſupina deo, vel dio, uel do mutata in ſum, ut mordeo morſum, tondeo tonſum, ſcando ſcanſum, tundo tunſum & tuſum. Plin. xxi. hæc tuſa. Verg. Profuit & tunſum Galliæ admiſcere saporẽ: ſed in compoſitione ſemper amittit N ut contuſum: tendo tenſum & tentum: ſic & ab eo cõpoſita, ut oſtẽdo oſtenſum & oſtentum melius: pando, patet, & patior paſſum: fodio foſſum & S geminat: ſic & ſequentia cum compoſitis, vt confodio confoſſum, ſedeo ſeſſum, ſcidi ſciſſum, fidi fiſſum. Eſt ſciendum ſi ante Do præcedit N & amittit in præterito: amittit etiam in ſupino ut fundo fudi fuſum. In gi in tum: quia go præſentis in ctum uertunt, ut pungo pupugi uel punxi punctum. cõpoſita à frango q̃uis mutent A in I in præſenti: tamẽ in ſupino accipiunt A, ut infringo infractum, & euphoniæ cauſa in ſupino amittunt N ut frango fractũ, tingo tinctum, cingo cinctum: ſic et cõpoſita: plãgo planctũ, dego caret. In gio finita in itum faciunt, ut fugio fugitum. In li habentia etiã Vi, vel I, uel Vi mutant in tum. ut munii & muniui munitũ: ſed uænii & uæniui uænũ: ſepelii & ſepeliui ſepultũ, & rarius ſepelitum, ſingultiui ſingultũ, interii interitum: hinc Claudius multis interitis retulit: ſalio ſalui ſalitũ: licet Diome. vetet. Salu. cadauera ſalita. Corneliꝰ Seuerus, ſaliti pumiliones. hinc ſaliturus & ſaliendus. Liu. Andronicus ſaliturus iſtæc. Gellius piſces ſaliuntur. Hiero. quòd ſi ſal euanuerit, in quo ſalietur? Val. vii. reliquias ſaliunt: ſalo ſalii ſalſum: hinc ſalſus & ſalſurus. Sall. ii. Hiſt. reliqua cadauerũ ad diuturnitatẽ uſus ſalerẽt. Luci. ſalere murenas. Mumius

Diome. error.

ſum multo ſale ſalſurus: ſalio vero ſalii & ſalui ſaltum ſaliendus. Oui. i. Faſt. Per flámas ſaluiſſe pecus, ſaluiſſe colonos. Stat. viii. excuſſi ſaliere. & in primo. Sil. quãdo ſalierunt pectora noto. Ver. vnctos ſaliere p vires, liui litum. In Li habentia geminum L in præſenti mutant Lo in ſum, vt pello pepuli pulſum: ſed pcello perculſum, excello caret, tuli latum, pſallo, refello, & tollo carent: licet tollo ſublatum habere poſſit. Mi I in ptum, vt emi emptũ & euphoniæ. i. melioris ſoni cauſa addiderunt P. Turpe nanq; eſſet ſi M præcederet T. Ni in tum; vt veni ventũ. cecini cantũ non habet citurus, neq; cãtus & canitũ rariſſime. hinc Hier. in Apoca. tuba canituri dixit: in cõpoſitione vertit A in E, vt occentum. In Pi I in tum mutant, vt rupi ruptum, capio captũ, cœpi cœptum, hinc cœpturus. Quint. & Suet. Qui in ictum

Priſciani error

liqui lictum, vt Priſ. ſed non recte: quoniam lictum nõ legitur, niſi in compoſitione, vt relinquo, relictũ. Ouid. relicta dies. Ri habentia geminatum R ante O mutant Ro in ſum, ut cucurri curſum, verro verſum. Apul. vero à conuerro conuerritum fecit: pario tertiæ coniugationis peperi partum, habet parius. quãdo vero eſt quartæ ut Ennius, oua parire ſolet, facit paritum. Stat. in. x. paritura marito. Apul. in primo, elephantum parituta: compoſita cuius in ertum, vt repertum. In Pſi, I in tum, ut nupſi nuptum, ſorbui, & ſorpſi caret. Lact. tamen de reſurrect. euomit abſorptam ait: cambio camptum apud ſolum Apul. Legi. In ſi quartæ coniugationis, ſi in ſum, vt ſenſi ſenſum, auſi tamẽ hauſtum. Verg. quæ bella exhauſta canebat, & hauſum. Verg. ſupplicia hauſurum ſcopulis. Apul. autem lagena facilis hauritu dixit in. ii. &. iii. haurito; & alibi rorem rigentem hauritum: ſed hoc non eſt in vſu frequenti quartæ habentia L, vel R nte ſi, ſi in tum, vt fulſi fultum, farſi fartum: compoſita vertunt A in E, vt referſi refertum: ſecundæ & tertiæ, ſi in ſum, vt arſi arſum manſi man-

ſum,hinc manſurus,luſi luſum, cudi vel cuſi cuſum nõ cuſſum,mulceo mulſi mulſum. Cice. Var.& mulctum. Salluſt.in.iii. Hiſto.uerbis per mulcti ſunt. Gel.primo, permulcti ſonis mitioribus: mulgeo mulſum tantum vrgeo caret, licet urſus legatur apud Liu. torſi tortum & torſum. Cato detorſum nomen: indulſi indulſum & indultum. Marcel. licentia crudelitati indulta pinſi pinſtum. Colu finis pinſita dixit, & in ſecundo panicum pinſitum, geſſi geſtum, uſſi uſtum, capeſſi capeſſum.Cic.in Verrem, ſi negocium faceſſitum à faceſſiui retulit: miſi miſſum, ſic & compoſita, diſceſſi diſceſſum. Cecilius cuſtodibus diſceſſis ait. In Ti,ii in atum, ut ſteti ſtatum, ſed à ſto compoſita ueteres in atum & itum formabant,ut aſtatum & aſtitum:recentiores vero in atum,ſed præſto habet utrunq;, ſiſto & cõpoſita cãrent,verſi uerſum,ſic & compoſita.In Vi, ui in tum,ut deſideraui deſideratum,maturaui maturatum. Apul.ſecundo,maturata,ſed à iuuo iuui iutum,non habet iuturus, à iuuaui iuuatum, caui cautum, faui fautum, ſolui ſolutum,volui uolutum,paui paſtum,calui caret, quæſiui quæſitum,& quæſtum,plicaui plicatum, plicui plicitum,ſic & ab his cõpoſita implicitum,& implicatum. Cic.in Piſonem criminibus implicata, ſeui ſatum, hinc ſaturus quo Plin.utitur, licet Phocas prohibeat: ſerui ſertum, inſeui inſitum, inſerui inſertum, obſero obſeui obſitum.Cic.in Verrem, obſitum Leontinum agrum, noui notum,ignoui ignotum.hinc Cic. in Catone maiore ignoturus eſt alteri dicit. Piſo uero ignoſciturum protulit:legitur & cognitum & agnitum. Lucan.cognitus axis Iuuenal.agnitus accipies, inſaniui inſanitum, non habet inſaniturus: decreui decretum, non habet decreturus, laui latum, & lauatum. Apule. lautus ad hoſpitium,lautum in Ecyr. Terent. & in Eunuc. dixit, abeunt lauatum. Horat.ire lauatum. Oui. Sacra lauaturas.& apud Ter.& Hora.leges,amicui amictum, potũ

Phocæ error.

& potatū licet hoc rarius. Phili.xv. aqua potata:hinc potaturus in Nero.Suet. Plin.in.vi.aliud potatū. Sen. in Nat.potatus. Terēt.in Phor.potaturus hodie. Plin. xxii.vinum poturis.luo luitum. Clau.vi.conſulatu, Honorii vaſtato tandem pœnas initura profundo:olui & oleui oletum, abolui et aboleui abolitum & aboletum, adolui & adoleui adultum, delino delitum, deleo deletum:pluit caret. In Vi diuiſas ſyllabas in itum, ut cubui cubitum, poſui poſitum: ſed Ver.alta mente repoſtum per ſyncopē dixit: poſtum nemo dixit: tonuit tonitū. Horat.intonata fluctibus hyems retulit ſonui ſonitum. Horat. autem magna ſonaturum dixit: fricui frictus. Iuue.vi.ſi prurit frictus: nō tamen habet fricturus, nec fricaturus, ut aiunt, ſed male. Cice.ad Att.ſi refricatura

Grāma. error.

vulnus meum. Victru.quoq; ſemper perfricata, & fricatura, & fricatum dicit. Catul.defricatus urina. Plin.in viii.inquit, carnes fricatas. Celſus in.vi. oleo perfricatus. Macer vulua fricata:ſecui ſectum. Apul.tamen præſecata gula dixit: quæ omnia in atum ſunt à præterito in aui, non ab Vi. Actiua per Vi ſublata V ſumūt Tum ut monui monitum, alui alitum & altum. Cic.pro Planco ubi alitus eſt. Sal.in iur. Arpini altus, non habet alturus: elicui elicitum. Luca in.ix.uirus elicitum. Stat.in manes elicitos: docui doctum, tenui tentum, abſtinui

Grāma. error.

abſtentum ut aiunt, ſed non legi: rapui raptum, ſic & cōpoſita, colui cultum, ſic et compoſita: conſului conſultum, exerui exertum, cenſui cenſitum, quod à cenſio quartæ coniugationis uenit. Claudi. Priſca recenſitis euoluite ſecula factis. Cice.pro Archia populi partem eſſe cenſitam: excellui excelſum, meſſui meſſum, torrui toſtum, ſtatui ſtatutum, continui contentum. Cōpoſita à cano in entum, ut ſuccinui ſuccentum, miſcui miſtum, nexui nexum, textui textum: necui uero nectum facit: non tamen habet necturus. Liu.in.xx. ſquallore enecti. Habentia R ante Vi, mutant Vi in tum ut aper-

rui apertum,carui caritum,hinc cariturus. Ouid.in epiſtolis, caitura eſt ipſa ſalute. Iuue.cariturus turture magno : craſſus uero eſt nomen non participium,uide ſpicilegium. Hæc I præteriti in tum mutant, ut imbui imbutum non habet imbuturus,acui, indui, annui, innui, metui,tremui,tinnui,uolui,malui,ſtertui,carent: rui uero ſemper ruitum compoſita in utum,ut obrutum:licet aliter dicat. Priſ. Neutra in Vi diuiſas ſyllabas ut madui carent. Ouid.tamen à caleo calituras ignibus aras dixit. & Sallu.quibus ſenecto corpore : iacui iaciturus habet. Sta.vii.aut nemo nudus iaciture ſepulcro. Excipiuntur placui placitum , tacui tacitum , nocui nocitum , patui paſſum , latui latitum, dolui dolitum , hinc doliturus. Oui.in.ix. doliturus erit,& dolitura in epiſtolis : ſoleo ſolitus non habet ſolens, nec ſoliturus : ualeo ualiturus habet,quo ſæpe Cic.utitur. Si habent co i præſenti Vi in tum,ut ſecui ſectum,mico caret,dimicui caret:dimicaui habet. Liu.xxiii.collatis ſignis dimicatū. Se.emicaturus ait In xi, & xui In Vm, ut flexi flexum, fluxi fluxum,hinc fluxurus . Verum antiqui dicebāt fluctus & flucturus pro fluxus fluxurus,pexui uel pexi pexū,pectum & pectitum. Colu.in.xiii.pectitæ lanæ. Idem pectita tellus, dicitur & pectinatus à pectino as, licet negent eſſe latinum. Plin.pectinare ſegetem,pectinatam. Apul.in.vi.ſed texui textum. In xi cuiuslibet coniugationis xi in ctum, vt frixi frictum,anxi anctum. Diome. anxus dixit,ſed non legitur,nec anxurus,nec anctum: ſanxi ſanctum,ſanciui ſancitum. Lucr. Quod porrò nequeas,ſancitū quādoq̄dē extat. A b his remouetur N i ſupinis meio minxi mictū,ringo rinxi rictū,pinxi pictū ſtrinxi ſtrictum,finxi finctum, luxi à luceo & pelluxi carent. Hæc carent cerno,ſiſto,ſcalpo,renuo,abnuo,cōpeſco,diſpeſco, arceo : ſed ab hoc compoſita habent, vt coerceo coercitum:nec dicitur arcitus nec arciturus, licet Priſc.poſuerit; ſed compoſita habent ut coercitu-

Priſcia. error.

Grāma. error.

Diom. error.

Priſcia. error.

rus, linguo uel lingo, ſed linctus legitur apud Celſum, viſo ſugo. Augu. ſugiturum dixit, & compoſita, & præteritis carentia, deſideratiua vt cacaturio, eſurio uero habet eſuritum, & parturio parturitum. Meditatiua ut feruesco, ambigo, horreo, & compoſita, ſcando ſed compoſita habent, ut deſcendo deſcenſum, luo, paueo, conquiniſco, obedio, ſequaci atque obedituro in xvii. inquit Plin. ac ſi haberet obeditum, malo ſatagir, nolo, ſum, vergo, mando. Quint. autem cibos manſos dixit. Cic. de Orat. ii omnia tenuiſſima manſa. Serenus manſa radice. Idem & maſum quod traxerit, creſco, gliſco, ſpuo, reſpuo. Plaut. uero ab omnibus deriſus, atq; conſputus dixit, timeo, ferio. Ambro. uero gladium ferituri parentis expauit retulit, æſtuo, ſed Hier. æſtuatus poſuit in fine Eccleſiaſtici: conniueo, fulgeo, lugeo, frigeo, turgeo, algeo.

¶ De uerbis Defectiuis.

DEfectiuum verbum eſt illud, cui aliquid deficit à deficiendo dictum, & eſt inuetum aut naturæ neceſſitate vt pluit niſi ſit proſopopeia. i. perſonæ fictio: aut fortuna, & caſu, & tunc ob inuſitata, ut daris, et faris. aut ob turpitudinem, vt metutus, & metuturus, aut differentiæ cauſa, vt dic, duc, fac. Verba exceptæ actionis tertiam tantum perſonam habét, vt pluit, quia deus intelligitur. Plin. tamen in Prologo, ore patris tonas. Sene. in Hippo. tonas, & in Her. tona, et in Herc. Oet. tonandum. Idem tibi fulminandum ibidem tonantem diem. Stat. in ſyluis iuuenis foro tonabas. Cic. pluendo & ningendo in Topi. Cypria pluam, pluero. Ennius toto ſimul tonimus theatro dixere, carent prima perſona, & ſecunda: quia in noſtra non ſunt poteſtate: imperſonalia ſunt in figura tertiæ perſonæ, vt decet, ſtudetur, verba carentia ſupinis carent participiis in rus, & futuro infiniti, ſoleo non habet ſolebo, quoniã hoc uerbum eſt tantũ de præterito, & præſenti, nec di-

titur ſolendi ſolendo ſolendum:uolo,& malo in imperatiuis,& ſupinis deficiunt: quia imperatiuus neceſſitatem ſignificat, voluntas tamen eſt libera, malo etiam in futuro indicatiui, nolo in imperatiuo tantum habet noli,nolito,& nolitote,ambeſt,ideſt circũ eſt, infit pro inqt,& incipit præſentis,& præteriti, infio Var.vtitur, confit.i.fit. Macro.in primo, qui ex dotrantibus cõfit. Colu.vt panis diligenter confiat,& cõfieret.Liu.v.defit.i.deficit,in tertia ſolum dicũtur perſona: ſodes prò ſi audes, ſi pro vis,capſis pro cape ſi vis, optatiuo modo tempore præſenti,& præterito imperfecto, & ſubiunctiuo modo tempore præſenti, & præterito imperfecto vtinam vel cum forem, fores, foret, forent: fore ſic & afforem,conforem, & deforem. Hæc prima carent perſona inchoaris, inciperis,dubitaris,ambigeris, daris, ſciris, roras, faris in compoſitione effor legitur apud Caium, ſatagit ſine aliis temporibus & perſonis per eſſere curioſo,diligente,ſtare attento cum genitiuo ut ſatagit rerum. diſcitur & diſcuntur in tertiis tantum perſonis, ouas,ouant,ouauit. Vale.in.ii.ouarent.Gel. in.v.ouans, ouãtes. Liu.primo. Verg. primo Georg. equum ouaturus inſiluit. Sol. explicit, quidam expliciunt dixere:magis latine dicitur liber explicitus eſt,aue auete,aueto,auetote,auere. Mar.ſic ſalue ſalueto. Pla. in Aſina.& ſalueto in Tru & ſaluebis. Cic.ad Atti.imperatiuo modo tẽpore præſenti cedò.i.dic & da. Ter. in Ecy.cedò,ego alã. Apul. Apoli.ii. cedò tu epiſtolã, & cedite,ideſt dicite,vel date,faxo pro faciam vox futuri indicatiui faxim,faxis,faxit,faxitis: faxint futurũ optatiui,quæſo quæſimus p I nõ per V vtitur. Cic.i. de legibus,& ſic dicere debemus, quoniam eſt tertiæ coniugationis vt viſo: quæ ſit.Lucre.in primo quiſiuit. Sal. Ennius quæſcere,auſim,auſis,auſit,auſint.Sta.℘ ſubiunctiuo audeam,audeas, vel audeo. Verg.primo Geor. Auſim vel tenui vitam committere ſulco, aio, ais, ait.

aiunt imperfectum totum habet, præteritum ait, aiſtis apud Aug.futurum aiet,quo vtitur Cic. pro Cecinna, imperatiuum ai. Plau.Subiunctiuum aias in Rud. Plau, aiat. Cic.de finibus aiamus,aiatis,aiant: aiens in ſexto. Apul.poſuit,& aientibus. Cice.in Topi inquio. Cic.in ſecundo de Orat.ſeu inquã. Cic. in.v.de finibus,inqs, inquit,inquiunt. Cice.in Verrẽ,inquiſti. Cic.ii.de Ora. inquit,futuro inquies,inquiet,imperatiuo inque,apud Ter.in Phor.inquiat. Cice.ad Herẽ.inquiens,inquito. Plaut.in Aulu. Odi:cœpi,memini tria tempora ſignificant,& ea tantũ tempora habent,quæ ex præterito formantur. Cice.vero de Orato. odiant dixit, & Aſinius Pollio oderet hoĩes,odiui,odiens,odibunt,& odiendi. Hier. Tertul.oditur,& odimus. Liu.etiã in voce paſſiua vtitur:oſurus. Gel.ca.iii.primi.& Cic.in Lælio eſſet oſurus:memini memento habet,& mementote,meminens Sidon. Liu.& Pla.ſunt quædam actiua paſſiuis carentia abortare,parere,mandere,æquipero,applico. ſuccollo.manet.i.futurum eſt. lacto.i.decipio,ſepelio, licet tranſitũ faciant in animal rationale. Verba ad vocem animaliũ irrationabilium,vt hinnit,latrat prima,& ſecunda perſona carent, ſic & alluit,tinnit,reboat gemmet arbor,putet,imputet,decoquat, ideſt rẽ deperdit: niſi poetice animal fingatur loqui & dicat,ego canis latro,quod eſt abſurdum.

INCIPIT LIBER QVINTVS
De Verborum conſtructione.

LV. IO. SCOPPA Ioanni Antonio Cæſario bene agere. Annibal Dathus iuuenis ꝓbus, & literaꝝ admodum curioſus tuas, quas ab Ioãne Antonio Panzullo bibliopola ſolertiſſimo,morum vitæq́; integerrimo literas acceperat, mihi tuo nomine reddidit,quas illico reſignaui,accurateq́; lectitare cœpi:quibus

pi:quibus

pi;quibus perpenſis ipſe in primis,mox compluſculi literati (venerant nanq; me tunc temporis febricitantem viſum) terſam, limitamq́; epiſtolam, compta & numeroſa carmina commendauimus,& admirati fuimus. Videbantur enim cum priſcis illis in omni dicendi genere perfectis certare. Nihil nanque, quod numeroſæ orationi, atque carminibus omni ſeruato decoro competeret, deficiebat. Proinde mi Cæſar ſolertiſſime ab incepto ne deſiſtas, nec tuum perſpicax rubigine, atq; erugine corrodi ingenium, ſed ſemper in dies magis ſplendeſcere ſinas. Hoc tamen vere præſtare poſſum: quod plus tuis in ſcriptis inueni, q̃ prius nomine acceperam. Idcirco vt neceſſitudinem, quam nuperrime ob collectanea tibi tantopere celebrata contraximus, arctiorem facerem, hunc de verborum conſtructione libellum tibi in lucem prodire cōſtitui, & porrò mutuæ inter nos charitatis, & perpetuæ memoriæ teſtis eſſet. Te igitur oratum velim, vt me in omnibus tuo vtaris arbitratu: quo mihi gratius nihil facere poteris. Vale, & me, vt cœpiſti, ama. Neapoli Idibus Octo. M D VIII.

¶De Verbis Actiuis.

ACtiuum verbum eſt, quod in O finitum ex ſe paſſiuum gignit in or, vt amo amor: & in hoc differt a neutris: quòd hæc ex ſe paſſiuum non formant nec tranſitum faciunt in animal rationale: id eſt hominem, niſi per poeticam licentiam dixeris, ego terra aror, vt eſt apud Ouidium in ſecundo totoq́; exerceor anno. Quoniam homo non eſt aptus, vt patiatur aratrum & ſimilia: licet Cice. de Diuinat. in ſecundo dicat qui credat exaratum eſſe deum dicam, an hominem, & inferius exaratum puerum. Quamuis actiua quoque non ſemper faciant tranſitum in animal rationale. Dicimus enim amo caſtaneas, vti amo puellas. Quare facio, & compoſita actiua ſunt ſignificatione. Nanq; tranſitum faciunt, vt Deus fecit hominem. Omne præte-

Grāma. error.

rea actiuũ ante ſe rei agentis nominatiuũ,& poſt ſe rei patientis accuſatiuum poſtulat , vt præceptor prælegit lectionẽ. Caue tamẽ dicas a parte ante,& a parte poſt. Eſt enim oratio non latina:ſed dicendum a parte anteriori,& poſteriori,vel potius a fronte,& a tergo vel ante ſe & poſt ſe,ita quoque rei agentis , & non perſonæ agentis : quoniam nominatiuus non ſemper ſignificat perſonã.i.animatũ:res vero animata,& inanimata complectitur. Priſciani vero in octauo,& nonnullorum ſententia eſt penitus negligenda tradẽtium metuo,timeo, formido,& quæ ad ſenſus exteriores interioresq́; pertinent,vt video,audio,tango, & ſimilia conſtrui nominatiuo patienti,& accuſatiuo agenti , vt ſi dixeris tango Iacobum:oſtendo aliquid pati me in ipſo actu:& ſic in voce actiua ſignificationem haberet paſſiuam . Cæterũ ſi hoc eſſet pauca,quin nulla eſſent actiua,quæ ſignificatum non haberent paſſiuũ. Nam ſi dixero amo doctrinam,amor mihi a doctrina perueniret.& ſic ego eſſem patiens:quod eſt abſurdum in grammatico , qui accipit agentem tantum demonſtrare actum enunciatiue,& nõ intellectiue , vt Phyſici aſſerentes omne agens agendo repatitur. Non eſt prætereundum omnia actiua poſſe poni abſolute.i.ſine caſu poſteriori , vt amo , id eſt captus ſum amore . Hæc verba dicuntur ſimplicia , quia ſimplicem,id eſt nominatiuo , & accuſatiuo tantum faciunt orationem , & ſunt actiuorum uerborum ſpecies octo:dicimus ſpecies:quoniã ſub aſſignato genere verbo actiuo ponuntur . Generis enim notio ſine ſpeciei notatione conſiſtere nequit:quoniam ſunt relatiua.

Priſci.& nõnullorũ error

Diligo is lexi ectum p volere bene portare affettione ſiue amare,eſt proprie parentum,& honeſte atque inhoneſte.

Amo as aui atum p amare fortemẽte, & eſſere innamorato honeſte,inhoneſteq́; , & maxime abſolute,vt filius amat:amamus vehementer,diligimus

leuiter:dicimus:amamus inter nos.

Laurēt. error.

Adamo as aui atum per eſſere innamorato,amare:& eſt non tantum inhoneſte, vt Laurent. ait,ſed honeſte quoq;,per amare ſummamente.Cicero Tuſc.ii adamaui hanc ſenilem declamationem . Ouid. de Ponto Achilleos ſi non adamaſſet equos, & ſæpe apud idoneos leges.Deamo per amare cordialmente. Peramo eſt perfecte amo,perfettamente, ſeu vſque ad finem,amo per fin alla morte.Redamo eſt in amore reſpondere,per amare chi ama te.

Colo is lui ltum per amare con veneratione & reuerētia,vt colo patrem:per adorare, vt colo deum:exercitare,vt colo rem militarem:ſuſtinere ſiue fare,vt colo vitam inopem: per ornare : vt colo veſtes,colo faciem me concio la faccia.i.fuco : & colo regem purpura,& tunc eſt quintæ ſpeciei:cultiuare:vt colo agros & tunc eſt neutrū.Quoniam verbum,cū mutat ſignificationem mutat quandoq; genus & conſtructionem:habitare,vt colo vrbem a la citta, vel in vrbe in la citta.Gel. in.v.locis,in quibus colebant.Macrob.in Italia coluiſſe.Recolo tamen per repenſare, voluere in la mēte.Cice.in Phil quæ ſi tecū ipſe recolis.i.meditaris, & in mente tractas,non ſignificat recordari,vt aiunt.

Grāmat error.

Faſtidio is iui itum per diſprezzare con fauſto, ſuperbia, ſchifare, vt diues faſtidit pauperes. Mart.in tertio Faſtidire tamen noli Ruffine minores, & per hauere in faſtidio.Sene.epiſtola ſecunda ſtomachi faſtidientis.Cato de re ruſtica faſtidient cibum.Cæterum illud vulgare faſtidire, ſi refertur ad guſtum cōponerem potius per ſatio,inde ſatietas, vt la carne me faſtidia, caro me ſatiat,vel tenet me ſatietas carnis, vel caro eſt mihi faſtidio, vel venit mihi in faſtidium : ſi ad animi moleſtiam per moleſtus moleſta moleſtum, & ſunt & ſimilia, vt tuus ſermo eſt mihi moleſtus : dicitur quoque ſermo me faſtidit,ſed non ita frequēter, vt

ſequentia,afficit me faſtidio, eſt mihi faſtidio, venit mihi in faſtidium:cuius paſſiuum licet negent. Liui.poſuit, dum nullum faſtiditur genus,quod alii dicunt perſona, quæ videtur agens accipit locum patientis, vt la carne me faſtidia,faſtidio carnem non probo.

Grãma. error.

Terreo es rrui tum per atterrire, ſpauentare:hinc exterreo,& deterreo:id eſt valde terreo: deterrere quoque eſt terrendo dehortari,vel potius dimouere, vt pater deterret filios a vitiis, lo patre con ſpauento,terrore remoue li figli da li vitii.

Lædo is ſi ſum
Offendo is ſi ſum p offendere, dare in (creſcimẽto,affanno, nocere,ſed lædimus corpus,offendimus mentẽ & animũ,cõfunduntur quãdoq;:p mettere ſcãdalo, vt tu hai poſto ſcãdalo in ꝗſta citta,hãc offendiſti ciuitatẽ inuenire præter opinionẽ,& cũ offenſione animi,&corporis. Cic.iparatũ te offendã,te trouaro, cogliero alla ſprouiſta:& cũ moleſtia obuium eſſe,vt ſi te offendam,non euades,ſe io te trouaro,ſcontraro non ſcapparai.

Fero fers tuli latũ p portare cum honore,reuerentia, vt cõ honore portamo li ſacrificii per la citta,ferimus ſacra per vrbem:per dire ſed in tertiis fi equentius perſonis:per patere,vt io non pato la iniuria, ego non fero iniuriam:deſiderare con lo animo, ſed in tertiis tantum perſonis numeri ſingularis & iungitur infinito,vt lo animo deſidera dirlo, animus fert dicere: per producere,fare vt hæc tempora tulerunt te, & arbores ferunt fructus,per dare,vt hoſtibus malum ferã: per ſuſtinere,ſiue regere. Sen.in thye.trabes variis colũnæ nobiles maculis ferunt per rencreſcere,& tũc iungitur cum grauiter,vel grauate,vel ægre,vel moleſte, vel iniquo aio:& agens locum accipit patientis,vt le paro le me rencreſceno,grauiter verba fero. Defero per portare ad baſcio,vt defero librum,per accuſare occultamẽte,vt quis detulit patrẽ,hinc delator:dicitur nauis dela

ta eſt in portũ,la naue è intrata a lo porto, p dare in po teſta,venire in dominio,vt oĩa ad vnũ delata ſunt.

Porto as aui atum p portare iumentis, curribus,noſtro corpore,& aĩo.Teren.qd boni porto, & hoc eſt maxime de negociis & interdũ in mari.Ver. Ilium in Italiam portans:portamus ad ignotos:apportamus ad notos & eſt de rebus bonis & malis.

Baiulo as aui atum per portare in collo.

Ago is egi actũ per portare, menare auante,cum anima eſt mori morire, vt hoſtis egit animam:id eſt mortuus eſt,cum vita eſt viuere, hinc dego quod cum vita,& ſine vita eſt viuere,vt dego, vel dego vitam:agere cauſas.eſt defendere: agere nudus eſt ire.Pompo.Mela nudi agunt. ago prætorem, conſulem,publicanum,& ſimilia, eſt fungi officio prætoris, & ſimiliũ, vt io ſon pretore,vel faccio officio de pretore,ago prætorem,dicitur quoque,ſed non ita frequenter ago conſul, prætor. Vale.Caius tamen iuris conſultus ait ferri proprie quæ quis corpore ſuo baiulat: portari quæ quis iumento ſecum ducit: agi quæ animalia ſunt.

Veho is xi ectum per portare de ſopra,& eſt de equis,cæteriſq; quadrupedibus,plauſtris, nauibus,humeris,& capite.

Duco is xi ctum per portare, menare di retro:per exiſtimare.Cice.ad Lent.timenda duxiſti: dilongare ſperlongare,portare,tirare,vt litẽ.Cice.controuerſia vſq; ad noctem ducta. Ducimus, qui ſponte ſequitur:trahimus nolentem. Diduco eſt diuidere per diſpartire: deduco eſt deorſum duco per portare ad baſſo,vt io te porto ad baſſo lo libro, deduco librum: per accompagnare, vt nui accompagnamo Petro alla piazza,nos deducimus Petrum ad forum:& nui accompagnamo ad retro lo maſtro in caſa, præceptorem domum reducimus.

Gero is ſſi ſtum per portare per ho-
Geſto as aui atum (nore, & eſt maxime imperatorum:tamen apud autores de omnibus his verbis per portare ſæpe alterum ponitur pro altero: gero per comportare ſe in gouerno, & proprie eſt in adminiſtratione magni ponderis,vt in bello, & magiſtratibus,reipubli.& ideo ſignificat etiam adminiſtrare. Cicero in Cat.magiſtratum gerunt: dicitur gero conſulem,prætorem, magiſtrum, & ſimilia,io ſon conſulo maſtro.

Fallo is fefelli falſum per ingãnare,gabbare:io ho errato, falluto la via, via fefellit me:ſic ho falluto doe coſe in queſto, duo fefellerunt me in hoc.

Laſſo as aui atum per affaticare, affannare. Laxo per x per aperire,allentare:ſed laſſo ad animata refertur,vt equum.Sene. vero in Hiero.rebusq́; laſſis ait:laxo ad inanimata vt habenas. Cice.tamen in Cat. ſe libidinum vinculis laxatos ait, & inferius corporis vinculis relaxauerint.i.ſoluerint,liberauerint, hauendo noſe liberati,& in prima Tuſc.laxati curis.

Horreo es ui ſine ſupino per timere. ſic & exhorreo,ſed plus ſignificat. Abhorreo vero ſignificat alienum eſſe, & iungitur ablatiuo cum præpoſitione frequentius,q̃ ſine,vt abhorreo a virtute, & virtute. Taci.ciuitas talibus inceptis abhorrebat, & apud Florum,& nonnullos leges:dicitur & abhorreo in hac re. Gel.in nono abhorret in his vocibus: nec colore quidem abhorret a cæteris dixit Curtius: iungitur accuſatiuo & ſignificat expaueſcere,& timere, timere, & abhorrire.Sue.pupillos abhorrebat.Gel.in.vii.pueri non abhorrentis conſuetudines:quod alii ſentiunt dicentes abhorrere cum accuſatiuo pro alienum eſſe non probo. Quando vero dicimus io te faccio alieno da lo ſtudio,potius dicitur facio te alienum a ſtudio, q̃ facio te abhorrere a ſtudio.

Grãma. error.

Supplico as aui atum per pregare,ſuppli-
care, & eſt proprie in rebus aduerſis cum datiuo, &
non cum accuſatiuo. Cicero in tertio de Natura deo-
rum illis ſupplicarem.

Inuenio is ni entum per trouare de in-
Reperio is ri ertum (duſtria eſt cõſilii.
per trouare caſualmente:& eſt fortunæ. Ouidius in Me
ta tu non inuenta reperta es:quod carmen ſic expone-
rem tu non inuenta caſu,& fortuna,ſed reperta ſtudio,
labore,& opera:quòd reperire eſt conſilio, & labore.
Idem Ouid.indicat mox oſſa requirens repperit oſſa
tamen. Curti.miſit qui conquirerent,nec repertis.Idem
operi firmo reperiunt.Sue.in Cæſ.eo ſtudioſius face-
rent:quòd aliquantum vaſculorum operis antiqui ſcru
tantes reperiebant.

Perpendo is di ſum p examinare,cõſiderare
Expendo is di ſum (vedere diligẽtemente.
Vſurpo as aui atum per vſare ſpeſſo vna co
ſa,& adducerla in vſu commune.

Deſpicio is xi ctum per diſprezzare:ſper-
Contemno is pſi ctum (no ſignificat plus q̃
Sperno is ui tum (contemno, quod eſt
verbis mordacibus.

Pulſo as aui atum per ſonare, battere,to-
zolare:caue dicas cãpana pulſat,ſed pulſatur. Eſt enim
actiuum non neutrum: dicitur quota hora pulſata eſt,
& ad quotã horã pulſatũ eſt p rmpſonale: & ego pul-
ſaui decimam horam diei, & decima hora diei pulſata
eſt:io ſono con la cithara,pulſo cithara. Apu.in.v.

Quæro is ſiui ſitum per cercare:quærimus
Inueſtigo as aui atum (quouis modo:inue-
ſtigamus per ſigna,dicimus quæro te hanc rem de hac
re,& hanc rem abs te.

Occido is di ſum penultima longa eſt ex
ob, & cædo per occidere penultima vero breui ex

ob,& cado per morire, & eſt neutium abſolutum, vt occidit inimicus,lo inimico more.

Video es di ſum per videre; uidemus Cerno is creui (animo,& oculis:cernimus tantũ oculis; confunditur; video quoque accipitur pro cauere,& conſiderare, & in his maxime vocibus vide & videndum, vt vide quo me inducas. Terentius. Euideo clare video,io lo vedo apertamente, chiaramente.

Voco as aui atum per chiamare: Deuoco deorſum voco, te chiamo abaſſo, deuoco te. Euoco extrauoco io te chiamo fora: auoco remoueo: io remouo lo animo da le litere, auoco animum a literis.

Exigo is egi actum per finire,vt exigo opus,exigere reſcotere,vt exigo numos, per adomandare, requirere. Quintil.præſtandi quod exigebatur: per cacciare,vt exigo comœdias,hinc reges exacti.exigere ætatem æuum vel annos eſt agere. Vergil.annos exigat,faccia la ſua vita,anni.campa.

Cupio is pii & iui itum per deſiderare con parole & præſentia: datiuo & bene iunctum per amare,deſiare che habbia bene. Terentius in Andria ipſi bene cupio Glycerio.Plãcus Ciceroni, cui maxime cupio.

Deſidero as aui atum per deſiderare quello che allhora non ſi puo hauere,& abſentia, hinc deſiderium mors, & dolor ex morte, vel amiſſione alicuius,& milites deſiderati per participium tãtum:id eſt mortui:dicitur quoque deſidero a te hoc. Cicero Appio,quid a me deſideras?

Opto as aui atum per deſiderare con lo animo: per ſcegliere, pigliare, et tunc de duobus, vel de pluribus. Terentius quoduis pretium a me optato. Cicero ex omnibus exoptandis: quando

iungitur ſolum datiuo eſt per volere, vt io lo voglio per te, opto tibi. Pla. in Aſi. tibi equidem, & non mihi opto. Ter. in Ecyra, illiq; exopto.

Occipio is epi eptum per comenzare da principio & eſt de narratione, & de turpi quæſtu.

Timeo es ui ſine ſupino p timere, ti-
Metuo is tui (memus præſentia, metuimus futura. Timeo cum datiuo p ſtare tenero, hauere pagura che non uenga alcuno male, vel aduerſita. Ter. huius vitæ timeo: dicitur & timeo mihi mortem, ſeu periculum. Sene. vero, & nonnulli alii ſolent iungere ablatiuo cum pro, vt in Thebaide quando pro te deſinam dixit, timere timer per cauſa per amore tuo: dicimus etiam timeo patriæ, & de patria. Cice. ad Trebatium de te timueram. Metuo p ſtare ſuſpecto, o hauere pagura che per cauſa de altro venga alcuno male, vel aduerſita, ut metuo ab inimico. Apul. autem de me inquit, metuentes ſibi. Sene. in I hye. pro me iam nihil metuo: dicitur quoque metuo mihi periculum ab inimico, metuere eſt ſeruorum: vereri liberorum.

Laudo as aui atum per laudare: lauda-
Probo as aui atũ (m⁹: verbis, ꝓbam⁹ aĩo, & re. Io me laudo de lo re, habeo laudẽ de rege. Helena Ouidiana, laudẽ de me nullus adulter habet, & nõ laudo me de rege: Io me laudo, glorio, auanto, iacto de la mia ſcientia: vt iacto me de mea ſcientia.

Torqueo es rſi tortum per torcere, ut pannos, dare la tortura, la corda, tormentare, vt homines, per lanzare, tirare, vt telum.

Cano is cecini ntum per cantare, occino ideſt cõtra cano io faccio, ſiue porto il contra. Succino ſummiſſa uoce cano, io canto ſotta voce, canere receptui, ſonare ad recolta. Vegetius receptui canentes: canere bellicum, ſonare ad battaglia.

Facio is eci actum per fare: facimus

Ago 'is egi actum (te & manibus vt opus: agimus mente & cōſilio vt rem audacter egit: agere figurate eſt agendo repræſentare, vt hiſtrio agit vxorem, repræſenta contrafa.

Grāma. error.

Delecto as aui atum per delectare, dare piacere, ſolazzo, ſpaſſo·Ci. ad Att. ii. libris me delecto & de Ora. iii. nos vocibus delectant: licet negent in pri, ma legi perſona: cuius paſſiuo idem vtitur in Bruto, vt ab altero delectere, & in primo de finibus ab eo dele⸗ctari, q̃uis negent: io te deletto, vel ſum tibi iucundita⸗ti, vel afficio te iucunditate, vel delecto.

Perdo is di itum p perdere deſtruire & tunc ad hominem tantum.

Foueo es ui tum p couare, vt ouum, defendere. vt patriam, abbracciare vt vxorem, amicum.

Supero as aui atum per ſuperare, vincere, vt inimicum: per auanzare, & tunc eſt neutrum: & res in nominatiuo, cui in datiuo, vt mihi ſuperant libri, me ſuperano, auanzano libri: ſupero monte, ideſt aſcē do, ſalio, ſupero flumen. i. tranſeo, paſſo.

Percutio is ſſi ſſum.

Percello is ulſi ſum per battere, percu⸗tio ad corpus, percello ad animum, vt perculſit animū: me ha dato noſcanto de animo: quando vero percello facit perculi, refertur ad corpus. Stat. in Achi. leænam perculerat. Sueton. in Tyb. alium alia de cauſa, perculit ideſt necuit, ha admazato occiſo.

Cædo is cecidi penultima producta cæ⸗ſum per battere, tagliare, & ſcribitur cū diphthongo æ. Nam ſine diphthongo neutrum eſt acqſitiuum, & for⸗mat ceſſi ceſſum per dare loco, concedere: cedo victus ideſt diſcedo, me parto victo, vinciuto, ſuperato.

Illudo is per deleggiare, fare beffe: dicitur illudo te, vel tibi. Terēt. illuditis me, vel in quibus. Ter. in Phor. Cic. ad Brutum, Illudimur enim Brute.

SEcunda actiuoꝝ ſpecies ante ſe nominatiuum agentem,& poſt ſe accuſatiuũ patientem poſcit, vltra accuſatiuum genitiuum, vel ſeptimum caſum pretium vt plurimum ſignificantem, vt emo librum vno aureo. Notandum eſt, quòd pretium, ideſt pecunia licet in titulo de furtis, furtiuam ancillam bona fide duorum aureorum emptam tradit Iabolenus. Colum.in.iiii. parui æris poſſe comparari putant, ſemper ponitur in ſeptimo caſu in ſum, æſtimo & facio pretium tam in genitiuo, q̃ in ſeptimo caſu locatur. Catul. omnes vnius æſtimemus aſſis. Poeta in Priapeis, non aſſis faciunt: ho trouato lo piſce, & ne ho comprato vinti dinari, inueni piſcem, & viginti denarios præſtinaui. Apule.in primo, vt dicimus, bibo cyathum vini. Lact. & edo modium ſalis. Cic.in Læl.& in.ii.de Offic. emere aquæ ſextarium: ita emo vinum carlenum panis: io ho comprato vno carlino de pane: ſed ſi dixeris, ho comprato lo pane vno carlino, emi panem uno carleno. Sum etſi neutrum ſit, ſignificat etiam valere: ſed in tertiis tãtum perſonis. Cæſar in Commentariis, tanti eius apud ſe gratiam eſſe oſtendit. Terent. in Adelph. argentum quãti eſt, ſumito, vt meus liber eſt vno aureo, vel vnius aurei. Caius vero. 50. Digeſt. quæ fuit pluris aureorum triginta dixit. Eſt quoq; aduertendum, quòd quando interrogamus non ſemper per genitiuum, ſed interdum per ſeptimum caſum reſpondemus. Plau. quanti emi poteſt? minimo. Hora. quanti emptæ? paruo. Val. in nono, quãti ipſe æſtimaret, reſpõdit ſexagies, ſextertio: interdum econtrario, vt emi librum vno aureo, immo pluris. Reperitur etiam in caſuum diuerſitate vbi nulla ſit interrogatio: ſed eſt copula, quæ caſus eoſdem coniungere debet. Terent. in Eunuc. q̃ queas minimo, & ſi nequeas paulo, at quanti queas. Iuuenal. balnea ſexcẽtis & pluris porticus emit. Cic.iii.de Offi. emi tanti quanti voluit. Eſt ſciendum quando vulga-

re fit per illos genitiuos tanti,quanti,tantidem,quanticunq;,quātilibet,quanto pretio,te piace,quātiuis, pluris,minoris non additur nomen pretium, quia ſi adderetur,fieret per ſeptimū caſum,emi librū tanti, vel tanto pretio:emiſti librum quantiuis, vel quanto vis pretio,vel quantauis pecunia:quanto prezzo voi. Verum pluris tantum dicimus: nam ablatiuo vt in defectiuis patuit, caret,ita & tantidem, tanto medeſimo prezzo, & quāticūq; quāto prezzo ſe voglia, vel ogni prezzo tantum dicimus:hinc Cice.iii.de officiis, pluris multo, molto piu prezzo. Io vēdo lo libro poco piu, ò manco prezzo de vno ducato,ego vendo librū paulo pluris,aut minoris vno aureo; ſic & tanto pluris, ſiue minoris. Liu.tanto pluris, & nihilo pluris, aut minoris, niente piu prezzo,piu manco prezzo. Gel.vero in primo dicit reliquos mercatur nihilo minori pretio.niente piu manco prezzo:& p ſimilia. Io cōparo vno libro piu prezzo de prezzo de vno dinarello, emo librum pluris pretio vnius aſſis; primus genitiuus eſt ex regula, ſeptimus caſus regitur ex natura cōparatiui pluris. ſecūdus genitiuus ex ſubſtantiuo pretio. Hor.in primo Sermo. vnius aſſis nonnunquam pretio pluris licuiſſet. Dicimus magno,paruo,plurimo, & minimo ſine pretio,& cum pretio:ſed non tanto, & quāto ſine pretio. Liu.in.ii. magno illi cunctatio ſtetit. Quint.in Decla. illi magno cupiditates ſuæ conſtant: licet Hier. in Le. tanto æſtimabitur dixerit: & Pli.in.xii. tanto nobis delitiæ,& fœminæ cōſtant: nec dicitur magni, aut parui vendo emo,conſtat: & per ſimilia pretium ſignificātia niſi coniuncta cum facio,æſtimo, puto,fio, curo,ſum. Cic.in Parad.quod plurimi ſit. Idem tāti erat in Sicilia triticum. Terent.parui curas. Idem in And. te maximi feci,te ho exiſtimato molto grandemente,ſummamente,molto grande prezzo. Cic.in epiſtolis,à me minimi putabātur,ſi exiſtimauano molto poco prezzo. Terē-

nihili duco,io lo exiſtimo da niente. Pli.iii.Epi.magni æſtimo. Col.magni enim exiſtimabat. Val.magni æſtimauit:nec dicimus,emo librum multorum pretiorum, maiorum & huiuſcemodi: ſed multis pretiis, maioribus,minoribusúe pretiis. Colum.pulli exiguis pretiis vænerint:neque dicimus,tantis pretiis, ſed tot pretiis. Io impiaro la naue de Ceſaro de orgio de piu prezzo che li altri, ego implebo nauem Cæſaris hordei, pluris q̃ cæteri: primus genitiuus regitur poſſeſſionis ratione,alter verbi natura,poſtremus vi pretii. Eſt ſciendum quòd dicimus pluris,& nō maioris ſine pretii, ſed verbis nō ſignificātibus pretiū addimus pretii. Ter. videtur eſſe q̃tiuis pretii,vbi intelligitur homo. Idē neq; pretii maioris nemo habet. Liu. milia hominum eſſe maioris pretii. Var.de re Ruſt.reddāt plus muſti,& olei,& pretii pluris,vbi non homo intelligitur,vt aiunt:ſed regitur à nomine.apud Sall.& elegātes iuriſcōſultos leges pluris pretii. Dicimus emo librū vilius ad piu bon mercato,vel ad piu vile prezzo, carius ad piu caro prezzo.Sueto.in Cal.carius cōparantur pecudes:care caro prezzo.Hora.epiſt.ii.care prodigus emit:vili & caro, nón vilioris,neq; carioris: licet Vlpia.xiiii.dig.dixerit, aut vilioris data opera diſtraxit. Dicimus etiam vendo opus,& loco domum melius, piu megliore, vel peius piu peggio,q̃ alii. Dicitur etiam panis ducentorum ducatorum non ſufficit mihi. Gell.ea multa fuerat talentum ferè quingentum. magnifacio ſeu pendo per fare grande ſtima,reputatione,cunto. Paruifacio vel pendo per exiſtimare da poco, nihili facio per exiſtimare da niente,floccifacio,exiſtimo molto da poco,da vno flocco,& cerro de lana. Sunt enim flocci lanarum particulæ,ſicut floces vinearum.i.vinaceæ, flaces oliuarū. plurimi facio vel pendo, per exiſtimare ſummamente, maximi puto dixit. Ci.ad Att.& plures putare in.iii.de Of.Verba hui⁹ſpeciei materialia dicūtur,eo quòd ma-

Grāma. error.

teriam vel inſtrumentum ſignificāt, à quibuſdā poſſeſſiua appellantur, quoniam poſſeſſiuum, id eſt genitiuū capiunt. Non prætereundum eſt: quòd genitiuus non tantum accipitur poſſeſſiue, vt liber Petri: ſed etiam actiue, vt prouidentia dei: quia ipſe prouidet: aut paſſiue, vt timor dei: quia ipſe timetur: in quibuſdam duplex ſenſus, vt amor dei, charitas dei, vel quam ipſe habet erga nos, vel nos erga eum.

Impleo es eui etum per implire: dicimus impleo loculos numoꝝ, numis, & de numis. Mar. Hos niſi de flaua loculos implere moneta.

Oppleo per implire ſummamente.

Depleo es eui etum per deuacare. Stat. in Achille, digno depleuimus hauſtu.

Aeſtimo as aui atū p conſiderare, æſtimare ſcribitur per æ: quia ab æs, & timi græce, latine pretium dicitur. Cice. de legibus, de quibus æſtimare non poſſums: per taxare, mettere a lo imprunto, componere, vt rex æſtimauit populum cētum aureis: quanti æſtimas hunc librum, quanto, vel quanto prezzo ne voi de quiſto libro.

Iurgo as aui atum per cōtendere, litigare, contraſtare de parole: hinc obiurgare per reprehendere, quod proprie eſt maiorum contra minores: dicimus obiurgo filium, olim filio.

Caſtigo as aui atum per reprendere

Increpo as pui itum per reprendere cō ira, & con voce minanti, gridare vt filium.

Arguo is gui per reprendere ratione & argumentatione. Cic. ad Her. furti arguat demonſtrare, vt meam arguo virtutem.

Accuſo as aui atum per accuſare, dire male de altro per reprendere, oſtendere aliquem peccaſſe, ſiue iudicii, ſiue alii cuiuis, vt accuſo te crimine iudici, vel coràm iudice, vel apud, vel ante iudicem: in-

cuſo te iudici non dicitur. Dicimus accuſo furta Cæſaris. Cice. de Orat. primo, ſi inertiam accuſas aduleſcentium. Sciendum eſt noīa criminū ſpecialia iuncta verbis accuſationem reprehenſionem, iudiciū, aut quid tale ſignificantibus poni in genitiuo, & non in ſeptimo caſu, vt dāno te furti, cædis, maieſtatis, ſic abſoluo te furti, iniuriarū. Cic. ii. ad Heren. dicimus etiā accuſo te furti, an ſacrilegii, an de vtroque: tenetur furti an ſacrilegii, an vtroq;, ſiue de vtroq;, ſiue de amb bus, & non vtrius. Gel. xviii. cap. iiii. Timarchū de pudicitia accuſaret, hoc ideo. Quia nomina, vti tradūt, peccatoꝝ cum huiuſmodi verbis idem valent in genitiuo, qūod ī ablatiuo præpoſitionem habente, vel non habente: quod mihi non placet: ſed ideo peccata dico in genitiuo poni: quia intelligitur crimine; & quando dicimus vtroque intelligimus crimine, vel criminibus: licet Plautus in Pœnul. eum furto alligat. Sol argutus peccato dicant: ſin vero nomina criminum generalia in ſeptimo caſu, ut condemno te manu, capite, uita, non uitæ. Cic. in Verrem actione. ii. de maieſtate dānatus eſt. & in Tuſcu. capite dānatus. Sueton. vero à ſenatu capitis dānatus eſt, condemnato ad morte. Cice. capitis accuſat, vbi pœna, iudicio intelligitur: dicitur etiam quantæ ſummæ damnatus fuerat. Liuius. xlvii. & in Rheto. ad Heren. capitis accerſitur, ideſt accuſatur, è accuſato de la uita, è accuſato ad morte.

Grāmaꝫ error.

Incuſo as aui atum per reprendere, inculpare, biaſimare, lamentarſe ſenza reſpetto. Vergilius quem non incuſaui. Accuſamus pares vel minores. Incuſamus maiores: confunditur. Tacitus, temperiem cœli incuſantes. Cæſar adhibitis centurionibus eos incuſauit. Dicimus accuſo, uel incuſo amicos huius rei, hac re, & de hac re. Plau. qui alterum incuſat probri. & accuſo auaritiam tuam, & auaritiam in Antonio pro culpo, & reprehendo.

Punio is iui itum per punire in factis
Multo as aui atum (pœna et dolore per punire in dinari: hinc multa punitio pecuniaria: vſurpatur tñ pro alia punitione: & multare pro quouis modo punire. Cice.primo Tuſcul.capite damnatos morte multabant, & in:v.morte multandos. H.ero.uero dixit, multauit gentem argenti talenta centum, & auri talentum vnum: eſt etiam verberare. Terēt.in Adel. familiam multauit vſq; ad mortem. Colu.ii.boues iniquitate operis multentur: ſcribitur ſine C, quoniam à multis dicitur, & à multis colligitur, & eſt vocabulum latinum, non Oſcum, vt aiunt.

Grāma. error.

Satio as aui atum per ſaturare ſa-
Saturo as aui atum (tio ad omnes ſenſus refertur. Notandũ eſt illos genitiuos iungi poſſe omnibus verbis, licet Laur.negauerit. Ter.in Adel. dare tanti: Sueto.in Veſp.quanti calceaſſet, per quanto prezzo l'haueria calzato. Quint.in.iiii. quanti veheret, per quāto prezzo l'haueria portato. Iuue.pluris q̃ Coſſus agebat. Idem quanti docet vel Pollio quanti. Pli.neminem minoris docuit talēto: vbi nota quod dicim⁹ minoris, ſicut pluris licet negēt, & minore pretio, & non plure pretio. Gel.in.i.libros mercatur nihilo minore pretio. Liu.xxii pretio minore redimendi.

Laurēt. error.

Grāma. error.

Tertia actiuorũ ſpecies ante ſe nominatiuũ agentē, & poſt ſe accuſatiuum patientem, & vltra accuſatiuum datiuum ex natura exquiſitionis poſtulat: & ideo hæc verba dicuntur acquiſitiua.

Do das dedi datum p dare, dire. Terē. in Heau.paucis dabo. Stat.in.vii. Aſopos genuiſſe datur. Clau.in.iii.Rap.aduexiſſe datur: per concedere, vt lo Re te concede la gratia: rex tibi dat gratiam, p fare cum infinito. Vergil. tu das epulis accumbere diuum. Idem, Immotamq; dedit coli, & ſine infinito. Idē in.ii. ingentem dedit ore feneſtram: per mandare, q mittit in

nominatiuo

nominatiuo,res miſſa in accuſatiuo, ad quem in accuſatiuo cum ad,per quem in datiuo, vt io ho mandato le littere ad Petro per Franciſco, o per mano de Franciſco,dedi literas ad Petrum Franciſco.Dare gemitus eſt gemere.Dare verba per ingannare, gabbare. Dare lachrymas eſt lachrymari,piangere. Dare oſcula eſt oſculari baſare Dare fidem eſt ſancte promittere:vt io te lo prometto ſopra la mia fe,do tibi fidem. Dare vitio eſt vituperare,incolpare,vt do tibi vitio,non te Gellius in x.Graccho vitio dem:hæc vitio datur.Terent.in Adel. Quia do poteſt habere duos datiuos, vt patuit ſine accuſatiuo,interdum cum accuſatiuo expreſſo, vt do tibi librum dono.Dare pœnas eſt pati,patere la pena, vel eſſere punito,fare penitentia.

Impendo is di nſum per dare,ſpendere,cōſumare. Quint.quæ per viginti annos impenderam.

Exhibeo es bui itum p dare,publicare mettere in aperto,vt rex exhibuit ludos.i publicauit.

Trado is didi itum per dare, arrenderſe, darſe per victo,& eſt victorum,deſperantiumq́; ſalutis: aſſignare,conſignare, dare vt pater tradidit filium magiſtro:per dire,ſed in tertiis maxime perſonis, vt Cicero tradit:id eſt dicit.

Confero ers tuli latum per aſſimigliare para-
Comparo as aui atum (gonare,dicimus cōfero tibi fratrem io reſimeglio ad te mio fratre: io reſimeglio mio fratre con teco, comparo vel confero meum fratrem tecum,ſic comparo uel confero te regi ad regem te reſimiglio a lo re: & cum rege con lo re: per acquiſtare,vt comparabo laudem:per deliberare, ordinarſe,ſed tunc accuſatiuum cum præpoſitione,vel infinitum petit,vt comparo me ad tela fortunæ, vel comparo ſtudere: pro emere comparare licet negent, & tunc eſt ſuperioris ſpeciei. Liuius libro ſecundo ad frumentum comparandum. Grāma. error.

Dono as aui atum per donare:& eſt pretii, aut beneuolentiæ gratia, ſicut do quocunq; modo: dicimus quoq; dono Franciſcum munere, remunero more attico: donare ciuitate eſt ciuem facere, fare cittadino: dono libertate, faccio libero franco.

Prodo is didi itum p manifeſtare, tradire

Committo is ſi ſſum per commettere, fare errore, vt non committas aliquid: per fidare, arriſicare, vt committo ſecreta tibi: eſt proprie de rebus magnis, & aliquando de rebus facinoroſis, & pudendis. cõmittimus amicis: credimus ignotis, & alienis: & in conflictum ducere, vt committo Aeneam: id eſt lo faccio venire in pugna a le mano.

Debeo es bui itum per deuere dare ſine in finito, ſed intelligitur, vt debeo tibi librum ſcilicet dare: quando habet ſolum datiuum eſt neutrum, & ſignificat eſſere obligato, vt debeo deo.

Edico is xi ctum per pronunciare, comandare publicamẽte, bandizare, & eſt principum, vel magiſtratuum. Indico vero eſt ſacerdotum, per fare ſapere publicare, vt bellum.

Impertio is iui itum per fare parte: dicimus impertio rem meam tibi, ne faccio parte ad te de le coſe mee, tende faccio parte, vel participe de le coſe mee, impertio te rebus meis, & ſcribitur per E, non per A.

Soluo is lui lutum per pagare: liberare cũ ſeptimo caſu vt ſoluo filiũ metu: diſciogliere, ſnodare, disligare: ſoluere fidẽ eſt frangere, rõpere la fede, venire meno de la fede: ſoluere è portu, ſiue littore, ora & ſimilibus per partirſe, vt diximus in ſpicilegio.

Tribuo is ui utum per dare p obligo per tributo: aliquãdo ſignificat aſſumere, arrogare, attribuire: tribuere eſt alteri, aſſumere, & arrogare eſt ſibi.

Commodo as aui atum per improntare imprestare quello che ſe rende, & che non, vt librum

numos.Cicero.ii.epiſtolarum ad Caninium.Salluſt.de drachmis nihil eſt,quod in iſto genere cuiquam poſſim commodare,& pro Cœlio aurum commodares, & in vi.Verrinarum commodaſti tritici modios: commodo cum datiuo eſt neutrum per eſſere vtile,& fare,vel eſſere accõgio,vtile ſicut incõmodo per eſſere dammagio, fare dammagio,ſcongio.

Mutuo as aui atum per improntare,impreſtare quello che nõ ipſo proprio ſe rende, vt vinum, numus,& ſimilia,quod ipſum non reſtituitur, ſed aliud pro illo,quod conſiſtit pondere, numero, & menſura licet negent. Iuſtininianus ſi certum petatur quiſquis iudici pecuniam mutuauerit,& in Autentico de pignoribus ſi ad hoc mutuauerit,& alibi aut mutuans,aut alias contrahens.Gell.retinebant ſibi pecunias,quas maritos quia mutuaſſent,hinc Scæuola.x.digeſtorum titulo familiæ herciſcundæ in paſſiua dixit ſignificatione vni ex filiis,cum pecunia mutuaretur,interuenit pater: per pigliare ad impronto,ad impreſtito,q̃uis negent, vt mutuor teſte Nonio Cæciliũ citante ad amicos currat mutuatum,mutuet cauſa mea.Sene.in epiſtol.q̃to hilarior qui ſoluit,q̃ qui mutuat.Cic.ad Att.ne quod tecũ pmutuaui.Idem de fato ſublimitatẽ ab Academia mutuatur .i.accipit,& in primo de Officiis nõ aliunde mutuatus eſt.Val.in.vi.præſidium a libertate mutuauit.Dicimus quoq; dare mutuo vt ſit aduerbiũ, vel p mutuus,a,um, nomen vt dedi numos tibi mutuo, vel mutuos,ſic accipere mutuo,ſiue mutuos numos.

Grãma. error.

Grãma. error.

Lego as aui atũ p mãdare lo imbaſciatore hinc legatus.i.orator,& collega.i.ſocius in officio: p laſciare in teſtamẽto,relegare vero per confinare sbandire.

Reddo is didi itum p rendere, aſſignare, vt io te aſſegno,conſegno,do le litere che te manda tuo patre,reddo tibi litteras a tuo patre:per fare,ut reddam te doctum.Reddimus noſtris.Reſtituimus alienis.

Dedo is didi itũ p dare in tutto,&in ppe tuo,& in ſeruitu,hinc deditus,& deditio, qđ eleganter iungitur cum facio,vt facere deditionem p arrenderſe.

Impono is ſui itum per imponere,incarricare:cum ſolo datiuo eſt decipere neutrum per calarla, ingannare, gabbare, vt ce lhagio calata a lo re,ſiue ho ingannato lo re,impoſui regi:illud Vergi.dominumq; potentem impoſuit non ſignificat decipit,vt aiunt, ſed ſupra,vel intropoſuit patriæ dominũ:quaſi dicat vendidit patriam,& ipſi dominum ſupra, vel intropoſuit.

Gráma. error.

Deſtino as aui atum per deputare officio rei.mandare,deliberare,ſed tunc cum infinito, vt deſtino currere.

Lego is legi ctum per legere:furare, vt legere aurum:per cogliere, vt legere flores: per nauigare, vt legere mare:perlego habet perfectionem legendi legere per ſi ad fine,ſicut diligere proprie eſt de magis idoneis ad rem agendam,per ſcegliere,vt populus Romanus delegit Pompeium, hinc delectus: & habere delectum per fare gente,dare dinari.Eligo vero eſt per noſtram vtilitatem,& dignitatem,vt ſacerdotes eligunt pontificem:aliquando iungitur duobus accuſatiuis, ſed vltimo cum præpoſitione in , vt rex eligit me in prætorem.Seligo per diſpartire,vt ſeligo doctos ab indoctis: prælego vero eſt publice lego: legere oculis perſcorrere,vedere. Verg.

Nuncio as aui atum per auiſare, nunciare.

Renuncio as aui atum (re: dicitur quoque renuncio tibi de hac re. Sulpit.renunciatum eſt de obitu:quando ſolo iungitur datiuo eſt ceſſare, vt renuncio literis:id eſt non ſtudeo. Quint.in.x.mea quidem ſententia ciuilibus officiis renunciabit.

Accomodo as aui atum per appropriare, acconciare,vt tua verba meæ ſententiæ accommodo:dicitur quoque accommodo coronam ad caput. Cicero

ſecundo de Orato. Quint.iiii.quod in plures caſus ac/commodari poteſt.

Dico as aui atum per didicare, conſe/
Dedico as aui atum (crare, dare ad ſerui/tio de altro:eſt in obſequiu. Verg.propriamq; dicabo.

Aſſero is rui rtum per affirmare, dire, defendere:liberare. Plinius vt ſe ab iniuria oblimonis aſſereret.

Præſto as ſtiti itum vel atum per concede/re, ſuperare, conſtruitur accuſat.uo & ſeptimo caſu, quo ſeptimo caſu ſignificatur res, qua ſuperatur. Quin præſtat ingenio alius alium:cum datiuo perſuperare excel/lere auanzare, eſſere megliore. Sal.præſtare cæteris ani/mahtibus:per attendere, mettere in executione, vt præſta, quod pollicitus es. Cice.ii.de Diuinatione præſta/tur fides:per valere, & eſſer rato, & fermo, ſed eſt abſo/lutum. Cice.ad Herennium lib.ii.ſunt item pacta, quæ ſine legibus abſoluantur ex conuentu, quæ iure præſta re, dicuntur:per affirmare. Cice.pro Pomp.de ſe præ/ſtare nemo poteſt:per fare. Quint.præſtandi fiducia:p aſſecurare, vt io te aſſecuro, faccio bono de queſto ca/uallo, præſto tibi hunc equum: per demõſtrare, vt præſta te virum: & recipio in me, vt voglio queſta culpa per me, volo hanc præſtare culpam Cic.de Orato.iſtã enim culpam, quam vereris, ego præſtabo:per dare. Plin.plura hic mihi præſtitit, q̃ parentes:eſſere meglio/re, & tunc eſt imperſonale, vt patebit.

Iniungo is xi ctum per imponere coſa moleſta, laborioſa, affaticoſa, & noioſa. Brut.in epiſto/lis nequid detrimenti reipu.iniungant. Cæſ.in cõmen. his æternam iniungere ſeruitutem.

Indico as aui atum per demonſtrare, ore & verbis.

Amico as aui atum p amicare fare ami/
Concilio as aui atum (co conciliamus no.

ua;reconciliamus uetera,ſed confunditur.

Reconcilio as aui atum

Vendico as aui atum per attribuire,appropriare in bonum,ſicut arrogo in malum.

Aſcribo is pſi ptum p iputare, attribuire

Subigo is egi actum p ſottomettere,ſubiugare,conſtrengere.

Grāma. error. Interdico is xi ictum per uetare, ſcommunicare,sbādire. Dicimus interdico tibi aqua & igni, uel aquam & ignem licet negauerint. Suetonius interdixit hiſtrionibus ſcenam. Liu.fœminis dūtaxat uſum purpuræ interdiximus:& ſæpius apud autores leges: quāuis prior dicendi modus ſit frequētior:dicitur quoque tibi terdictum eſt aqua & igni, quod eſt frequentiſſimum: aqua & ignis tibi interdictus eſt: & tu interdictus es aqua & igni,qui modus eſt cæteris rarior,cum ſolo datiuo eſt obſto contrareo. Cicero in Ver.acti.iiii.nemo interdicere poſſit.

Mitto is ſi ſſum per mandare. Dicimus mitto tibi,& ad te. Cic.ad Lentu.quibus laudationem ex vltimis terris miſeris,& ſæpiſſime:amitto:id eſt pdo:amitto a me illū.i.remoueo,ſeu repello. Cic.pro Roſcio ſenſum omnem humanitatis ex animis amittimus,leuamo,remouimo uia,ſcacciamo fore.

Reſcribo is pſi ptum per reſpondere per lettere:reſcribo tibi,& ad te.Cicero ad Appium,reſcripſi tibi ſubiratus & ſæpiſſime.

Fœnero as aui atum per dare ad uſura, ſic & fœneror.Sene.in epiſtolis quantum paſcat, aut fœneretur. Cic.de Ami.beneficium fœneremur fœneror ablatiuo cum præpoſitione eſt ad uſuram accipere licet

Grāma. error. negent,ut in libro digeſtorum.xxx.fœnerari ab eo, ut fœneror pecuniam a te, uel accipio pecuniam in fœnus a te.Hiero.fœnerare proximo, ſuccurre.Terent.in Adel.iſtuc tibi fœneraret,iuuaria,ſorria utele.

Mando as aui atum per cõmettere la imbaſciata,uel per commettere ad bocca.

Aperio is iui ertum per aperire,demonſtrare. Ver.terrã inter fluctus aperit:manifeſtare,ſcoperire.Stat.aperto enſe.i.detecto,arrancato ſfoderato.

Cõmendo as ui atum per recommandare: ſed per laudare,vel dire bene iungitur accuſatiuo cum apud , uel ablatiuo cum in , ut commendo te apud regem in ſenatu.

QVarta actiuorum ſpecies poſcit ante ſe nominatiuum agentem , & poſt ſe accuſatiuum patientem,& ultra accuſatiuum alterum accuſatiuum ex natura tranſitionis,& ideo tranſitiua dicuntur,ut doceo grã maticen diſcipulos.

Doceo es cui ctum p imparare ad altro, per tenere ſchola,ut doceo diſcipulos Neapoli:dicitur etiam doceo te de hac re,& ſignificat auiſare. Sallu.in Iug qui ſenatum docerent de cæde fratris cuius contrarium eſt dedocere per ſare diſmenticare:edocere p auiſare,manifeſtare , perfecte doceo : dicitur quoque doceo te fidibus. Cic.in.ix.epiſtolarum Socratem fidibus docuit,intelligitur canere:non tamen dicimus doceo te arte:dicitur etiam ſcio,& diſco fidibus. Cic.in Cat.ubi intelligitur eleganter canere : ſignificat quoq; monſtrare ſeu oſtendere.Cic.cauſamq; docuiſſet.

Moneo es nui itum per admonire, conſigliare,recordare.

Admoneo es nui itum per admonire, conſigliare,recordare. Teren.te iſtud me admonere Clitipho : dicitur admoneo te huius rei uel de hac re. Salluſt.in Iugu.nos tanti uiri admonuit. Quin grammaticos ſui officii commonemus. Plin.in epi.rei admoneor. Cice.iiii.epiſt.ca.de re eſſe admonendum:ubi notandum eſt, quòd admoneo te huius rei potius,q̃ hanc rem dicitur.

Poſco is popoſci ſine ſupino per adomandare,chiedere coſe iuſte de noſtro merito,& de ragio

deum, regem.

Obſecro as aui atum per pregare, per coſe ſacre. Cice. hoc te obſecrat.

Calceo as aui atum per calzare, per E non p I, eſt quoq; animalium. Suet. in Veſpaſiano ad calceandas mulas, ad ferrare le mule.

Conſulo is lui ultum per adomandare conſilio de coſe dubbie, ſpiare: & eſt actiuum, nō neutrum, vt aiunt: & dicitur conſulo regem hanc rem, vel de hac re. Plin. in primo epiſtolarum, medicos conſuleremus de ſumma valetudinis: conſulimus maiores, uel prudētiores: interrogamus pares, uel minores: per dare conſiglio: & tunc eſt ſuperioris ſpeciei, vt conſulo tibi honeſtatē: prouedere, & tunc eſt neutrum, & non modo ad inanimata: licet hoc ſit frequētius, ſed ad inanimata quoq; refertur. Ter. in Ecyra, conſului meæ uitæ. Sallu. coſulatis miſeris ciuibus. Cicer. ii. de Diuinat. hominibus conſulat. Boni conſulere per pigliare in bona parte, ut tua uerba boni conſulo: & io piglio queſte puma per bono amore, ò ſegno: hæc poma boni conſulo, & iudicare. teſte Quint. in primo, & Pli. in. viii. vt le gentes boni conſulant. Seneca in epiſtolis, id boni conſulet. Apul. uero in. vi. optimi conſule ait. At cōſulunt in plurali, & ſæpiſſime abſolute eſt conſultare. i. delibetare, ut ſenatores conſulunt.

Grāma. error.

Induo is dui utum per ueſtire: dicitur induo mihi ueſtem, & induo Cæſarem ueſtem, uel ueſte.

Accingo is xi ctum per preparare, acconciare con diligentia. Ver. xi. lateriq; accinxerat enſem, eſt de rebus magnis, ut accingo me literis, uel ad literas, hinc accinctos, induſtrios, diſcinctos negligentes dicimus.

Diſcingo is xi ctū p ſciogliere, dislazzare, ſnodicare.

Cœlo as aui atum ſcriptū p œ, p naſcondere: dicimus, cœlo te res meas, te naſcondo le coſe mee: cœlo te rebus meis, uel de rebus meis te naſcondo, te ten-

go annaſcoſto occulto de le coſe mee, non voglio che ſappie le coſe mee. Cice. ad Metellum, ſcito te à fratre magnis de rebus fuiſſe cœlatum. Probus tamen Aemilius in vita Alcibiadis ait: id Alcibiadi diutius cœlari non potuit. & Vlpia. xliii. digeſtorũ, qui cœlauit aduerſario: nos vtimur cũ duobus accuſatiuis: pingere, ſculpire, vt cælaui inſignia regia in mea domo, in qua ſignificatione ſcribitur per æ: dicitur enim quaſi cædo. occulo poſcit datiuum vt occulo ſecreta tibi.

QVinta actiuoꝝ ſpecies ante ſe nominatiuũ agentem, & poſt ſe accuſatiuum patiẽtem poſtulat & vltra accuſatiuum ſeptimum caſum, vt ventus ſpoliat arbores foliis, & dicuntur materialia, eo quòd materiam ſignificant, quidam cauſalia, vel effectiua vocant.

Spolio as aui atum ꝑ ſpogliare, & maxiẽ ꝑ uim, arrobare. Sal. delubra deoꝝ ſpoliare. Mar. Templa vel arcano demẽs ſpoliauerat auro: io ſpoglio li panni ad te, ſpoglio te pannis, priuare, vt ſpolio te officio.

Lacteo es ctui ſine ſupino per ſugare lo latte, & ad infantes attinet.

Lacto as aui atum per allattare.

Erudio is ii iui itum per ſdirozzare, vt erudio te doctrina, & de doctrina.

Educo as aui atum penultima correpta per nutrire, alleuare.

Leuo as aui atum ꝑ alleggerire, cũ datiuo quoq; legitur. Cice. ad Brutum, quẽ laborẽ nobis Attici noſtri leuauit labor. Alleuio non eſt latinum.

Eleuo ꝑ diminuire, in quo ſenſu accipiunt oẽs negãtq; in altũ tollere, quod nos alibi ꝓbauimus. Soli. exultabundus ad cantũ eleuatur: prior ſenſus eſt frequentior.

Grãma. error.

Alleuo as aui atum per alzare in alto, vel eſt de imo in altum tollere.

Subleuo as aui atum ꝑ ſgrauare, porgere aiuto, eſt ꝓprie auxiliũ, defenſionem'ue præſtare, &

interdum eſt alleuare. Suet.inter manus ſubleuantium.

Onero as aui atum per caricare. Ver. vero ait,quæ deinde cadis onerarat Aceſtes. & in.vii. onerantq; caniſtris dona laboratæ Cereris, vt onero tibi faſcem,ſed non vſitatius.

Imbuo is ui utum p īplire, bagnare, admacchiare.

Paſco is paui paſtum p paſcere, dare da mãgiare, vt paſco filios pane:qñ ſignificat comeſſe,mãgiare, eſt potius neutrũ,& regit accuſatiuũ, vt boues paſcũt herbas.Ouid.in Faſt.pauit ouis pratum:dicimus quoq; panis paſcit me pro eo,quod eſt,ego comedo panẽ. Martial.me paſcit aquoſa Peloris. Verg.dixit,paſcit animũ pictura:vt Cic.paſcit oculos,notriſce: inuenitur paſcor deponens:& idẽ ſignificat quod paſco, & accuſatiuum regit Verg.paſcuntur ſyluas. Dicimus etiã abſolute boues paſcunt vel paſcuntur: qñ vero dicimus boues paſcuntur frondibus,tunc eſt paſſiuum,& huius ſpeciei.

Ango is xi p ſtrangulare,ꝓmere,vexare,cruciare.

Necto is xi vel xui xum per ligare.

Prohibeo es bui itum

Inhibeo es bui itum p vetare,ꝓhibire.melius ĩ hac,q̃ ĩ tertia locãtur ſpecie, q̃uis legatur ꝓhibeo tibi ſocietatẽ. Prohibere generale eſt & ante rẽ cœptã.Inhibere vero poſt rem cœptã,ut deſiſtas, ſed cõfunditur.

Capio is pi ptum per pigliare,capere, vt in queſta caſa capeno tre libri, hæc domus capit tres libros,vel eſt capax triũ librorum, vel tribus libris. Plin. lib.ii.epiſt. villa vſibus capax,vel ad tres libros. Pli. iii. ca.v.capaci ad ſexterios tres:ſed p genitiuũ eſt melius.

Abdico as aui atum per remouere, priuare,eſt de magiſtratibus, & ſua ſponte: & exheredìtare,cacciare da heredita,dum viuit pater: poſt mortem exhæredo eſt.

Defraudo as aui atum per ingannare con fraude,fraudare.

Sedo as aui atum per mitigare eſt proprie de animo irato: quia ira ſedatur, dolor vero lenitur. Cic.tamen in.ii.de Offi.calorum moleſtiæ ſedarentur,ut inferius milites ſermone deliniant.

Inficio is eci ectum per tingere, ad macchiare,imbrattare.

Fulcio cis ulci fultum per ſoſtentare, ut ſcamnum,tabula,& ſimilia.

Sterno is ſtraui ſtratũ p gettare i terra, ſpianare,

Fundo is fudi fuſum per ſpargere, merticare,im merticare,reuerſare.

Lacero as aui atum per ſtracciare.

Afficio is eci ctum per diſponere,inducere,ut afficio diſcipulos,ut uirtuti incumbant:iunctum cum ſeptimo caſu ſignificationem accipit ab ipſo ut afficio te amore,ideſt amo,laude.i.laudo,honore,lætitia, mœrore,& per ſimilia. Sed nõ dicitur afficio,uel proſequor te odio,ſed habeo odio,odiare.

Augeo es xi auctum per creſcere, aumentare,abundare:dicimus augeo filios diuitiis:io abondo li figli de ricchezze, & augeo filiis diuitias: io accreſco, augmento le ricchezze a li figli.

SExta actiuoꝝ ſpecies ante ſe nominatiuũ agentẽ, & poſt ſe accuſatiuũ patientẽ exigit, poſt accuſatiuũ ablatiuũ officio præpoſitionis,uel media præpoſitione:nec dicas mediante præpoſitione:qa mediãte non eſt uocabulum latinũ: qui ablatiuus regitur ex ſeparatiõis natura: & ideo hæc uerba ſeparatiua dicũtur.

Audio is dii,& audiui auditum per audire:cũ datiuo per obedire, & fare ad modo de altro non utimur nunc,niſi participio in ens. Cic.in Phili.dicto audientes erant: licet Plaut. in Cap. dicto haut audiebat dixerit:per credere,& tunc præpoſitam habet negationem. Cic.in Tuſc.nec Homerum audio, & ſine negatione.Idem,ſi fabulas audire uolumus.

Diſco is didici ſine ſupino p imparare da altro da ſe. Ediſco per imparare a la mente p ſe medeſimo, cuius contrarium eſt dediſcere, diſmenticare, ſcordare.

Accipio is pi ptum per pigliare, intendere, audire. Cice. accipies ex Pollione: accipio amicos, li conuito.

Sumo is pſi ptum per pigliare, ſumimus ſponte: accipimus alio dante: dicimus quoq; accipio: vel ſummo ſupplicium: pœnas do, vel ab inimicis: io faccio patere la pena a li inimici, uel puniſco li inimici, punio.

Recipio is pi ptum per recipere, pigliare, liberare. Verg. medioq; ex hoſte recepi, cum datiuo eſt neutrū, & ſignificat ꝓmitto, vt recipio tibi etiam cū accuſatiuo, licet negent. Cic. in. i. epiſt. quodq; ſibi is de me recepiſſet. & ad Att. Lenas hoc mihi receperat. Grāmat. error.

Amoueo es oui otum p remouere, togliere uia, diſcoſtare, fare ſtare da longo da raſſo: p d admoueo eſt adiūgere, mettere, adpoggiare, accoſtare, appropinquare, ut admoui manū pectori, & ad pect⁹.

Arceo es cui per uetare, prohibire, ne accedas, & fare fare da longo, da lontano, daraſſo. Prohibeo ne permaneas ubi acceſſeris: dicitur arcus longe arcet ſagittam, ideſt iacit, uel torquet, tira, mena, lanza.

Abigo is egi actum per ſcacciare da qualoncha loco, mettere in fuga: interdum eſt animal furto de armento uel grege, tollere, arrobbare. Ambigo, ideſt dubito, ut ambigo in lectione eſt neutrum, & non actiuum.

Redimo is emi emptum p reſcattare, reſcotere.

Haurio is ſi ſtum p tirare, trare fora, ut aqua.

Eripio is pui ptum per togliere, leuare per forza, per liberare da qualoncha pericolo, & cum præpoſitione, & ſine dicitur, ut eripio te à morte, uel morte, & in bonum, & in malum: dicitur & eripio tibi mor-

tem,& hoc ferè in malum,te toglio la morte.

Aufero fers abſtuli latū p leuare, p fraude,vt aufero numos à te,leuo li dinari da te: dicitur ét aufero tibi librū,te leuo lo libro,vel leuo, toglio lo libro ad te.

Abſtineo es nui tentum per abſtinere, dicitur abſtineo ab hac re,& hac re. Cice. in Phili.temperantiæ fuit abſtinere maledico : dicitur quoque ſed græce potius,q̄ latine(quoniam Græci carent ablatiuo) abſtineo huius rei,licet rariſſime. Horat.abſtineo irarū,hoc dicendi genere cum genitiuo potius utimur in nominibus ablatiuo carentibus,q̄ in aliis.

SEptima actiuoꝝ ſpecies quærit ante ſe noīatiuum agentē,& poſt ſe accuſatiuū patientē, vel infinitū, vel aliud tēpus cū vt,vt ſpero audire, vel auditurū eſſe,vel ut audiam. Terē.ſiui animum ut expleret ſuum licet negent : quoniam infinitum aliquando habet uim ſubiunctiui,ut uolo te legere, ideſt quòd legas. At ſpero diſcere: hoc infinitum diſcere trāſit in uim nominis, & fit neutri generis,& indeclinabile,& aliquando adiectiuo iungitur. Perſi.ſcire tuū nihil eſt. Cic.ad Att.magis iſti ſeruiunt, ſi obſeruare ſeruire eſt. Vale.velle, ac poſſe in æquo poſitum erat. Infinitū enim rem ipſam ſignificat,quam cōtinet. Scire nanq; nil aliud eſt, q̄ ipſa ſcientia & ſimilia:quo infinito non modo in carmine, ſed in proſa quoq; utimur, & in noīatiuo, uel accuſatiuo tantum:licet Catul.in genitiuo dixerit,qui ueſtri numerare vult multa milia ludere:quod infinitum(qm̄ in nomen tranſit)nomen uerbi quidam dicebant.

Grāma. error.

Spero as aui atū p ſperare,hauere ſperanza, credere

Deſpero as aui atum per deſperare, deſpero ſalutem,& de ſalute.

Credo is didi itum per credere, hauere fede,arreſecare,ut credo rem meam tibi,io te ho credito,te faccio credenza de quiſto libro,credo tibi librum.

Scio is ſiui itum per ſapere.

Neſcio is iui itum per non ſapere.
Cogito as aui atum
Puto as aui atum
Autumo as aui atum p penſare, autumo etiam ſignificat cenſere, & affirmare. Plaut. in Amphit. illum autumare audio.

OCtaua, & vltia actiuoꝝ ſpēs ante ſe noīatiuū agētē, & poſt ſe datiuū q̄rit, vt inuideo felicitati tuæ.
Prouideo es di ſum per prouedere, cum actō eſt aliquid ante videre, q̄ factum ſit conſidero.
Benedico is xi ctum per dire bene, laudare.
Maledico is xi ctum per dire male, vituperare: quæ duo cum accuſatiuo non legi, niſi apud eccleſiaſticos, maledicitur à te mihi per imperſonale, non maledicor à te: vt Priſc. in. viii. benedicitur tibi: quæ magis neutra ſunt, q̄ actiua: ſic timeo & metuo cum datiuo tā tum, vt timetur vitæ tuæ. Priſcia. error.
Inuideo es di ſum per hauere inuidia, quod accuſatiuum habere poteſt, vt inuideo tibi bonam fortunam. Gell. Ouid. vero in epiſtolis, Troadas inuideo dixit. Pli. Iuni. inuidetis bonā mortē. Diom. autem ait, quòd dicitur inuideo tibi gloriam, gloriæ, & gloria. At ego primam tantum ſententiam probo, licet cum genitiuo, & ſeptimo caſu legatur. Eſt ſciendum quòd inuideor non primus (vt aiunt) Horat. poſuit, ſed Plautus in Trucul. hinc Plin. ſi inuideris, maior es illo, qui inuidet. Grāmat error. Notandum eſt, quòd omnia ferè actiua poſt propriam conſtructionem poſſunt habere datiuum ſignificantem vtilitatem, amorem, honorem, vituperiū, damnū, lætitiam, iucunditatem, fauorē. Cic. ad Quint. fratrem, Curtio paratū eſſe reſcripſit. i. in fauorem Curtii: ſimilitudinem, & contra Cice. ad Curio. eſt tibi grauis aduerſaria: & iudiciū. Terent. in Adel. is mihi eſt pfectus ſeruus ſpectatus ſatis, id eſt quantum ad iudicium meum pertinet, & necem. Vergil. nono, cum tre-

pidant it haſta Tago per tempus vtrūq;, ideſt in necē, interitum, mortemq́; tagi. & uitam. Verg. ix. tempusq́; caduco oratur iuueni, vt doceo diſcipulos grāmaticen mihi. Item poſſunt habere ſeptimum caſum inſtrumentum ſignificantem, vt uerbero auditores bacculo, alterumq́; cauſam efficientem, & alium cauſam finalem, vt ſcribo hunc librum bonitate eius utilitate mea, qui ſeptimus caſus interdum ponitur ꝑ intra, ut exiguo tempore inermis erit. Ouid. Cic. paucis diebus eram miſſurus: quādoq; pōdus, liquidi'ue mēſura ſignificatur. Pli. Teutria bibitur recens drachmis quatuor. Idem in aqua calida cyathis tribus, in frigida cyathis duobus. Idē in mulſa quinq; cyathis datum. Idem Ariſtolochia obolis ternis, & ablatiuum cum præpoſitione, vt non recuſo laborem pro mea vtilitate: dicitur ſum acceptus à te cum honore, magna cum beneuolentia ſcripſit, cum mira affabilitate me allocutus eſt, cum dira truculentia me aſpexit; vbi hi ablatiui non inſtrumentum, ſed comitem ſignificant; ſiquidem acceperunt me homines inſtrumento corporis, non honoris, ſed honore comite: ſcripſit miniſterio manus non beneuolentiæ, ſed beneuolentia comite, ſic & de ſimilibus. Scito quoq; quod omni uerbo poſſumus addere alium caſum præpoſitionis officio, q̄uis caſum illum uerbum propria cōſtructione non deſideraret, vt Diſcite ſanari per quem didiciſtis amare. Ouid. Octo fecimus actiuorum ſpecies: quia ſunt octo nominum caſus.

¶De Paſſiuis.

PAſſiuorum tot ſunt ſpecies, quot actiuorum, & paſſiua formantur ab actiuis addita litera R, vt amo amor, & quærunt ante ſe nominatiuum patiētem, poſt ſe ablatiuum agentem cum præpoſitione a vel ab, aut octauum caſum more Græcoꝝ, cum ablatiuo careant, qui eſt datiui vox, ut in nomine diximus loco ablatiui, ut ego amo uirtutem, uirtus amatur à me, uel mihi.

Sciendum

Sciendum eſt tūc exigere ablatiuum cum a perſona agēte alicuius rei fit ablatio, vt literæ accipiuntur a te:cum nullius rei fit ablatio,fit per octauum caſum,vt hoc auditur a te mihi. Caſus vero, quos habent actiua poſt accuſatiuum non mutantur, vt emo librum multis numis,liber emitur a me multis numis,& ſic de reliquis intelligitur. Sed in tranſitiuis eſt aduertendum: quòd res inanimata ponitur in accuſatiuo,ſi animata exprimitur, vt la grammatica ſe impara da lo maſtro ad nui, grammaticen docemur nos a magiſtro: ſin autem non fuerit animata,tunc inanimata ponitur in nominatiuo, & maxime in petitur,flagitatur,poſtulatur, vt lo libro ſe adomanda da nui,liber poſtulatur a nobis. Plin.xxxi.ca.i. ab oraculo medicina petitur. Cice.de legibus ſecundo flagitatur hiſtoria:& hoc ideo: quia omnia actiua poſſunt eſſe ſimplicia: ſed in celatur inanimata potius ponitur in nominatiuo,vt peccata non celantur deum melius,quàm peccata non celatur deus:dicitur quoque ratio docenda eſt. Manilius in.iiii.magna eſt ratio, breuiterq; docenda. Quint.ſexto, ad ſeuſus qui non docentur. Cicero ad Brutum in omnibus, quæ ratione docentur. Verg.x.Si mora præſentis lethi, tempusq; caduco oratur iuueni:in iubeo, qui eſt datiuus in actiuo in paſſiuo ponitur in nominatiuo, vt iubeo rem ſeruis, ſerui iubentur rem a me:inuideo tibi,tu inuideris a me. Seneca ſecundo Declamat.tacere iubeor. Ouid. quaq; iubentur,eūt. Cicero pro Cecinna iubebatur,imperor. Orat. Curt.imperamur. Hircius pecuniæ locupletibus imperabantur. Liui. imperata pecunia. In ſpolio eſto cautus: quoniam quod priuatum reſtat,debet eſſe in nominatiuo,quo priuatur in ſeptimo caſu, vt lo officio ſe priua a li triſti da lo re,officio priuantur mali a rege. Nō prætereundum eſt:ſi vulgare dabitur p ptūm verborum ſupinis carentium fiet p actiuū,vt li ſcholari ſono ſtati refrenati da lo maſtro,magiſter cōpeſcuit diſcipulos nec

triuialiter dicas a præceptore diſcipulis compeſci fuit & ſimilia niſi barbare loquaris. Legitur præterea ſuaſus,& diſſuaſus,quorum paſſiua(vt aiunt)ſuadeor,per ſuadeor non leguntur. At nos alibi probauimus,ideo hic ſatis eſt citare. Quint.in.iii.bonis quoq; ſuadentur parum decora.Plaut.in Trin.quod diſſuadetur placet, Sunt quædam verba, quæ vocatiua dicuntur, & more ſimilium copulatiuorum conſtruuntur, vt vocor Ioannes,vocaris Franciſcus.

Grāma. error.

Vocor	aris	atus	ſum	per eſſere ditto,nominato,chiamato.
Dicor	eris	ctus	ſum	
Nuncupor	aris	atus	ſum	
Apellor	aris	atus	ſum	
Exiſtimor	aris	atus	ſum	per eſſere exiſtimato,iudicato
Iudicor	aris	atus	ſum	
Putor	aris	atus	ſum	Cice.p Roſcio Amerino parę putātur cauti.
Cenſeor	eris	itus	ſum	
Habeor	eris	itus	ſum	
Cognoſcor	eris	itus	ſum	per eſſere cognoſciuto.
Videor	eris	ſus	ſum	per eſſere viſto,exiſtimato:& regit poſt ſe datiuum,vt videor mihi doctus.

De Neutris.

NEutrum eſt,quod in O definit,& ex ſe paſſiuum in or non format niſi in tertiis perſonis tranſitiuorū, aut eſt proſopopeia.id eſt perſonæ fictio, & inanimatum loqui fingatur,& dicat ego terra aror.Sunt præterea neutra abuſiua in um finita,vt ſum,& compoſita,& in T,vt pluit,& in I,vt memini,de quorum conſtructione inferius diſſeremus.

PRima neutrorum ſpecies ante ſe nominatiuum patientem poſt ſe genitiuum,vel ſeptimum caſum agē tem poſcit,vt ego egeo numorum,vel numis:hæc verba poſſeſſiua dicuntur:quia genitiuum habere poſſunt, a quibuſdam dicuntur paſſiua: quoniam habent nominatiuum patientem.

Egeo es egui ſine ſupino per hauere biſogno

Indigeo es gui ſine ſupino (gno neceſſario, & genitiuo, vel ſeptimo caſu conſtruuntur.

Careo es rui ritum per non hauere, eſſere de ſenza, ſpeſare, hauere biſogno: & differt ab egeo, ſeu indigeo Nam caremus quibus priuati fuimus, & quæ habere volumus, vt careo munere, quia habere vellem: non tamen dicimus careo febre, ſed nõ habeo febrem. Nemo nanq; febrem cupit, licet legatur apud Cice. ad Atti. & Plin. lib. xxviii. cap. i. egemus neceſſariis, & conſilio, & ſimilibus quod alii ſentiunt, quod idẽ eſt quod Gráma. deſum, non probo: antiqui gtõ conſtruebant. Terent. in error. Heaut. præterquam tui carendum quod erat.

Vaco as aui atum per eſſere de ſenza, & quaſi careo, vt vaco libris: ponitur nonnunq̃ abſolute, & eſt inoperoſum, & quaſi ocioſum eſſe, vt forũ vacat. i. in eo nihil fit. non ſence fa niente, nce feria. Colu. tñ ait locus vacat apibus. i. vacuus eſt, & hoc nõ in tertiis pſo Grámaz nis tantũ, vt aiunt, ſed in aliis. Martial. ſiquid Fuſce va- error. cas adhuc amari: cum datiuo eſt operã dare: dare opera: trauagliare, ſed vacare a ſtudiis eſt ceſſare: eſſere ſuperfluo, ſed in tertiis perſonis, vt hoc carmen vacat. i. ſuperfluum eſt: ęſt quoq; imperſonale, vt patebit.

Inundo as aui atum
Redundo as aui atum
Exubero as aui atum
Affluo is xi
Abundo as aui atum per abondare.

Hæc cum careo, & vaco ſeptimo caſu tantum cõſtruuntur, licet abundo apud Lucilium, & Homeri interpretem cum genitiuo legatur. Dicimus quoque libri abundant, vel affluunt, vel exuberant mihi, ad me abondano libri, nec erit vulgare io abundo de libri, io abondo li amici de dinari, non per abundo & ſimilia: ſed per augeo fit augeo amicos numis, & amici augentur

Multo, virtute a magiſtro: quod dicunt me, vel per me amicirū error abundant numis nuſquam legitur.

Conſto as ſtiti atum per conſtare: hoc, &c. verba per abondare cum datiuo volunt ante ſe nominatiuum agentem: conſtruitur illis genitiuis vel ſeptimis caſibus quibus emo, vt liber conſtat aureo, tāti quāti, magno, paruo, carius, caro, cariſſime. Sen. quæ cariſſime conſtat, & Plin. ad Maximum, tanti conſtat: ſignificat fieri, & componi fareſe. Cice. ex quibus omnia conſtant, interdum cōſiſtere, ſeu firmum eſſe, vt conſtat pedibus, vel animo, perſeuerare, ſtare, ſed tunc iungitur cū verbo volo. Cice. in Tuſc. ſi tibi conſtare vis. Idem qua in ſententia ſi conſtare voluiſſem: id eſt remanere & conuenire ſo de concordia, vt conſtat mihi tecum. i. conuenit. Cicero ad Heren. arbitror mihi conſtare cum cæteris: eſt imperſonale vt patebit.

SEcunda neutrorum ſpecies ante ſe nominatiuum agentem poſt ſe datiuum patiētem poſtulat, vt ſeruio regi, & acquiſitiua dicuntur.

Seruio is iui itum per ſeruire eſſere ſchiauo, & ad ſeruos, minoresq; ptinet: hinc ſeruitium eſt cōditio ſeruilis eſſere ſchiauo, & multitudo ſeruorum la multitudine de ſchiaui. in plurali ipſi ſerui, ſchiaui dicitur etiam ſeruio ſeruitutē regi. Nam omnia verba poſſunt regere accuſatiuum ſi nomen ab eo verbo fiet, a quo regetur, vt pugno pugnam, viuo vitam gaudeo gaudium, & ſimilia.

Inſeruio is iui itum per ſeruire, fare piacere, ad amicos, vel ad pares attinet: p dare opa, vt inſeruio, literis, ſtudio. Deſeruire aūt eſt delicatius obſequi, grādemēte ſeruire. Subſeruio per ſeruire freddamente, meæ ſubſeruias oratiōi, ſta attēto a lo parlar mio. Terē.

Grāma. error. Indulgeo es ſi ltum per cōcedere, hinc indulgentia: id eſt conceſſio ſiue libertas, & non venia vt aiunt: nec eſt actiuum, nuſquam enim paſſiuum legitur,

decipiuntur tamen quod antiqui dicebāt indulgeo me, vt eſt apud Terentium:dicitur etiam indulgeo tibi hoc. Iuuen.indulge veniā pueris:per alloſengare p dare opera quadā cū voluptate:pdonare, vt indulgeo inimicis.

Caueo es ui tum per guardarſe diligentemente, vt caue tibi:dicitur quoque caue tibi ab inimico,& ſine datiuo caue ab inimico.caue inimicum: id eſt vita,& fuge:tunc eſt actiuum,& habet paſſiuum in or,licet negent. Cicero ſimile vitium geſtu,motuq; caueatur. Colu.niſi hæc cauentur, & inanis gloria cauenda eſt. Cicero,& Propertius in primo quæque cauenda forent: dicitur non modo caue facias,ſed caue ne facias quamuis Seruius & nonnulli vetant. Cicero in.ii.de Finibus, vt cauerent nequod perficeret. Quint.in nono tu caues ne conſultores,& ſæpiſſime:ſignificat prouideo, prouedere. Cicero ad Appium melius ei cauere volo: per eſſere fatto cauto, & tunc iungitur ablatiuo cum a vel ab. Cic.de claris Oratoribus tibi non ſoluam niſi prius a te cauero: io te do ſecurita,vel pregiaria,caueo tibi. Plin.ad Traianum vt recte reipu.caueant.

Grāma. error.

Seruii & aliquorũ error.

Aſpiro as aui atum per fauorire: interdū habet accuſatiuum cū præpoſitione ad,& ſignificat incumbo,& quaſi toto pectore intentus ſum, vt Scipio aſpirat ad conſulatū ſta attento:& aliquando accedo,& peruenio, vt Cic.nunquā aſpirat ad curiam vene.

Sufficio is eci ctum p abaſtare,baſtare, vt ſufficiūt mihi numi:cum actō:& datiuo p ſubſtituire, vt rex ſuffecit me Petro.i.ſubſtituit loco Petri:me ha poſto in loco: & terra ſufficit humorem.i.dat abunde.da abondantemente.

Fideiubeo es iuſſi iuſſum per pregiare fare ſecuro altro, vt fideiubeo illi pro te.

Satisfacio is ci actum per ſatisfare. Cato de re Ruſtica cum pecuniam ſatisfecerit:dicitur & ſatiſfacio de Antonio.i.pro Antonii debito. per debito.

Sen.cui de pædagogo ſatiſfactum eſt.

Hæreo es ſi ſum p accoſtarſe, eſſere appoggiato, vt ſcalæ hærent muro: ſignificat manere, & eſſe, ſtare, & tunc ablatiuo cũ præpoſitione, & ſine conſtruitur. Sene. in Thye. & nigra piger hæret palude. Idẽ hæret in vultu trucis imago facti: io apoggio, metto, accoſto la mano a lo muro, fit per admoueo manum muro: nec dicas me, vel per me hæret manus muro: nuſquam enim legitur per dubitare cum infinito, vel ablatiuo cũ præpoſitione in, vt hæreo dicere Gel. in xiii. cap. ſecũdo in quo hærebam: hinc hæſito pro dubito.

Incumbo is bui per dare opera, attendere, vt literis: inclinarſe. Dicimus incumbo literis, ad literas & in literas, non tamen ad remos, & in remos: quia qñ corpus ſignificat ſolum datiuum regit. Cice. in hæc ſtudia incumbite: eſt in bonum, & in malum. Cice. Marc. Catoni, in eius incumbite perniciem.

Grãma. error. Pareo es rui paritum licet negẽt per obedire. Vale. in. iiii. parituros viros. Iuſt. fœminæ parituros, & iuriſconſultus. ff. de leg. ii. l. verum ex familia, paragrapho itaq; ait poſtquam paritum eſt voluntati: & . ff. de condi. & de man. l. quem incipit inquit Vlpianus conditioni paritum videtur.

Parco is peperci, & parſi parſum per perdonare. vt parco tibi vel ignoſco tibi. Cic. cæteris ipſe nõ ignoſco: dicitur etiam ignoſco timori, breuitati, hæſitationi, dictis, iracundiæ. Plaut. vero in milite hoc mihi ignoſcas quæſo ait. i. remitte. Cic. in Læl. ſibi ignoſcerẽ cauſam. At qui agit actum in nominatiuo, actus in datiuo, ad quem actus dirigitur in genitiuo, vt parco pœnæ inimicorum. Sueto. tormentis, neque ſupplicio cuiuſque pepercit: ſed quando dicimus ad me, ad te, ad nui, ad vui fit meus a um, tuus a um, noſter a um, veſter a um, vt rex parcit pœnæ tuæ: poteſt fieri per condono, remitto, vt rex remittit pœnam tibi: quæſto non te

lo perdono, hoc tibi non condono, & non dicerem in hoc tibi non parco. Nã hic ſermo ſic intelligitur in hoc ti reſpectum non habeo: la pena perdonata ad te da lo re me noce, pœna remiſſa, vel condonata tibi a rege nocet mihi, & nõ dicerem pœna in qua tibi parſum eſt a rege mihi nocet: hic etiam eſt reſpectum habere: per abſtinere, & hoc eſt proprium verbi, vt parco lachrymis, & inimicitiis, & parco ſtudere. i. ceſſo, deſiſto. Vergil. Parce pias ſcelerare manus: per hauer reſpetto. Dido Ouidiana, Nec mihi tu parcas, puero parcatur Iulo, per conſeruare, reſeruare, & tunc facit præteritum parſi, & habet accuſatiuũ. Gel. xv. cap. vltimo vitam ſibi vt parcerent. Verg. quæ multa talenta gnatis parce tuis.

Acquieſco is eui etum per ſtare al iudicio, al parere de altro: per ſtare contento, vt aquieſco his literis, quas habeo.

Deficio is eci ctum per mancare: quando accuſatiuo cõſtruitur eſt actiuũ, & ſignificat laſciare, abbandonare: & dicitur timor deficit me, & Petrus defecit me. Oenone Ouidiana Deficior prudens artis ab arte mea, hinc hoiem defectum: per rebellare, ſed a quo recedimus in ablatiuo cum præpoſitione a vel ab, ad quem accedimus in accuſatiuo cum ad, vt reguli defecerunt a rege ad pontificem: a deficio apud Terentium. Verg. & Prop. defit in voce paſſiua legitur præter regulam: deficio libris. i. careo: ſono de ſenza: deficio animo. i. terreor, vengo meno, me ſpauento, attereſco.

Annuo is nui per conſentire, affirmare eſt proprie naribus, labiis, aut capite alicui ſignum facere. Apul. in primo annuit.

Abnuo is nui per denegare, ſconducere: quibus accuſatiuus addi poteſt annuo tibi ea, quæ tu mihi abnuiſti.

Nuo is nui p accinnare narib', & labiis ẽ ꝓprie deoꝝ. Nutare eſt capite affirmare. Nictare oculo.

Studeo es dui ſine ſupino per ſtudiare,dare opera,fauorire. Oui.in.ix.cui ſtudeat deus omnis.i. faueat hinc ſtudioſum Lucullum.i.fautorem dixit Cic. & ſtudium fauor,voluntas,& diligentia:sforzare ſe,ingegnare ſe,& tunc requirit infinitum, vel accuſatiuum, ſed intelligitur infinitus. Salluſt. qui ſeſe ſtudent præſtare. Terent. And. horum nihil egregie,præter cætera ſtudebat,deeſt facere.

Conuerſor aris atus ſum p praticare cõ li homini & in li lochi.Cur.in.viii.conuerſari in regia ſolita:hinc cõuerſatio la prattica. Quit.pacꝫ modeſta cõuerſatio ẽ.

Loquutor aris atus ſum per ciarlare, parlare molto. Apuleius.

Obuerſor aris atus ſum per praticare in li lochi,& eſſe,ſeu manere.Cic.pro Sex.ſed mihi ante oculos obuerſatur reipublicæ dignitas. i.ſtat.

Diuerſor aris atus ſum per alloggiare,ſtantiare,habitare, ſtare ad certo tempo in locis eſt frequentius,q̃ obuerſor. Vale.campi Arpinatis diuerſaretur.

Conor aris atus ſum

Nitor eris ſus ſum per ſforzarſe:quæ poſt ſe habent infinitum, vel accuſatiuum intellecto infinito, vt conor hanc rem intelligitur facere : conor etiam ſignificat tentare,vt io tento fare queſto,conor hoc: & aggredi. Cic.de perfecto Ora.magnum opus & arduũ conamur,incomenzamo. Cic.in primo.de Offi.adoleſcẽs quorum conſilio nitatur,ſi ferma,conferma.

Ominor aris atus ſum per indiuinare : quodplerunq; in malum ſonat.

Peregrinor aris atus ſum per andare ad viagio: hinc peregre aduerbium: dicitur ſum, vado, & venio peregre, da fore terra.

Periclitor aris atus ſum per andare ad pericolo: legitur & periclito cum accuſatiuo per prouar, fare proua, experientia, vt periclitor ſortem & amicos.

Proficiſcor eris ctus ſum per partirſe vt proficiſcor ab vrbe, per andare, vt proficiſcor ad vrbem: io me parto da lo regno, & ando ad Roma. Ego ex regno Romam proficiſcor.

Cunctor aris atus ſum per dimorare. Plau. autem in Capti. abi tu hinc cunctas dixit.

Digladior aris atus ſum per fare ad cortellate. Cicero digladientur illi per me.

Lignor aris atus ſum per andare ad legna.
Aquor aris atus ſum per andare ad acqua.
Prælior aris atus ſum per combattere.
Reuertor eris erſus ſum per retornare.

¶De aduerbiis localibus.

ADuerbia localia appellantur a loco, quem ſex modis ſignificant aut ſtatum in loco, aut motũ ad locum, aut motũ de loco, aut motum ꝑ locum, aut motũ locum verſus, aut motũ vſq; ad locũ. Sed hoc eſt ſciendum: quòd quò quærit locum vt quo vadis? Romam: quorſum vero viã vt quorſum is? ſi de itinere dubitas. reſpõde ſurſum, deorſum, horſum. Vbi præcedit, qm̃ omnis motus fit de ſtatu ad ſtatum, Quò ſuccedit: quia finis mouet agentẽ. Omnis enim actio eſt ꝓpter finẽ. Vnde ſubſeqtur qa nullus fit acceſſus niſi facto receſſu. Quà ponitur vltimo: quod nullus cõtingit acceſſus niſi per debitum medium. Quorſum vero, & quouſq; non ſunt tam ſpecies motus, q̃ ipſius motus diffinitiua.

Aduerbia ſignificantia ſtatum in loco.

HIc cqua, in quiſto loco cqui. Illic, la, in quillo loco, lli, Iſtic loco, in quiſto loco, coteſto loco: In-

tus dintro. Foris fore. Vbi doue, in quale loco: & quatuor ponitur modis interrogatiue vt vbi fuiſti? infinite, vt neſcio vbi fuiſti: admiratiue, vt vbi fu ſti o importune: relatiue vt fui Romæ, vbi tu non fuiſti: id eſt in qua, & ſic de quo, qua, vnde, quorſum, & quouſq; intelligẽdum eſt. Vbicunq;, & vbiubi douoncha, in qualoncha loco, in ogni loco, exigunt duo verba. Vbiuis doue voi. Vbique in ogni loco, parte. Vbinam ma in che loco, ma doue. Vbilibet doue ti piace. Alicubi in qualche loco, in alcuno loco. Nuncubi doue mo interogatiue ponitur. Sicubi ſe in alcuno loco, ſe in qualche loco, & duo exigit verba vt colam te, ſicubi conſpexero. Necubi accioche in neſſuno loco, che in neſſuno loco, & non ſignificat in neſſuno loco. & ſic eſt intelligendum de omnibus quæ componuntur cum ne, vt nequo, nequaque ſemper exigant duo verba vt inſequar te necubi maneas. Nuſquam in neſſuno loco. Ibi, & Inibi lla, & in quello loco: inibi li dentro. Apul. multa inibi dicta. Interibi: id eſt interea. Gel. in. iii. et. viii. cap. interibi dum pugna fit. Ibidem lla medeſimo, in quello loco medeſimo, lla puro, pur lli. Alibi & aliubi in altro loco, parte. Plinius in. xxxiiii. aliubi vena. Vtrobiq; in luno, & laltro loco, a tutti dui li lochi. Neutrobique ne in luno ne in laltro de dui loci: dicitur & vtrobique iuriſconſulti: neutrobi. Plaut. in Aul. Vterubi in qual de li dui lochi. Alterubi o in vno o in altro de li dui lochi. Vſquam, & Vſpiam in alcuno loco, in qualche loco. Cominus appreſſo, vicino. Eminus longo lontano. Superius ſopra inferius ingiuſo. Vulgo. i. vbiq;. Verg. vulgo naſcetur Amomum, & vulgo dicitur ab oibus: id eſt cõmuniter cómunemente, paſſim da paſſo in paſſo. Quæ aduerbia iunguntur omnibus verbis ſignificantibus ſtatum vt ſcribo, ſtudeo, manco, ſedeo, & ſimilia. Cicero in tertio de Finibus vt ea, quæ ſunt intus in corpore. Plaut. in Men. intus intra nauim.

Aduerbia ſignificantia motum ad locum.

HVc equa, ad quiſto loco. Illuc lla, ad quillo loco. Iſtuc loco, ad quiſſo loco: dicitur & iſtò. Plin. in epiſt. excurrere iſtò. Intro dentro. Foras fore. Quò doue, ad quale loco. Aliquo ad alcuno loco. Alio ad altro loco, parte. Nuſquã in, vel ad neſſuno loco, i neſſuno loco. Siquo ſe in alcuno loco, ſi in qualche loco. Nunquo douemo interrogatiue ponitur. Quocũq; & quoquo douoncha, in omni loco, parte. Quouis doue voi. Quonã ma doue, ma in che loco. Quolibet doue ti piace. Eò, & illò lla, ad quillo loco. Eodẽ lla medeſimo, puro, pur lli. Vſpiã, ad alcuno loco. vtroq; & vtrò in luno & laltro loco, ad tutti doi li loci. Liuius in. viii. vtroq; exercitus admiſſi. Neutro, & Neutroq;, ne in luno ne in laltro loco, ad nullo de li doi loci. Nequo acciochè in neſſuno loco, che in neſciuno loco. Cominus appreſſo, vicino. Eminus longo, lontano. Surſum ſuſo. Deorſum iuſo. Hæc aduerbia iunguntur omnibus verbis ſignificantibus motum ad locum, vt eo, uado, tendo, curro, & ſimilia.

Aduerbia ſignificantia motum per locum.

HAc per equa, per quiſto loco. Illac per lla, p quillo loco. Iſtac per iſloco, per quiſſo loco. Intus per dintro. Foris per fore. Qua per doue, per donde, per quale loco. Aliqua per alcuno loco. Siqua ſi per alcuno loco, ſi per qualche loco. Quacunq; & quaqua per deuoncha, per ogni loco, parte. Quanam ma p doue, ma per che loco. Quauis per doue uoi. Qualibet per doue te piace. Ea, & illa per lla, per quillo loco. Eadẽ per quillo medeſimo loco, p lla puro. Alia p altro loco, parte. Nequa accioche per neſciuno loco, che per neſciuno loco. Nunqua per doue mo, & ponitur interrogatiue. Vtraq; per luno e laltro loco, per tutti doi li loci. Neutraq; ne per luno ne per laltro loco, ne per tutti doi li loci. Superius per ſopra. Inferius per iuſo.

Hæc aduerbia iunguntur omnibus verbis ſignificantibus motum per locum, ut tranſeo, curro, vado, volo volas, & ſimilia.

Aduerbia ſignificantia motum de loco.

HInc dacqua, per quiſto loco. Illinc dalla, da quillo loco. Iſtinc dalloco, da quiſſo loco. Intus da dentro. Plaut. in Caſi. huc Chalinus intus. Foris da fore. Vnde da donde, doue, da quale loco. Alicunde da alcuno loco. Aliunde da altro loco, parte. Sicunde ſi da alcuno loco, ſi da qualche loco. Vndeuis da doue voi. Vndecunque & vndeunde da douoncha. Vndenam ma da doue, ma da che loco. Vndelibet da doue ti piace. Vndiq; da ogni loco, parte. Necunde accioche da neſciuno loco, che da neſciuno loco. Indidē da la medeſimo loco. Plau. indidē vnde oritur, facito. Inde da quillo loco. Ininde de quillo loco. Liuius: exercitus ininde domos abducti. Vtrinque da luno & dallaltro loco, da tutti doi li loci. Iuſtinus in. iii. Vtrinq; diſceſſum. Neutrinq; ne dalluno ne dallaltro loco, ne da tutti doi li loci. Superne da ſopra, da la banda, parte da ſopra. Horat. mulier ſupne videtur. Inferne da iuſo. Funditus dalle pedamente. Cœlitus da celo. Radicitus dalle radicate, radice: forinſecus da fore. Pli. vtitur: & cato vtrinſecus cupam, id eſt tam ab exteriori, q̄ ab interiori, tanto da fore, quanto da dintro. Hæc aduerbia iunguntur omnibus verbis ſignificantibus motum de loco, vt venio, diſcedo, reuertor.

Aduerbia ſignificantia locum verſus.

HOrſum vero cqua, in quiſto loco. Illorſum verſo lla, in quillo loco. Iſtorſum uerſo loco, in quiſſo loco. Surſum uerſo ſuſo. Deorſum uerſo iuſo. Quorſum uerſo doue, uerſo quale loco. Aliorſum uerſo altro loco, parte. Siquorſum ſi uerſo alcuno loco, ſi uerſo in qualche loco. Aliquorſum uerſo alcuno loco. Quorſumuis uerſo doue uoi. Quorſumcunque. Quo-

quouerſum,& quorſum quorſum, uerſo qualuncha loco. Quoquouerſus, ideſt circum circa intorno intorno. Columel.in.vi. ſi vigintiduo quoquouerſus inter quaternos pedes. Introrſum uerſo dintro. Antorſum verſo auāte. Retrouerſum verſu retro. Quorſumlibet verſo doue te piace. Siniſtrorſum,& læuorſum uerſo mano ſiniſtra. Dextrorſum uerſo mano dextra,antiqui dextrouerſum dicebant: ut Plautus in Rud. Vtrouerſum uerſo luno & laltro loco, uerſo ad tutti dui loci. Neutrouerſum uerſo ne in luno ne in laltro loco. Extrorſum uerſum fora. Occidentem uerſus,uerſo lo occidente. Orientem verſus,verſo lo oriente. Italiam uerſus,uerſo Italia.

Aduerbia ſignificantia vſq; ad locum.

HVcuſq; ſi cquà, ad queſto loco,tempo. Illucuſq;, eouſq;, & illouſq; ſi lla, ad quello loco, tempo. Iſtucuſq;, uel iſtouſq; ſi loco, ad queſto loco. Plin.iiii. epiſtolarum,iſto uſq; penetraſſe, introuſq; ſi dentro. Foraſuſq; ſi fora. Quouſq; ſi doue, ſi ad quando, ſi ad che loco,parte,quanto lontano. Vſque iungitur omnibus verbis motum ad locum ſignificantibus, ſicut verſus. Non prætereundum eſt ea aduerbia, quæ aſſumūt cumq; uel quæ geminantur,duo uerba exigere, accommodariq; proximo, ut ubicunq; fueris,ueniam, & quo quo iueris,amicos inuenies.

De locorum conſtructione.

PRopria vrbium nomina primæ, & ſecundæ declinationis ſtatum in loco ſignificantia ponuntur in genitiuo, ut maneo Capuæ, & Tarenti. Significantia motum ad locum cuiuſcunque declinationis in accuſatiuo ſine præpoſitione,vt eo Capuā, Tarentum, Carthaginem. Significantia motum de loco in ablatiuo ſine præpoſitione, vt venio Tarento,Carthagine,Puteolis:per locum in ſeptimo caſu,vel in accuſatiuo cum præpoſitione per. Probus in Poloda, cum iter faceret

p Thebas. Curtius.in.vi. Mileto tranſierat: poſſumus addere præpoſitiones. Cic in Catone, cognomen ab Athenis reportauit. Sal. Brutus ab Roma aberat. Cice. in Verrem, ad Meſſanam venit: & in primo de Diuinatione, uenisſe de Dyrrachio, & ſæpiſſime. Nomina vrbium tertiæ declinationis, vel pluraliter tantum declinata ſignificantia ſtatum in loco in ſeptimo caſu, nec dicas ablatiuo. Quia ablatiuus ſignificat ablationem, dicendo, maneo Carthagine, non ſignificat ablationem, ſed ſtatum, ideo non in ablatiuo, ut aiunt, ſed in ſeptimo dicas caſu. Li.in.vi.tertiæ Decadis, morari Carthagine, & ibidem quoad Carthagine morati ſunt: & in ſeptimo, Annibal Italiam prouinciam habeat diutius ibi, ꝙ Carthagine vixerit. Iuuena. aut Fruſione paratur. Cic. in Phi. Narbone & ad Seruium eſſe Sytione, & ſæpiſſime, & ſic frequentius vtimur, ꝙ in octauo caſu, id eſt datiui voce: ne dicas in datiuo ut præcipiunt. Ser. Fe. & nonnulli quoniam non acquiſitionem uti datiuus ſignificat, ſed ſtatum. Apule. Carthagini ait. Plaut. in Ciſt. fuere Sycioni. Suet. in Cali. Tyburi genitũ. Plin. ſupplicium Tyburi concupiſceret: ſed ſi nominibus vrbium addimus adiectiuum: tunc cum præpoſitione dicimus eo in, vel ad Romam ſanctam, & venio à Venetiis diuitibus, & tranſiui per pulchram Florentiam, & manſi in nobili Carthagine, licet ſine præpoſitione legatur. Ouid. in epiſto. doctas ibit Athenas, ſed non vterer niſi in carmine. Domus, humus, rus, & militia ſequuntur ꝓpria vrbium nomina, vt domi, & in domo. Vale.in.iii.in domo educaretur. Quint. in domo furtũ factum. Cice. pro Cluen. domi huius mortuus eſt: dicitur ille manet domi Ioannis: dicimus. ſum domi, non domus in genitiuo: quia ſequitur regulam urbium. Vrbium enim nomina non leguntur quartæ & quintæ declinationis, ut patuit, uado domum, & in domum. Pli. de viris Illu. in domum Collatini venit. Sal. in do

Grāma. error.

Seruii. Feſti & nonnullorũ error.

mum produxit:tranſeo,& venio domo; & interdũ cũ præpoſitione,Sene.in Decla.de domo niſi exirem:hu Diomẽ mus in genitiuo & ablatiuo tñ:licet Diomed.neget,vt error. ſedeo humi,& ſurgeo humo: dicitur humi, ideſt intra humũ. Col.ſeſe frutex humi diffundat.Hora.in Arte, ſerpit humi,ideſt ſup humũ. Apul.in.i.humi cubitans, ideſt in humo iactatus,iactato in terra:militia in genitiuo ſolum,ut ſum militiæ.Vale:tamen in.ix.plus criminis domi,q̃ laudis in militia meruit dixit. Cæteri horũ nominum caſus nunquã ſine præpoſitione ponuntur. Horat.ad humum mœrore graui deduxit.Gel.in.ii.in militiam ire: dicimus belli in genitiuo in loco tantum. Cic.de Offi,vel belli,vel domi:in.ii vero de Offic.ait, ducem bello,nec principẽ domi:in plurali vtimur cum præpoſitione,& non ſine.Pli.in.xviii. in noſtris domibus erant,licet poetæ licentioſe vtantur. Oui.Quo ruitis?veſtras quiſq; redite domos.Cic.tamẽ ad Pont ait, reliquas ſuas domos comportant. Rus ſignificans ſtatum in loco in octauo caſu ſemper:quia(ut patuit) nomina tertiæ declinationis ponebantur etiam in octauo caſu.Ci pro Sexto Roſc.ruri ſemper habitant, q̃uis in ſeptimo caſu quoq; legitur, ſed in poetis frequentius, licet Feſt.& nõnulli negent. Plau.in Caſ.rure icubabo. Feſti & Tib.in.ii.modo rure puellæ. Mart. rure morans quid nonnul agam.Horat.in epiſt.pollicitus rure futurũ.Ouid.in.ii. lorũ er- de Arte,rure erit,& dicet,veniet Cic.ad Att.xiii.Atti- ror. cã rure eſſe arbitror. Pli.viii.rure omaſum edidiſſe. Colu.rure cõtineri.Pau.Iuriſcõ.xviii.digeſt.rure ſit enixa. Idem in eodem neptem ex filia prægnantẽ rure agentem,q̃uis grãmatici negauerint. Hæc omnia quando locum verſus, aut vſq; ſignificant in accuſatiuo ſine præ- Grãma. poſitione eſſe debent, & cum præpoſitione ſed rarius. error. Cic.pro Deiota.vſq; ad Numantiam. Hircius in.vi.de bello Hiſpano ad Cordubam uerſus:& uerſus ſemper poſtpõitur,nõ vt præpoſitio,ſed tanq̃ aduerbiũ, ut eſt

apud Græcos,vt Romam verſus vado. Soli.vero præpoſuit dicens; qui excipit reuertentes verſus occaſum. Pli.in tertio,ca.primo,verſusq́; in occaſum.Fabius Pictor, cæteꝝ in decliuo ad ima verſus Circū Maximū. & Var.Ad Florales vſus verſus Capitoliū vetus.Vſq; vero præponitur,& poſtponitur,vt Romā vſq;,& vſq; Romā. Verum hæc quatuor prædicta nomina ſi iunguntur adiectiuis exceptis meus,tuus,ſuus, noſter, veſter,& alienus admittunt præpoſitiones etiam in iſtis, ſed non ita frequenter, vt maneo in pulcha domo, & venio de rure feraci,& eo in magnā domum,& trāſeo p domu magnam.Ouidius in Fa. Suſtinet in vidua triſtia ſigna domo: & in ſecundo de Remedio, nunc in arenoſa laſſa iacebat humo.Quint.manſurus in illa domo.Sen.in Cōtrouerſiis,in hāc ego domū ibo: legitur ſine præpoſitione, ſed nō vterer niſi in carmine. Oui. in epiſtolis,nuda recumbis humo: & in ſecūdo de Remedio,Eſt tibi rure bono generoſæ fertilis vuæ: dicitur non modo, licet hoc ſit vſitatius, & imitatione dignius ſum domi meæ,tuæ,ſuæ,noſtræ,veſtræ, & alienæ: vt Cice.ad Marcell.domi tuæ eſſe, q̃ cū periculo alienæ,ſed in domo mea.Sen.in Theb.dum in domo nemo eſt mea. Audio nonnullos anxie ſciſcitari nomina vrbium ex duobus integris cōpoſita quā ſequantur regulam propriorum nominum,an appellatiuoꝝ. Ipſe proprioꝝ nominum reſpondit quod patet ex Sueto.in Cæſare, quos rogatione Vatinii Nouū Comum deduxiſſet, & in Galba Carthagine noua cōuentum agens. Prouinciarum, regionum, locorū, fluuiorum vallium, montium,& cætera nomina & appellatiua ſuis iunguntur præpoſitionibus, & illos regunt caſus, quibus ſeruiunt præpoſitiones,vt fui in Apulia. Val.autem ſenectutem Cypri profugus egit. Idem militibus Aegypti occiſos cognouit.Idem capreas Cretæ genitas.Victruuius cedrus inquit, naſcitur Cretæ & Aphricæ. Apul.

ſecundo Theſſaliæ, te conſiſtere. Suet. in Domi. natus eſt regione vrbis ſexta: ſi hominem denotamus: dicitur fui cum Franciſco. Notandũ eſt: quod dicitur fui in ſyluis & domi. Quint. in. ii. potiorem in ſcholis eruditionem eſſe, q̃ domi. Val. in primo, Antiochiæ, & Ptolemaide: ſi motum ad locum in accuſatiuo cum ad, uel in potius, vt in Aſiam vado, & ſine præpoſitione. Sueton. in Augu. ab Actio, cum Samum inſulam in hyberna ſe recepiſſet: ſi hoiem cum ad vt vado ad Antoniũ, & non in Antoniũ, niſi contra ſignificaueris. Eſt quoq; notandum: quòd nomina ꝓpria hominũ pro nomine loci ponuntur. Terẽ. ad Chremetem veni. i. in domum Chremetis. Verg. aperitur Apollo. i. templum Apollinis: & interdum pronomina idem ſignificant. Terent. erimus ad me, ideſt in domo mea, ſi ſignificát motũ ꝑ locum in actõ cum ꝑ, vt tranſeo ꝑ Apuliam: ſi de loco in ablatiuo cum a, vel ab, vel ex, vel e, vel de, vt venio ex Apulia: dicitur & ſine præpoſitione. Sol. Græcos vrbe depellendos. Sall. in Iug. iuſſus à ſenatu Italia diſcedere. Plin. de. vi. Illuſt. Italia expulit. Idem Sicilia, & Sardinia, & cæteris inſulis decederent. Cic. ꝓ Põpeio, Siciliã adiit inde Sardiniam venit, & ſæpiſſime: ſi locũ verſus in actõ cũ verſus & ad, vel in vt, in Italiã uerſus nauigo, ſic & uſq; ad locũ ut uſq; ad, uel in Italiam erã nauigaturus & Iuſtin. in. v. Pireum uerſus. Notandum eſt quod uſq; cum ablatiuo etiam legitur cum præpoſitione. Suet in Vite. à Carpatio vſq; fretoq;. Pla. in Aulu. elinguandum dedero uſq; ab radicibus. Ter. ex Aethiopia eſt uſq; hæc. Fluuioꝝ, montium, vallium, & ꝓuinciaꝝ nomina ſi ſunt ꝓpria cur ꝑ appellatiuis ponũtur à grãmaticis? quia montes, flumina, & prouinciæ ꝑ plurima extenduntur loca, in quibus cum ſuum obtineant nomen tanq̃ pluribus cõia locis appellatiuorum ſibi præpoſitiones uendicant, & illis admiſcentur.

¶De imperſonalibus.

IMperſonale verbum, quod Græci aproſopon vocant eſt,quod caret numeris & pſonis,& dicitur forma,ſiue figura.ut ait Quintilianus tertiæ pſonæ: & quod eſt in forma, ſiue figura tertiæ perſonæ non eſt tertia perſona. Vt enim dei ſimulachrum non eſt deus; ſed quædam forma,ſiue figura,ſic figura tertiæ pſonæ

Grāma. error.

imperſonalis. Idcirco deridendi ſunt tradentes impſonale habere tantum tertiam perſonam: vel eſt,quod caret certis perſonis,& numeris: vel quòd numeros perſonaſq; habet confuſas. Nam ſic definiendo aliquas habere perſonas, & numeros ſignificaremus, quod eſt falſum, cum neutrum habeat. Quæritur cur imperſonale non habet ante ſe nominatiuum: quia caret numero & perſona:nominatiuus eſt perſonæ finitæ,ideo nominatiuus non datur uerbo imperſonali. Patet ergo quare non habet perſonas, nec numeros. Quæritur etiam, cum careat numero, cur non dicitur innumerale ſicut imperſonale: quia perſona eſt dignior numero; & denominatio fit à digniori, perſona naq; facit numerum,& non numerus pſonam. Sunt tñ,qui ſic imperſonale habere perſonam, ſed fruſtra (vt patuit) contendunt:ut enim informis mulier non quæ caret oīno forma,ſed quòd male formata eſt,& frigidū noncupamus hominē,non qui penitus eſt expers caloris: ſed qui minimo hoc vtitur:ſic impſonale,nō quòd penitus careat pſona, ſed quòd nō aperte vtitur: cū ſit ī figura tertiæ perſonæ quod ſi eſſet,haberet nominatiuū:ſunt quoq; aſſerentes dici imperſonale ab in.i.valde quaſi valde pſonatum cum omnes contineat,vt Martianus, pſonas; nullam habet certā. Sine nanq; perſonis nō intelligitur: & ſic Diomedes,& nōnulli uolunt flecti. Curritur ſcilicet à me,à te,ab illo,à nobis, à vobis, ab illis, quod ultimū eſt ridiculum. Impſonale nanq; vt inferius liquebit,nullo conſtruitur caſu, aut ſi conſtruitur, exprimitur:& eſt duplex,actiuæ,aut paſſiuæ vocis:actiuæ definit in

Martiani Diomedis & nonnullorū error.

nit in T,vt tædet,paſſiue in tur,vt ſeruitur.

IMperſonale paſſiue vocis formatur a tertia perſona præſentis indicatiui addita ur,vt curritur: ſed lectum eſt quando eſt imperſonale eſt vna dictio, & non duæ (vt aiunt)quia tunc eſſet paſſiuum: & hæc præterita im perſonalium non formantur a participio & verbo ſum. Quoniam imperſonalia ſignificant ſemper actionem; ſed ſi rem tantum intelligimus abſolutam, tum ſignificant paſſionem,vt curritur,id eſt curſus fit, ſtatur ſtatio fit.Paſſiua vero ſemper paſſionem:legitur præterea ſeruitum fuit,a ſeruitur imperſonali, non autem a paſſiuo ſeruior,quod nuſquam legitur, nec paſſionem ſignificat;ſed formantur a primo ſupino & eſt, vt lectum eſt; & eſt vna dictio compoſita.Quæritur ſi imperſonale ſignificat ſemper actionem vt a me curritur; id eſt ego curro,cur iungitur ablatiuo: cum obliqui non habeant naturam recto modo ſignificandi actionem.Quia cum nominatiuum(vt patuit)habere non poſſit,accipit ablatiuum habentem naturam nominatiui.Nam nil aliud eſt ſi dixeris a me curritur,quàm ego curro.Eſt quoq; ſciẽdum:cur imperſonale paſſiue vocis præcedit illud vocis actiuæ: quia ſignificatio eſt potior voce: ſignificat nanq; actionẽ,licet vox ſit paſſiua.Imperſonalia quoq; actiuæ vocis non omnia ſignificant actionem, vt patebit inferius.Imperſonalia paſſiuæ vocis formantur a neutris acquiſitiuis, & abſolutis tantum, & q̃ rariſſime ab actiuis non ab aliis,licet Apul.in.iiii.mœretur, fletur,lamentatur dixerit.Plau.in Capt.quaſi cum caletur; & in Pſeud.egetur miſere. Saluſt.in Iug.ab eiſdem regis fautoribus enixum eſt, Plin.in.x.cap.xxx.cum earum ope indigetur.Plin.xxvii.ex eo medetur oris vlceribus,& ante ſe,& poſt nullo conſtruuntur caſu, vt curritur,ſtatur:poſſunt habere ante ſe ablatiuum agentem cum A,vel ab,non ſolum illorum nominum(vt aiunt) generalitatem ſignificantium vt omnes,reliqui, cæteri;

Grãma. error.

Quorũdã error

Impſonalia cũ caſu.

& ſimilia, quoniam inuenta fuerunt imperſonalia cauſa generalitatis, vt itur, ſcilicet ab omnibus: ſunt etiam qui dicunt cauſa ornatus, qui fit a varietate, vt a me ſeruitur tibi, quod tantum ſignificat, quantum ego ſeruio tibi: & aliquando neceſſitatis, quæ fit ex conſuetudine vtendo vſitatis, & non inuſitatis, ut miſereo: aut fit ex natura, quæ eſt aut finita, vt eſt in ſuperioribus quinque verborum generibus, aut infinita, hoc eſt cum pars ſenſus deficit imperſonali enunciatur, ſed aliorum quoque nominum. Tacitus in nono trepidabatur a Cæſare. Cicero in ſexto epiſtolarum: ſed nihil eſt a me ſeruitum tempori. Idem Acad. primo nunciatum eſt nobis a Marco Varrone veniſſe. Liuius, migratum a parentibus. Cæſar in tertio de Bel. Galli. ab hoſtibus pugnatur, & in quinto a noſtris reſiſtitur. Seneca epiſtolarum quinto ſapienti nocetur non a paupertate: fugitur quoque octauo caſu. Mart. Non bene, crede mihi, ſeruo ſeruitur amico. Cicero ad Atti. mihi vero deliberatum

Quorũdã error

eſt. quidam aſſerunt non formari ab actiuis, quos Cicero pro Planco refellit, nõ poſtulatur a nobis, & in epiſtolis, poſtulatum eſt: poſt ſe ſi acquiſitiua, vel abſoluta

Quorũdã error

neutra ſunt, habent caſum uerbi unde formantur. Non prætereundum eſt: quod non dicitur a me honoratur magiſtrum, nec aratur terram per imperſonale, ut quidam tradunt, ſed per paſſiuũ a me honoratur magiſter, & aratur terra. Quamuis me non prætereat eſſe nonnullos contendentes, probanteſq; ſimilitudine, & autoritate poſſe dici imperſonaliter aratur terram, legitur lectionem, curritur uiam: ſimilitudine. Sicut enim verbalia regunt caſum uerbi, unde ueniunt, ſic & imperſonalia. Verbalia caſum regere patet ex Plauti Aſinaria, quid tibi huc receptio ad te eſt meum uinum, & in Aulula. quid tibi nos mendice homo tactio eſt? autoritate Horat. in ſecundo epiſtolarum, ut qui nunc ſatyrum, nunc agreſtem Cyclopa mouetur. Stat. in. iiii. Theb. inclinat

Bacchi latices & munera uerni lactis, & acteos imbres ſuadumq; cruorem Manibus aggeritur quantum bibit arida tellus. Cic.primo de Offi. potuit fortaſſe contingere nobis nō idem, qui imitamur quos cuiq; uiſum eſt ad eorum ſtudia, inſtitutaq; impellimur. Plaut.in Aul. opulento ſit petitum pauperioris gratiam. Quint.ii. efficietq; illum qualis hic fuit luctando, pugnando, quem utroq; certamine eiſdem diebus coronabatur inuictum: hæc illi. Nos autem omiſſis uerbis ſic reſpondemus ſermonē latinum non ſimilitudine, qua plurima quin propè infinita cōprobarentur, ſed uſu conſuetudineq; probatorum, conſtare, ad quos tanq̃ ad anchoram confugiendum eſt. Quos vero citant autores uel non intelligunt, uel corrumpunt, quod ita eſſe ſic oſtendimus. Horatius enim ſic eſt intelligendus, ut ille mouetur, qui agit.i. repræſentat nunc ſatyrum, nunc agreſtem Cyclopa: agit ergo verbum intelligitur per apoſiopeſin, id eſt reticentiam poetis quàm vſitatiſſimam, quæ fit, ut in figuris patet, vbi certum intelligitur uerbum: hoc magis probo q̃ ut intelligatur per ſynecdochen, uel per figuram græcam, ut illud Vergilii expleri mentem nequit Dido: ſunt tamen codices qui imitatur habent, & non mouetur, & tunc ſenſus, latinitasq; erit dilucidiſſima.

Horatii locus.

Statius ſic eſt ordinandus, ut cruorem regatur a uerbo inclinat, & non aggeritur, ubi intelligitur tantum, ut ſit tantum aggeritur, quantum bibit arida tellus.

Statii locus.

Ciceronis uerba ſic perpenduntur nobis non idem repete ſuperius uerbum cōtingit, qui imitamur illos ſcilicet quos cuique uiſum eſt ſcilicet imitari, atque quæ dictio in uulgaribus, & mendoſis deeſt codicibus, atque ad eorum ſtudia, inſtitutaq; impellimur.

Cice. locus.

Plauti locus ſic reſtituitur opulentus it petitum pauperioris gratiam.

Plauti locus.

Quintilianus uero ſic ſcripſit quorum utroque certamine in iiſdem diebus coronabatur: inuictum, & non quem, & inuictum participium refertur ad pronomen illum, non

Quinti. locus.

adcoronabatur. Studeant ergo emaculatis codicibus,& autorum verba perpendant, ſic in errores non incidẽt, nec ingenia legentiũ obtenebrabunt.

¶De Imperſonalibus actiuæ vocis.

INtereſt per eſſere vtile, appertenere. Plinius cuius extera indagare nec hominum intereſt, quamuis hic pro vtile eſſe exponi poſſit. Val. nihil intereſt an humi, an ſublime putreſcam, importa, monta: ſi infinito iũgitur, eſt imperſonale,& genitiuo patiente ante ſe, poſt ſe cum infinito agente, vel clauſula conſtruitur vt diſcipuli intereſt ſtudere lectioni, a lo ſcholaro è vtile ſtudiare, vel diſcipuli intereſt, vt ipſe ſtudeat lectioni, a lo ſcholaro è vtele che ſtudia la lettione: dicitur quoq; ſtudere lectioni intereſt diſcipuli: dicitur etiam, vt Pli. xix. cap. viii. ſeri radices illitas fimo intereſt: vbi ponitur abſolute cum infinito paſſiuo: qui genitiuus non regitur ex vi infinite, ſed ſubſtantiui re, vel res, vti in re diſcipulorum eſt,& res diſcipulorum fert ſtudere; conſtruitur etiam ablatiuo poſſeſſiuorum mea, tua, ſua, noſtra,& veſtra pro genitiuis primitiuorum pronominum mei, tui, ſui, noſtri,& veſtri: quoniã genitiui primitiui (vt in primo patuit) tantum ſignificant paſſionem, vt amor mei, qui habetur de me: deriuatiui autem ſignificant actionẽ, vt amor meus, quem ego habeo; ſi diceretur ergo intereſt mei, ĩtelligeretur in vtilitate, quæ habetur de me: quod eſt contra ſenſum dicentis; ſed dicendo intereſt mea intelligitur in re mea eſt, quam habeo, vel habere cupio: dicitur etiã cuia, a ntõ cuius cuia cuium,& cuius a noiatiuo qs vel qui. Cice. pro Varrone, detur, ei, cuius interfuit. Idem de Offi. ii. cuius interſit. Quint. in Declamat. cuius non intereſt; & hoc de numero intelligitur ſingulari. nam de plurali quorum dicimus & non cuia. Cic. Acad. ii. medici quorum intererat id noſcere,& in iii. de Offi. quorum interſit: aliquando cuius cum ſuo legitur ſubſtantiuo. Cic. in publiũ Seruilium cuius cõſilii

magni referebat, non dicitur cuia cõſilii referebat, & in cõpoſitione dicitur cuiuſq, cuiuſdam intereſt, nõ cuiaq; & cuiadã. Dicimus etiam quod mea, tua, ſua, noſtra, veſtra intereſt, vel refert, nõ dicitur quod cuia intereſt, vel refert: ſed quod cuius refert, dicitur quoq;, vt ait Cic. in vii. epiſtolarum quod mea interſit, & vtriuſq; noſtrum, & in. iii. vtriuſq; noſtrum magni refert: nõ dixit vtriuſq; noſtra: dicitur etiã, vt ait. Cice. ad Atti. illud mea magni intereſt. Eſt ſciẽdum: quod mea, tua, & reliqua in intereſt, ideo ſunt ablatiui. quia intereſt componitur ex in & re mutata re in er, & T litera interpoſita, quod ex Plauto patet nihil in re eſt mea: dicitur ergo intereſt mea: id eſt in re: id eſt vtilitate eſt mea. Res nanq; inter cætera ſignificat vtilitatẽ. Ter. ſi in re vtriq; eſt. Idcirco mea potius dicimus, q̃ meo, vt cõgruat cũ re. Nõ prætereundum eſt hoc vulgare ad me Ioanne è vtele ſtudiare: grãmatici præcipiunt, vt dicatur mea Ioãnis intereſt ſtudere. Ego cùm apud autores legiſſe nõ memini non dicerem, ſed mihi Ioãni prodeſt, conducit, expedit, eſt vtile ſtudere. Sciendum eſt non poſſe dici noſtra ſoloꝝ, noſtra vnorum intereſt ſeu refert, ſed noſtra ſolum, veſtra tantum intereſt. Cice. ad Atti. ſed quantum mea interſit exiſtimare: dicimus etiam hoc intereſt mea, qui ſum Ioannes, cuius eſt vulgare, queſto è vtele a me che ſo Ioanne, & nõ queſto è vtele ad me Ioanne, & ſic de ſimilibus dices. Plin. iunior illius magis intereſt, q̃ mea, q dedi: quoniã ad perſonam refertur, & non ad vocem. Idẽ in. iiii. Intererat veſtra, qui patres eſtis. Terent. in Adel. id mea, plurimũ refert, qui ſum maior natu. Quãdo nõ ponitur demõſtratiue fit per mei, tui, ſui, & per reliqua vt a lo mio maſtro è vtile legere, mei præceptoris intereſt legere, & veniunt a deriuatiuis meus, tuus, & a reliquis: dicitur quoq; per hæc nomina ſed aduerbii loco vt aiũt, ſiue æſtimationis ratione, vt regis magni refert, principis parui intereſt magni, parui, tãti, quãti, intereſt.

Quorũdã error

Grãma. error.

Cice.permagni intereſt:non tamen dicitur maioris,uel pluris,maximi uel plurimi intereſt,uel refert:ſed magis uel maxime refert,uel intereſt niſi ratione pretii poneretur. Plaut.in Rud.nihilo pol pluris tua hoc,q̃ quanti illud mea refert: & per hæc aduerbia facile, multum, plus,plurimum,parum,paulum, paululum, nihil,magis,minus,maxime,minime,intereſt, ſeu refert: ſi non habet infinitum, eſt perſonale in tertia tantum perſona,& nominatiuo agente, & poſt ſe genitiuo patiente, aut illis ablatiuis conſtruitur,ut hoc intereſt diſcipuli,& mea:raro alium cum refert accipit nominatiuũ, quàm horum pronominum ille, ipſe, iſte, hic,is & quis,uel qui,& in neutro ſingulari: nec dicerem ſic libentius regulæ interſunt diſcipulorum nec ſcientia intereſt doctorum,cum non legatur in uſu frequentiori, quamuis dicat. Cice.ad Atti.iii.non quòd mea intereſſet loci natura,& in.iiii.de Finibus quid interſit naturæ quæq; progreſſio,& ad Atti.quid refert una ſententia oĩum. Plin. xviii. plurimum refert ſoli cuiuſq; ratio. Idem longitudo in his refert,non craſſitudo,ſed dicerem libentius regulæ conducunt,proſunt,cõferunt.ſunt vtiles, & per ſimilia:de hoc verbo plura diximus in fine neutrorum:dicitur intereſt noſtræ laudis,& ad noſtram laudem: id eſt vtile,vel magni ponderis eſt Cice Luceio equidem ad noſtram laudem non multum video intereſſe.

Grãma. error.

REfert per appertenere, eſſere vtele, licet negent. Sallu.in Iugu.magis refert me mihi,q̃ vobis timere,& conſtruitur,vt intereſt,niſi quod in hoc mea, tua, ſua,noſtra,veſtra, & cuia ſunt nominatiui:quoniam refert componitur ex res litera S expuncta euphoniæ cauſa, & fert:nihil enim aliud eſt mea refert ſtudere, q̃ res mea fert ſtudere: ad me Ioanne appertene correre non dicerẽ libẽtius mea Ioãnis refert currere, vt aiunt, (Grãma. error.) cum non ſit in uſu frequentiori, ſed vt patuit in intereſt quãuis Cecilius,vt eſt apud Marcellum, vide mea ho-

minis quid referat dixerit. Hora. vero in primo Sem. datiuo iunxit qd refert intra fines naturæ viuenti: eſt perſonale in tertiis tantū pſonis, vt hoc nihil mea refert: che monta, importa che ſedi in terra, quid refert humi ſedeas: che piu, vel che differentia è ſi leggi, o ſcriui: quid refert, legis, an ſcribis: che me fa, che me curo ſi non ſtudie, quid mea refert, ſi non ſtudes, che te cala, biſogna parlare, qd tua refert loqui: dicitur magni refert aſſai importa: parui refert poco importa, ſic & de ſimilibus.

EST legitur per appertenere, eſſere officio cōſtruitur gtō patiēte, & infinito agente, vt præceptoris eſt legere: id eſt pertinet, vel officium eſt: dicitur quoq; legere lectiones eſt præceptoris: qui genitiuus, cuius mei, tui, ſui, noſtri & veſtri dicimus cuium, nō regitur ex verbo. eſt, ſed ex ſubſtantiuo officium expreſſo, vel ſubintellecto. & ſic ſemper erit perſonale: ſed pro genitiuis, meū, tuū, ſuū, noſtrum, & veſtrum in nominatiuo: quia intelligitur officium, ſed demonſtratiue, vt ad me appertene, uel officio mio è ſtudiare, meum eſt ſtudere Cice. pro L. Cornelio neq; eſt meum, & ad Torquatum tuum eſt ſic agitare animo. Quando vero dicimus officio è de lo mio maſtro leggere, ſit mei præceptoris eſt legere, quia non ponitur demonſtratiue. Colu in. v. prudentis agricolæ eſt vitem conſerere. Eſt quoq; perſonale, & noīatiuo agente, & accuſatiuo patiente cum ad cōſtruitur, vt lego, quod eſt ad diſcipulos, id eſt pertinet. Terent. in Phor. nam nihil ad hanc rem eſt: legitur cū noīatiuo & genitiuo. Ci. ii. de Diuin. illud erat philoſophi totius augurii primum naturam videre.

Attinet bat
Spectat bat
Pertinet bat per appertenere: quæ verba quando habent poſt ſe infinitum agentem ſunt imperſonalia, & ante ſe uolunt accuſatiuum patientem cum ad, vt ad me attinet inſeruire regi: dicitur etiam inſeruire.

regi attinet ad me, ſi non habent infinitum, ſunt perſonalia in tertiis perſonis, & exigunt ante ſe nominatiuum agentem, poſt ſe accuſatiuum patientem cum ad, vt virtus attinet ad bonos. Quintilia. vero in. vii. pertinet in vtranq; partem dixit. Pertinet quoq; perſonale ſignificat pertingo, peruenio, contingo. Cic. de Natura deo. eaq; ad pulmones vſq; pertinent, ibidem partes iecoris cōfluunt ad quas omnes eius vitæ pertinent, Cæſ. qui ad Oceanum pertinent. Idem omnia flumina, atq; oēs riuos, qui ad mare pertinebant. Idem quæ pertinebant ad mare, ueneuano, toccauano.

Placet bat cuit, & placitum eſt. Suet. in Cæſ. quos placitum eſt per piacere, eſſere contento a Cypriano ſi hominibus placetur paſſiue dicitur.

Diſplicet bat cuit per diſpiacere.

Conducit bat uxit p eſſere vtile, in tertia tm̄ pſona

Expedit bat iuit

Contingit bat per accaſcare, euenire, accade-

Accidit bat dit (re, interuenire. Cōtingunt bo

Euenit bat nit (na, & per ſortem in portionem: per fare gratia, vt Dio lha fatto gratia che è morto, contigit oppetere. Accidunt mala. Euenit vtrunq;, maxime per ſortem de magiſtratibus: quæ tria verba in tertiis perſonis, non in aliis leguntur perſonalia: & interdum confunduntur.

Præſtat bat ſtitit per eſſere megliore in tertia perſona.

Libet buit & itum eſt per piacere, hauere volunta deſiderio.

Patet bat uit per eſſere manifeſto.

Liquet bat ſine præterito

Conſtat bat ſtitit in tertia pſona. Cicē. ad Cæſarem Iuniorē, cū cōſtet Lupercis id vectigal dediſſe, & in epiſtolis te ex Aſia Romā verſus profectum eſſe cōſtaret. Idē inter oēs conſtat neminem eſſe reſalutatum.

Prodeſt erat fuit per giouare. Vergil. xi. nec ti-

bi deſertæ in dumis coluiſſe Dianam profuit.

Sufficit ebat ecit per abbaſtare, baſtare.

Suppetit bat tit per venire in mente.

Licet bat cuit & licitum eſt per eſſere licito. Sene. multa enim non licent.

Reſtat bat ſtitit per reſtare.

Vacat bat uit per hauere cōmodità, tempo, ocio, eſt ſemper impersonale.

Competit bat tit per conuenire. Quæ verba

Conuenit bat nit (ſi iunguntur infinito agente ſunt impersonalia, & ante ſe poſcunt datiuum patientem, ut mihi placet legere: dicitur quoq; legere mihi placet ſi non habent infinitum, ſunt perſonalia, & nominatiuum agentem, & datiuum patientem exigunt, vt lectio placet mihi. Non prætereundum eſt verba, quæ habent ante ſe infinitum loco nominatiui poſſe ferè inter impersonalia connumerari, vt omnibus obeſt amittere tēpus, & honorē. Verg. in Georg. Sæpe etiā ſteriles incendere profuit agros: leguntur etiam uerba paſſiua cū infinitiuo loco nominatiui. Verg. ſi datur Italiam ſociis & rege recepto tendere. Val. acta excellentiſſimorū viroꝝ humiliter æſtimare ſine inſolentiæ reprehēſione permittitur. Eſt ſciendū: à quibus verbis neutris actiuæ vocis impersonale formatur, ab eiſdem non formatur impersonale paſſiuæ vocis, ſic & econtrario.

HAec verba, quæ ſequuntur ſi ante ſe accuſatiuo patiente, & poſt ſe infinito agente conſtruūtur, ſunt impersonalia, vt nos decet parere ſenibus, dicitur & parere ſenibus decet nos. ſi nō habent infinitū, ſunt perſonalia, & uolunt ante ſe nominatiuū agentem, & poſt ſe accuſatiuum patientem, vt virtus decet omnes.

Decet bat cuit per cōuenire, ſtare bene, eſſere honeſto: quod eſt perſonale in tertiis tantum perſonis in vtroque numero: datiuo quoque iungitur Græcorum more, & ſignificat conuenire. Quintil. viii. decet luxu-

rioſo. Gell.in.viii.cap.xv.ætati ei decebat. Cice.in ſecundo de Orat.deceat prudentiæ.Sal.q̃ victoribus decebat.Plau.in Amphi.generi nõ decet,& ſæpius apud hunc: & Terentium & nonnullos legitur : huius contrarium eſt,dedecet per eſſere deshonore, non conuenire,non ſtare bene,non eſſere honeſto.

Iuuat bat uit per iuuare,delettare.

Delectat bat uit p delettare,dare piacere,ſolazzo.

Oportet bat tuit p eſſere neceſſario,biſogno:quod eſt ſemper impſonale:licet Ter.dixerit in And. quæq; oportent:& Quintil.in.viii.dicere quæ oporteant. Si vulgare dabitur per perſonale, fiet per egeo, vt io ho biſogno de libri,ego egeo libris, vel mihi opus eſt libris in ſeptimo caſu,uel ſunt mihi opus,ſiue neceſſe libri.Oportet etiam ſignificat decere,ſeu cõuenire.Oui. lude puer,nec te qdq̃ niſi ludere opõrtet,& ſæpiſſime.

Lædit,offendit per nocere,vt ſcibere lædit ſtomachũ, & bibere vinum offendit mentem legere fecit me multa ſcire.Horat.ſcribendi recte ſapere eſt. Verũ non me adeo fallit veritã te mœnia noſtra Suſpectas habuiſſe domos Carthaginis altæ.

HAec verba ſunt ſemper impſonalia, & exigunt añ ſe actm̃ patientem, & poſt ſe infinitum agentem, vel ante ſe accuſatiuum patientem, & poſt ſe genitiuũ agentẽ,ut me tædet ſcribere,& me tædet tui erroris: dicitur quoq; ſcribere me tædet,& tui erroris me tædet.

Pœnitet bat tuit per pentirſe: dicitur me pœnitet erroris,& erraſſe,& nõ errare. Quando uero iungitur præſenti ſignificat perſeuerantiã,vel rei atteſtationem. Cic.ꝑ Cluentio,neq; me pœnitet cauſam. A.Cluentii defendere,quaſi dicat fuiſſe,& eſſe in defenſione: dicitur pœnitet de hoc.Suet.in Clau. pœnitẽtis de matrimonio.Ruffinus cõtra Hieron.de errore pœnitere: ſignificat & parũ videtur pare poco.Ter.Heaut.me quãtum hic operis fiet pœnitet.Hiero.quaſi actiuũ protu-

lit in eccleſia non pœnitebis, Accius, nunc pœnitebāt, & quaſi deponens. Hier. pœnitemini, & credite. Idem pœnitemini, & conuertemini, ſed non vterer: ſed hoc verbum videtur habere genitiuum patientem. Terent. noſtri me nos pœnitet. Vergil. in Bucc. noſtri nec pœnitet illas. Hi genitiui nanq; ſignificant paſſionem, ut patuit in pronomine, ſignificat tædet. Cice. in Cato. ſenectutis eum ſuæ pœniteret. i. tæderet. Liu. lib. primo, nec me eorum ſententiæ eſſe pœnitet. i. pudet. me vergogno: id me pœnitet perſonaliter ait Gel.

Tædet bat uit & pertæſum eſt per hauere increſcimento, tedio, attriſtarſe, rencreſcere, ut io ho rencreſcimento, uel me rencreſce de Ceſaro, me tædet Cæſaris: dicendo tu me rencreſci, non dicerem tui me tædet: ſed tu me tædio afficis: quia tui & mei, ut patuit, ſignificāt paſſionem. Petro rencreſce la matre con tre parole, Petri tædet matrem tribus verbis, & non trium uerborum, ut aiunt, ut ſit verbis caſus effectus. Grāma. error.

Diſtædet bat duit per attriſtarſe molto, & in uarii modi. Plaut.

Piget bat uit & pigitum eſt idem eſt, quod tædet: & in hoc differunt, quòd tædet ad animi tædium, moleſtiamq; refertur. piget uero interdum ad pigritiam, interdum ad dolorem animi, & pœnitentiā quandam: & eſt non modo ad futurum, vt Seru. ſed ad præteritum. Liu. in primo, raptarum ſi cōnubii piget. Seruii. error.

Depudet uit per non hauere uergogna, per non vergognarſe.

Diſpudet bat uit per molto uergognarſe molto. Terent. in Eunu. Apul.

Pudet bat uit per uergognarſe, hauere uergogna in volto, ut io me uergogno de Ceſaro, me pudet Cæſaris: tu me fai uergogna, tu me afficis dedecore, & nō dicerē tui me pudet, & eſt nō modo ad præteritum, ut Ser. ſed ad præſens. Cice. de Ora. ii. quē ue- Seruii error.

ro nõ pudet id quod in pleriſq; uideo. Silius aũt in datiuo iunxit, quis pudeat certare ſedes: legitur & pſonale. Terẽ. nõ te hæc pudet? Idẽ quẽ nec pudet qcq̃. Plaut. in Epi. pleriq; hoĩes cũ nihil refert pudent. Luca. quem ſæua pudebunt. Plaut in Caſi. nunc pudeo, ſed nõ utimur: pudere eſt uerecundiæ: pigere pœnitentiæ.

Miſeret bat miſertũ eſt per hauere miſericordia, cõpaſſione cõſtruitur accuſatiuo agente, & genitiuo patiente, ut io ho miſericordia de li triſti, me miſeret iniquorum: ſunt qui actõ patiente cõſtrui cõtendunt, ſed nõ bene. Non enim paſſio, & actio philoſophorũ more huc conſideratur, ſed vt patuit in prima actiuorum, & nunq̃ recipit infinitũ: legitur miſeretur imperſonale. Cice. pro Lig. fratrum pro ſalute fratris precantium vos miſereatur. Plaut. tamen qa nemo miſeret mei ait: hinc miſereſcit imperſonale. Terẽt. inopis te miſereſcat mei. Plaut. in Rud. vt te huius cõmiſereſcat mulieris: legitur & perſonale. Verg. miſereſcimus vltro, & in. viii. miſereſcite regis: & Sta. in fine octauo. miſereſcite clamat.

Quotũdam error.

HAec verba quærunt ante ſe ablatiuum agentẽ cũ præpoſitione a, uel ab, poſt ſe datiuum patientẽ, vt à me ſatisfit regi, & ſatisfactũ eſt à te Dolobella Ciceroni, & ideo ſunt impſonalia: qa benefio, malefio, & ſatisfio non leguntur niſi in tertia perſona.

Benefit bat ctum eſt ſe fa bene.
Malefit bat ctum eſt ſe fa male.
Satisfit bat ctum eſt ſe ſatisfa.

Grãma. error.

HAec verba à recentioribus, ſed non recte famularia dicuntur: eo quod famulantur. i. ſeruiunt infinitis verborum: ſed Donato tradente ſunt defectiua per genera: Quia ſine infinitis vt plurimum per ſe nec genus faciunt, nec habent: quidam appellant imperfectæ ſignificationis, uel generis: quæ verba ſi perſonalium infinitis iunguntur, ſeruant morem illorum vt poſſum legere, currere deſino, incipio ſtudere lectioni: aliquan-

do abſolute, ſed intelligitur infinitus. Iuuen. nec volo, nec poſſum ſcilicet facere: ſi infinitis imperſonaliũ iunguntur illorum more conſtruuntur, vt io me incomẽzo à pentire de le littere, me incipit pœnitere literarum: dicitur quoq; ego cœpi pœnitere. Iuſt. lib. xi. ita primi pœnitere cœperunt: tu ceſſi hauere miſericordia de li poueri, te deſinit miſerere pauperũ, ad me po rencreſcere lo calore, me poteſt tædere caloris: da nui ſe deue ſatisfare a li creditori, à nobis debet ſatisfieri creditoribus: ad me potra eſſere neceſſario ſtudiare, me poterit oportere ſtudere: ad te non deue eſſere licito correre, tibi nõ debet licere currere: à lo maſtro ſole aptenere punire li triſti, præceptoris ſolet referre punire malos, & ſic de cæteris eſt intelligendum. In volo eſto cautior: quòd agẽs ſẽp ponitur in noĩatiuo, tã ſi infinitiuo perſonaliũ, q̃ ſi imperſonalium iungitur, vt io voglio offendere li triſti, ego uolo lædere prauos: & tu te uoi pentire de le arme, tu uis te pœnitere armorum. Nam te vult pœnitere armoꝝ, & ſimilia non leguntur. Sene. de Beneficiis, peſſime cum eo agis, cui uis à diis noceri. Cicero ad Atti. xii. illius malo me, q̃ illum mei pœnitere: & io voglio fare bene ad te, ego uolo à me benefieri tibi: & ſic nomen illud reiteratur ĩ caſu, quem exigit infinitus, legitur etiam ſine reiteratione. Cicero ad Att. tamen ei ſatisfieri quoq; uolo: iungitur infinito imperſonalium vocis paſſiuæ, ſed abſolute. Teren. iam ſciri poteſt. Cicero ad Cœlium, non potuit accuratius agi, & cum ablatiuo ut poteſt à te mihi ſeruiri. Poſſunt hæc uerba duos habere infinitos, ut diſcere literas poteſt intereſſe mea: à te mihi ſatisfieri poteſt diſplicere tuo patri, & ſic de cæteris eſt intelligendum.

Incipit bat pit per incõmenzare, comenzare.

Debet bat buit per deuere.

Poteſt erat tuit per potere: iungitur quandoq; cũ infinitis imperſonalis paſſiui. Cicer. à Quinto fratre

imperari non poterat.
Deſinit bat ſiuit per laſſare ſtare, ceſſare.
Solet bat lu t, & ſolitō eſt p ſolere, eſſere ſolito.
Volo uis lui per uolere.

De Meditatiuis.

QValitates uerborū ſunt duæ perfecta, ſiue abſoluta, ut lugeo, caleo: quia abſolute nos aliquid facere, uel pati indicat: imperfecta, ſiue non abſoluta: quia ab his aliena, & ſeparata ſunt, ut caleſco. Imperfectorum, ſiue non abſolutorum genera ſunt meditatiua, inchoatiua, deſideratiua, frequentatiua, apparatiua, denominatiua, aduerbialia, ſupina. Meditatiua uerba ſunt, quæ & exercitatiua poſſunt appellari. Meditari nanq; inter cætera ſignificat exercere: & ſunt ea quæ deſinunt in ſco, & meditationem, ſeu exercitationem quandam cum incremento aſſiduo, atq; continuo paſſionis innatæ ſignificant, ut caleſco, ideſt in calore, & maceſco, ideſt in macie meditor, & exerceor, vel augeor: io me faccio calido, vel me ſcalfo, macreſco, me faccio macro, me macreſco: & ideo alio vocabulo augmentatiua nuncupari licet. Quoniam augmentum, & non inchoationem: vt Priſc. & nonnulli tradunt ſignificant. Idcirco comparatiue, ideſt maiori cum augmentatione ſumuntur. Ver g. cœpit crudeſcere morbus, ideſt crudelior fieri, farſe piu crudele, piu incrudelirſe. Idem ægreſcitq; medendo. i. inter medendū fit ægrior: & ideo nō incongrue iunguntur comparatiuo magis: quia non ſunt perfecta. Perfectio nanq; non accipit magis. Quintil. conſuetudo, quæ quotidie magis inualeſcit, piglia forza, creſce. Terentius quotidie magis augeſcit de filio ægritudo. Cice. in. iiii. ad Herenn. magis quotidie eniteſcit, ſplendeſcet. Idem pro Mar. iuſtitia, & lenitas floreſcet quotidie magis: non exponitur incipiet florida fieri, ſed florida fiet: cum quotidie Cæſaris lenitas magis florida fiebat. Iſta ergo dierum cōtinuatio dum

Priſc. & nonnullorum error.

ſtebat, iam ab initio rem inchoatam ſemel fuiſſe; non quotidie incipi aperte demonſtrat: & in Catone maiore, ita ſenſim ſine ſenſu ætas ſeneſcit, nec ſubito frangitur, ſed diuturnitate extinguitur, ſi ſeneſcit, ſi fa vecchia, inuechieſe, exponitur ſeneſcere incipit, iſta inchoatio plus milies fit: ſed quoniam ab initio, quo cœpit ſenex fieri nunq̃ deſinit fieri: patet quòd ſeneſco ſignificat ſenex fio nõ incipio fieri ſenex: huic ſimile eſt hoc. Lactant. in. vii. paulatim frigeſcentibus membris anima efflatur. & Plinius xxi. paulatim rubeſcens dehiſcit: & in. xxxi circa Meſſanam, & Milas hyeme in totum areſcunt fontes æſtate exundant: ſi ergo in totum areſcũt: quomodo intelligitur inchoatio areſcendi. Patet igitur hæc verba non ſignificare inchoationem: proinde autores, vt in præteritis diximus, non temere his addunt incipio ſeu cœpi. Quamuis non me fugiat, qui aſſerunt ſignificare inchoationem citare Victruuiũ in primo, capi. iiii. die exorto tepeſcit, meridie calet, ueſpere feruet, vbi tepeſcit non ſignificat, ut aiunt, inchoationem, ſed augmentum, & exercitationem continuã: licet hoc augmentum continuum habeat principium, tunc excuſarentur quando ad principium, & non ad illud continuum augmentum, & exercitium reſpicerent. hoc Apuleii in ſecundo, cupiditate adlubeſcente nõ incipiente, placere (ut aiunt) ſed quæ placebat, ſignificat: ſic hoc Plauti in Milite adlubeſcit. Formantur à verbis non tantum ſecundæ, vt à ſeneo, quo vtitur Catul. ſeneſco & ab albeo, quo Vergil. albeſco, à macreo macreſco. Colu. ab euileo. quo Suet. in Clau. euileſco per auilirſe, ſed tertiæ quoque coniugationis. & primæ à ſecunda perſona indicatiui addita co, vt labas labaſco. Teret. Labaſcit ſende ſciugula cade cõſudaſcit. Col. auges augeſco. Pli. augeſcunt corpora pinguibus: inualeſcerent. Suet. in Augu. valeſcere. Taci. xiiii. caſtaneta calueſcerent sfrandeſceno. Colu. tremis tremiſco.

Quorũdã error

Quorũdã error

Sene.in Her.thalamos tremiſco, à viuo viueſco, Plin. xiii. Idē reuiueſcunt, à deſino deſiſcāt. Var.de Canibus præter hias quod facit hiſco; & ſunt tertiæ coniugationis, & formantur non modo in neutris, ſed ab actiuis quoq;. Cic.in Ora. maiora cōcupiſcant. Verg. Georgi. iiii. longe præſciſcere, & permulta leguntur. Eſt etiam ſciendū. quod hæc non ſolum veniunt (ut aiunt) à verbis, quorum abſoluta eſt enunciatio paſſiua, ut caleo caleſco, uel quibus eſt inſita, ſiue innata ſignificatio paſſionis, ut caleo caleſco: ſed etiam ab actiuis (licet Herodianus, & nonnulli alii negent) vt à torreo actiuo vt ex Vergilio patet. Et torrere parant flammis, & frangere ſaxo, torreſco & retorreſco. Colu.in.iiii. conualeſcant, q̄ retorreſcant: aleſco ab alo. Varro de re Ruſtic. coaleſco creſcere in ſembra. Sallu i Cat. augeſco ab augeo, Cice. pro Rabirio ptimeſcat ſuā morſus horreſce futuros. Verg. quæ verba ſæpe pro ſuis ponuntur primitiuis, hæc paragoga, id eſt deriuata vocantur; ſunt etiā verba in ſco terminata, quæ, ut aiunt, à nominibus deſcendunt, & formantur à nominatiuo plurali tertiæ declinationis addita co, a primæ vero mutata æ in e, & addita ſco, à ſecundæ mutando vltimam literā in eſco, vt ſteriles ſterileſco. Pli. grandes grandeſco. Pli. Colu. ab opibus opuleſcere arricchirſe. Furius à viribus vireſcit vulnere virtus piglia forza: lapides lapideſco. Plin. teneræ tenereſco. Lucre.in.ii. lentæ lenteſco allentarſe, miteſco, graues graueſco. Vergi. ingraueſco. Cic. crude crudeſco. Verg. ſyluæ, ſylueſco. Col. crebræ crebreſco. Vergil. ſpiſſiate raræ rareſco. Verg. purpuraſcit fluctus. Cice.in.ii. Acade. malum integraſcit. i. inſtauratur. Ter.in And. veſtes rigeſcunt. i. durātur. Ver.in ſecūdo Georg. deferueſcat ira. i. decreſcat, Cice. Tuſc.iiii. flaceſcat. Colu.in.vi. matureſco à matureo. Colu. Pli.xi. & Cæſa. à flaueo flaueſco. Plin.in.vii. eniteſcere. Gell. lacteſco à lacteo. Ci. de Nat. deorū cenſeo, Cic. dies clareſcere.

reſcere. Salu. in Iug. & in Catil. hebeſco, obſurdeſcunt. Cic. craſſe craſſeſco. Plin. ignes igneſco, flammæ flāmeſco, glaber glabreſcit. Colu. ſanæ ſaneſco uulnera facta ſaneſcunt: heibæ heibeſco. Plin. excipitur ueſperaſcit a ueſpera cauſa euphoniæ: meliores melioreſco. Colu. dumi mutata I in E, & addita ſco dumeſco. Plinius ſic & pueri puereſco. Sueto. in Cali. repuereſco. Cicero in Cato multi legunt pueraſco, & tunc potes formare a nomine antiquo puerus, puera: ſed meo iudicio formātur a uerbis antiquis, ut lenteo lentes lenteſco, igneo igneſco, ſylueo ſylueſco, dumeo dumeſco, tabeo, quo utitur Ouid. xiiii. tabeſco, diſtabeſco, & intabeſcit. Cato, Perſ. a maceo maceſco. Var. autem a macies per ſyncopē facit. Cato a pertædet pertædeſcat dixit: & Apul. x. depudeſcit. Vergil. ſecundo miſereſcimus ultro. Debes Candide lector eſſe cautus: quòd illis tātū utimur: quæ leguntur, ut prædicta: & noua non fingamus. Sūt in ſco uerba ſine origine, ut poſco, diſco, gliſco per creſcere, ut pugna. conquiniſco abbaſciare lo capo ſueſco. Quomodo hæc differunt a primitiuis diximus in tertia coniugatione, & in quarta neutrorum ſpecie.

¶De Inchoatiuis.

INchoatiua ſunt, quæ in ſo deſinunt, & non in ſco, ut Priſcia. & alii aiunt citantes Ciceronem in ſecundo Tuſcul. qui hanc gloriam peteſſunt: hic nanque pro petunt ponitur & inceptionem quandam actus corporis, & non deſiderium ſignificant, & ideo a quibuſdā motiua dicuntur, ut claſſem reuiſo, retorno ad uedere la armata, & uiſo, id eſt eo ad uidendum: io ando ad uidere: interdum ſtare ad uidendum. Cicero ad Atticum cupio quidem, & iampridem cupio Alexandriam, reliquamq; Aegyptum uiſere: faceſſo præcepta: id eſt eo ad faciendum. i. ando a fare, uel facio quanquam capiatur etiā pro recedo ut faceſſe hinc. i. recede: capeſſo pugnam. i. eo ad capiendum uel capio. Autores tamen ad

Priſci. & alioꝝ error.

maiorem ſignificationem addunt eo. Terent.in Phor. vultis ne eamus viſere? Gell.in.ix.iret viſere. Plautus in Ruden.ad Veneris fanum venio viſere.i.videre. Quæ omnia neutra ſunt,& tertiæ coniugationis: in præteritis vero quartæ coniugationis, ſic etiam in infinito nõnunquam vt accerſiri. Cicero.iii. Tuſc.Liui.in.iii.Sal.in Iug.& nonnunq̃ pro ſuis ponuntur primitiuis,vt legati miſſi ſunt viſendi cauſa.id eſt videndi. Formantur dupliciter vno modo ſi extrema ſupina habent S,mutant V in O, vt viſo viſis:hic tu viſeris.i videris paſſiue ait. Apuleius in primo. Terẽt.accerſor,ſo chiamato altero, modo a ſecunda perſona indicatiui modi addita ſo, vt leuas leuaſſo: ſin autẽ erit I ante S mutatur I in E, vt facio faceſſo.quædã vero formãtur irregulariter lacero laceſſo,quod eſt prouoco,disfido:Cyathiſſo apud Plautum cyathos tracto: pythagoriſſo apud Apuleium loquor more Pythagoreorum.

¶De Deſideratiuis.

Grãma. error.

DEſideratiua ſunt,quæ & optatiua poſſunt appellari,exeunt in Rio, & ſignificant non meditationẽ, vt aiunt:ſed affectum, & deſiderium, vt eſurio cupio eſſe,ho fame,deſidero mangiare. Quintil.pater eſurit filios, parturio quanquam deſideratiuorum verborum formam habet, videtur tamen aliam habere plerunque ſignificationem,& ſignificare non cupio parere, ſed in pariendo laboro ha le doglie. Plaut.in Amphi.nã vbi parturit:quam ſignificationem & cætera ſimilis formæ verba habere interdum comperiuntur, vt cœnaturio. Mart cœnaturit Vacerra.i.laborat,vt cœnet. Plin.conſtat parturientes foliis ſubſtratis celerius parere. Cic. vtinam aliquando dolor populi Romani pariat, quòd iãdiu parturit. Li.& quod diu parturit animus vtinã pariat. Formantur ab vltimo ſupino addita rio,vt cœnatu cœnaturio. dictu dicturio apud Macro. emptu empturio apud Var.de re ruſt. nuptu nupturio apud Apul.

proſcriptū proſcripturio. apud Cice. ad Atti. Scaturio vero naſce, vt aqua herbæ non eſt deſideratiuum licet deſinat in rio, ſed eſt primitiuum, & nō dicitur a ſcateo: cum hoc careat ſupino, ſic & ſcalpurio, raſpo gratto. Plaut. in Aulu. Quæ verba ſunt neutra & quartæ coniugationis, & interdum pro ſuis ponuntur primitiuis, ut parturiūt montes.i.pariunt: micturio.i.meio piſcio.

¶ De Frequentatiuis.

Frequentatiua ſunt, quæ aſſiduā uim, uel frequētem in agendo actum ſignificant, a nōnullis iteratiua dicuntur, ut moto.i.frequenter, uel iterum atq; iterū moueo, io mouo frequentemēte, uel ſpiſſo: merſo frequēter mergo: non formantur ab extremo ſupino V litera mutata in O ut domitu domito, ut aiunt, nec a participiis præteriti tēporis, vt Priſc. ſed a primo ſupino um mutata in O. Sunt enim uerba, quæ carent ultimo ſupino, & formant frequentatiua, ut doles dolito, quo utitur Cato, eo, ito. Gell. Ter uero in Ecy. pauitare.i.timere neſcio dixit, a paueo, quod caret ſupino: uēditum ergo format uendito. Pli. increpo increpito reprēdo. Sil. in primo adiuuo adiuto. Terē. Sil. prolatare d.ē a profero: ſperlongo, a reſpondeo reſpōſo. Stāt. vi. reſponſant flebile Thebæ, & in primo ſyl. fallax reſponſat imago, ponitur pro reſiſtere. Hora. reſpōſare cupidinibus: loquor loquutor. Gel. minatum minitor adminaccio. Sta. iiii. ſyl. cumq; tibi uagite tertius infans. Idem defenſaſq; patrē. Sal. in Cat. exercitū in Aſiā ductauerat. Ver. fluuio merſar ſalubri, ſumuzzare. Hor. curſitat hoſpes. Pli. in epiſtolis multa dictatis. Si tamē primitiua primæ ſunt cōiugationis mutāt A litera penultimæ ſyllabæ in I correptā, ut imperatū imperito ſignoreo, comādo, cœnatū cœnito. Pli. & Cice. vii. epiſt. denſo denſito in follo ſpiſſeo. Cato cubitū cubito ſtare colcato. Cic. p Cœlio rogatū rogito, uolatū uolito: monoſyllaba uero nō mutāt, ut no nas hinc nato. At ſi faciūt præteritū in gi fora

Grāma. error. Priſci. error.

mantur a ſecunda perſona indicatiui remota S, & addita To, vt fugio is fugito. ago is agito, quod etiã ſignificat ſtimulo, cõpello, perturbo, moleſto, & plura: actito vero eſt de cauſis: refertur tamen ad alia. Macrob. in primo Sat. aliquid ad vitæ vtilitatem actitaſſet, haueſſe fatto, & venit non ab ago, ſed ab acto as uerbo antiquo frequentatiuo ſicut lectito a lecto, & nõ a lego, emptito ab empto & non ab emo: cœpto as incomẽſo, quo utitur Curtius. Teren. & Apul. in xi. uenit a cœpio uerbo antiquo, manſito quo utitur. Tacit. a manſo non a maneo, eſito mangiare ab eſo, non ab edo. Cato ſcriptito a ſcripto, & non a ſcribo, factito a facto & non a facio hæſito dubito ab hæſo, non ab hæreo, dictito a dicto & non a dico, ventito a vento, & non a uenio, defenſito a defenſo & nõ a defendo: ſic curſito a curſo & nõ a curro, & uiſito, quo utitur. Suet. a uiſo & nõ a uideo & ſimilia. Hæc ſi veniãt ab actiuis formãt ex ſe paſſiua, ut allicio is, allecto as allector, a ueho uexo, & uexor, & ſic de cæteris. Multa ſunt quoq; irregulariter formata, vt a noſco noſcito. Quin. Plau. in Ciſt. quærito a quæro, fluito, a fluo, ſector a ſequor, a labor laberis lapſo, caſco cado. Ver. ii. multo lapſantẽ: a noĩe ferox ferocito. Gel. utitur: a paſco paſcitãt. Var. ſolẽt nõnunq̃ autores ad maiorẽ ſignificationẽ addere frequenter, ſæpius, crebro, & ſimilia. Plin. freque͂ter in officinã uentitãti, & in. xviii. ſæpius vẽtitare, & in. xxiiii. ſæpius ſumptitauerit piglia. Tatius in. xii. crebro uentitando. Oĩa frequentatiua primæ ſunt coniugationis, & genus ſeruant ſuorũ primitiuorũ, ut minor minitor, minaccio, amplector amplexor: præter ſcitor, & ſciſcitor adomãdo deponẽtia, quãuis ſcio primitiuum ſit actiuum. Frequentatiuum aliquando ſignificat diminutionem, ut dormito. i. paulũ, & non profunde dormio, & per interualla, & id freque͂ter contingere poteſt, ſed ſemper paululum, capezeio. Hor. quandoque bonus dormitat Homerus. ſcriptitare

eſt non totam rem ſimul ſcribere, ſed per interualla, & per partes diuerſis temporibus. Quæ frequentatiua, ut aliqui, ponuntur aliquando pro deſideratiuis. Plaut. in Amph. te dormitare aiebas, id eſt deſiderio dormiendi detineri. Sido. ubi dormitandi potius locus erit, quàm dormiendi, ſic & uendito ſignificat non ſemper uendo, ſed quoque uendere deſidero.

¶ De uerbis terminatis in Lo.

VErba in Lo terminata ab aliis uerbis uenientia falſo a grammaticis diminutiua dicuntur. Non enim diminutionem, ſed continuationem quando actus per parua temporis momenta ſignificant, ut ſorbillo: id eſt ſæpe guſtando paulatim ſorbitionem, & potum continuum ſumo, io beuo poco, & ſpeſſo, ſiue beuo continuamente. Terentius cyathos ſorbillans. Formantur a prima perſona indicatiui cuiuſcunque ſunt coniugationis ultima litera conuerſa in illo, ut ſugo ſugillo ſugo, ciuco, reprendo: excipitur a garrio garullo ciarlo, frappeio. In uerbis autem ſecundæ coniugationis eo ultimæ uocales uertuntur in illo, ut ſorbeo ſorbillo, caluo cauillo & cauillor pro cauillo, calumnio, uſo, fallaciæ, fraude, ſcintillo uero dicitur a ſcintilla: luce, ſplendeſce, a uacia: id eſt cui in exteriorem partem pedes, uel crura flectuntur: uacillo, quod eſt alterno motu flectere non ſto fermo: uentilo a uento. Hæc uerba primæ ſunt coniugationis, & genus ſeruant primitiuorum, nec ab omnibus uerbis ſunt in uſu: & interdum ponuntur pro ſuis primitiuis.

Io Grāma. error.

¶ De uerbis apparatiuis.

APparatiua uerba ſunt, quæ ſuorum primitiuorum apparentiam ſignificant, & ueniunt a uerbis ſignificantibus qualitatem. Formantur autem a ſecunda perſona indicatiui ſecundæ coniugationis extrema uocali in I conuerſa, & S in Co, ut nigreo es nigrico: id eſt appareo niger, & aliquantulum niger ſum, io apparo

nigro,uel ſo nigretto,cioe un poco nigro. Plin. colore nigricant,albeo es albico. Horat. nec prata canis albicāt pruinis,biancheiano: interdum ponuntur pro primitiuis,ut ſplendeo ſplendico. Apule. in .v. ſplendicant gẽmæ. Excipiuntur quædam, quæ non ſignificant apparentiam,ſed rem ipſam,& formantur a uerbis tertiæ coniugationis mutata S in Co,ut a uello uellico. i. frequẽter uello,quod fit cum extremas corporis partes digitis uellimus,picciamo. Proper. te uellicet: a fodio fodico. quod idem eſt,& interdum minus. Cicero in quarto Tuſ. fodicantibus,a nutrio nutrico,& nutricor, quæ idem ſignificant. Cic. in. ii. de Na. deo. ſuas partes nutricant. Col. viii. porcus nutricandus. Omnia apparatiua primæ ſunt coniugationis.

De Verbis Denominatiuis.

DEnominatiua uerba ſunt,quæ a nominibus deſcẽdunt, & ſignificant imitationem, ſiue morem ſui primitiui:& ideo imitatiua quoq;, ſiue moralia dicuntur:fiunt a nominibus ſubſtantiuis. Formantur autem a ſingulari ablatiuo extrema litera in I,uel Is conuerſa,& addita zo uel ſo,ut patre patrizo,uel patriſſo,io imito, vel faccio come mio patre,vel ſeguito mio patre:a græco græcizo, vel græciſſo, dicitur & græcor aris parlo greco, faccio como ad greco. Si ueniunt a nominibus ſecundæ declinationis interdum ſumunt R & interdũ non in ablatiuo,vt a frumento frumentor, a pabulo pabulor ando ad herbe: a ligno lignor ando ad legna: quæ ſignificant ire quæſitum pabulum,frumentum, ligna. Li. in. xxv. lignatum pabulatumq; progreſſos, & in. xxii. frumentatum dimiſſi: vt a maritus marito as, quod eſt marito trado ſeu aſſocio, & eſt non modo de hominibus,ſed etiam de al is. Colu. lib. iii. firma maritabis,a Pampinus pampino as: quod eſt pampinos reſeco,sfrondo,ab auro inauro inaurare. Si ueniunt a nominibus primæ declinationis mutant A in or,vel in o,

vt ab aqua aquor ando ad acqua. Gel. in. xvi ſignantur, pabulantur & aquantur, a fortuna fortuno, as, quod eſt augeo. Cicero patrimonium dii fortunent: a ruſtico ruſticor. Cic. in. ii. de Ora ſolitum ruſticari ſtare ala maſſaria, a rhetorico rhetoricor, philoſophor, & poetor, ſignificant dare operam philoſophiæ & poeſi. Si veniūt a nominibus tertiæ declinationis mutant E in or, vel in O, vt a piſce piſcor, a cornice cornicor. Perſ. cornicaris inepte: a radice radicor. Plinius frumenta multis radicantur fibris, ab hyeme hyemo as qđ ſignificat hyeme ſtationem facio alloggio, ſtātio, in la vernata, a nocte pernocto as, quod eſt per noctem moror, vigilo, oro, quieſco, ambulo, ſto, habito, dormio, vel quicquid facio ſiue bonum ſiue malum, non autem totam noctem inſomnem duco, ab hærede exhæredo, a luce luceo, a veſte veſtio: ab armis armo as: a rege vero regno N interpoſita vel cauſa euphoniæ, vel potius cauſa differentiæ a rego regis, vnde venit rex. Quæ verba primæ ſunt coniugationis.

De verbis Aduerbialibus.

ADuerbialia verba ſunt, quæ ab aduerbiis veniunt de quorum formatione regula dari non poteſt, vt a perendie perendino as, quod eſt in diē tertium differo, ſo ſperlongo da crai in crai: a diu diurno, quod eſt diu viuo: viuo, campo longo tempo, a penitus penetro as traſo, intro dintro: ab intra intro as: a ſuper ſupero: & hoc eſt quando in aduerbium tranſeunt.

De infinitis.

QVid ſit infinitum, & quòd pro præterito imperfecto indicatiui ponitur, diximus in primo cum locuti ſumus de verbo: quod etiam tranſit in nomen, & quòd dicitur ſpero audire, & vt audiam, oſtendimus in ſeptima actiuorū ſpecie. Hic tamen non prætereundum eſt infinita poni aliquando gerundii loco. Tibullus in tertio, Coniugis ereptæ cauſa perire fuit: id eſt,

periendi. Ouid.in primo labor eſt tibi noſſe penates: id eſt noſcendi. Idem Nec mihi ſunt uires inimicos pellere tectis: id eſt ad pellendum. Quintilianus in undecimo, prius eſt de uoce dicere: id eſt dicendum. Colu. in.xi. habui uobis dicere. Plau. in Aulu. ne operam perdas poſcere. i. poſcendo, & hoc ideo: quia Attici non habent gerundia, & infinitis cum articulis, & præpoſitionibus pro noſtris utuntur gerundiis, quos ſi latine loqui volumus, imitari non debemus. Nam quod nos amandi, illi huius amare nos amando illi, in hoc amare, nos amandum, illi ad hoc amare dicunt. Ideo nos loco illius huius amare cauſa, vel gratia, vel ſtudio amandi vtimur: in cæteris vero Græcorum more ſubtracto articulo ſolemus addere præpoſitionem, vt ſum occupatus in legendo ueni ad ſcribendum, in qua græca figura eſt illud veni ſoluere leges. i. ad ſoluendum. Eſt quoq; notandũ, quòd quando infinita iunguntur verbis ſignificantibus motum ad locum potius per ſupinum, in tum, q̃ per gerundium in dum exponerem. ſupina nanq; ſemper iunguntur verbis motum ſignificantibus, gerundia vero rarenter. Ouid. Omnia nanq; tuo ſenior te quærere miſſo. i. quæſitum. Vergil. i. populare penates venimus: ſed in carmine tm̃ vtimur. Adiectiua quoq; certæ cuiuſdam ſignificationis, & participia poſſunt infinitũ determinare, vt lætus, dignus, ſimplex, par paratus, auſus & ſimilia. Ouid. in. ii. nec te meus eſſe negari dignus. Ver. Auſus & afflictis melius cõfidere rebus. Val. tamen. in. ix. par ad lædendũ dixit, quæ infinita pro gerundiis in di, & in dum ſæpiſſime exponũtur. Sunt etiam quæ & infinito, & gerundio applicantur, vt cupiens diſcere & diſcendi, peritus videre & videndi, certus mori & moriendi, & ſum doctus, egregius, bonus, iuſtus, honeſtus: par, paratus, peritus, promptus, conſuetus, timidus, cupidus, auidus, & participia quanpo tranſeunt in nomen, vt timens nauigare, & nauigan-

di, ideſt timidus. Nam ſi eſſet participium, haberet vim verbi, nec poſſet iungi gerundio, ſed infinitis ſolum, ut habeo mandatum à patre rogandi te: quia mandatum eſt nomen: item mandatum eſt mihi à patre rogare te: quia mandatum eſt participium, cum quo gerundium non iungitur, licet cum verbo iungatur cum præpoſitione ad, vt impuli te ad legendum, & non legere: ſic etiam cum nominibus adiectiuis dicimus commodus, idoneus, malus, inutilis, incommodus ad militandum magis, q̃ militare. Si duo ſunt verba ſine coniunctione media alterum erit infinitiui. Cice. in Tuſcul. habeo enim audire quidquid eſt. Vergil. magnum dat ferre talentum. i. ad ferendum, vel ut ferat. Eſt ſciendum quòd dicitur volo ſcias, caue dicas, rogo venias, & ſimilia. Quoniam quamuis duo ſint uerba ſine cõiunctione explicita: tamen ſubauditur coniunctio quod, vt, ne. Cic. caue dubites intelligitur ne. Sil. Moneo ocyus vrbe faceſſas, ideſt, vt. Subſtantiua iunguntur gerundiis, ut hora eſt diſputandi. Verg. tamen in. ix. dixit, nec reſpirare poteſtas. Sal. in Catil. viuere copia erat. Idem in eodẽ non mihi fuit conſilium ſecordia bonum ocium conterere. Cæſar commen. vii. & conſilium capit omnem à ſe equitatum noctu dimittere. Cic. in. Rhet. tempus eſt ad cæteras partes rhetoricæ artis proficiſci: quamuis negauerint infinitum iungi ſubſtantiuis vt eſt opus reſpondere, & non reſpondendum. infinita aut perſonalium, aut imperſonalium ſunt uerborum. Infinita perſonalium ante ſe accuſatiuum, poſt ſe verbi conſtructionem ſeruant: & ideo volunt ante ſe accuſatiuum: quia ſunt infinita. Nam ſi eſſent finita, vellet ante ſe nominatiuum, qui finitam, & certam ſignificat perſonam, vt che lo homo ama, ſiue amaua la virtù, vel lo homo amare la uirtù me piace, hominem amare uirtutẽ mihi placet: che lo maſtro ſia honorato, vel lo maſtro honorarſe da li ſcholari e iuſto, præceptorem honorari

Grãma. error.

à diſcipulis eſt iuſtum : li iuueni allegrarenoſe, vel che ſe allegrano de la virtu conuene, iuuenes gaudere virtute conuenit:tu hauere honorato , vel che habbi honorato lo re:ſi dice,te honoraſſe regem dicitur: lo officiale hauere priuato, vel che habbia priuato lo officio ad nui,non ſe concede:magiſtratū priuauiſſe nos officio non permittitur. lo libro eſſere ſtato comparato, vel che lo libro ſia ſtato comparato , non ſe ſa, librum emptum fuiſſe neſcitur : tu hauere ſequitato lo vitio ſe dice, te ſecutum fuiſſe uitium traditur : ſic de oībus eſt intelligendum . Notandum eſt, quòd ſæpiſſime legimus apud autores amaturum fuiſſe pro amauiſſet. Ci. in Lælio, ſcio imperaturū non fuiſſe , & in.ii.de Finibus,orationem auditurum fuiſſe, & in.iii. de Offi.credo Panæcium præſecuturum fuiſſe , & in eodem quid enim aditurum fuiſſe Vlyſſem putas? vt io ſo che lo haueria obtenuto , ſcio hoc me impetraturum fuiſſe : ſic etiam legimus, & dicimus in paſſiuo. Cic.in.iii.de Of. locum nec omnino ſcribendum fuiſſe pro ſcribendus fuiſſet,& inferius præcipiendum fuiſſe. Amaturū vero eſſe eſt futuri temporis, & habet hæc vulgaria deuere amare,che amara,& che hauera da amare. Cice.in.vii. contra Verrem,eſſe in Italiam deducturum,ideſt quod deduceres:& interdum ſimplici enunciatur voce. Plin. ad Sabinum , confido te acceſſurum ſententiæ meæ.i. quod accedas & cum verbo. Plin.ad Clementem,certū eſt Regulum eſſe facturum quicquid fieri nō oportet: & ſic in paſſiuis dicimus amandum fuiſſe amandum eſſe, & amandum . Dicimus, lo ſcholaro da deuere eſſere battuto è iuſto , diſcipulum vapulaturum eſſe eſt iuſtum, & non uapulandum:dicimus quoq; te lætaturum eſſe meis bonis ſcio, & non lætandum Quoniam huiuſmodi uerba paſſionem ſignificantia non habent illam vocem in dum,ſed in rum. Maria deuere amare, vel che amara lo marito io lo ſo , Mariam amaturum

eſſe virum ſcio. Plaut. in Caſi. de puella loquens, deiurauit occiſurum eum. Cicero in Verrem, hanc ſibi rem ſperant præſidio futurum. Gracchus, credo inimicos meos hoc dicturum. Neq; pro participio poſita ſunt, ſed verba eſſe indefinita, quæ Græci aparemphata appellant, neq; numeris, neque generibus præſeruientia, ſed libera vndiq;, & impromiſcua ſunt. Gell. in primo. capit. vii. Sciendum eſt, quod amatum ire eſt temporis præſentis, & non ꝓ amaturũ eſſe in infinito (vt aiunt) exponitur. Hic nanq; ſermo, & ſimiles duos ſignificãt & motum, & ſupinum, vt illud Vergilii in. iiii. venatum Aeneas vnaq; miſerrima Dido in nemus ire parant: hic futuri mentionem non facit Horat. ſol acrior ire lauatum, ideſt ad lauandum. Curtius in nono, vltum ire decreuerat. i. ad vlciſcendum. Credo te amatum ire nõ pro amaturum eſſe accipimus, ſed te amatum eſſe, vel eſſe in via ad amandum, vel quòd vadis ad amãdũ, vel quòd is amatum, & erit oratio, & non uerbum. Decipiuntur enim ex illo Terentii, nõ datum iri vxorẽ filio, ideſt non dandam eſſe vxorem: & Plau. in Cur. omne argentum redditũ iri. i. reddendum eſſe: & in Caſi. villico non datum iri. i. dandum: et Ci. ad Catonẽ, perlatũ iri ad ſenatum putabant: & ad Atti. in. vii. hos tibi redditum iri putabunt: ſed non ita eſt exponendum. Ipſe vero dico vxorem datum iri, ideſt dari: ut reſoluatur per præſens infiniti: ut patet ex hoc Plin. ii. epiſtolarũ, iudicio tuo traditum iri, ideſt tradi. Cicero in ſecundo de Offic. hiq; arbitrantur beneficos in ſuos amicos uiſum iri, ideſt uideri. Teren. in Eunu. ſe iri præpoſitum tibi. i. præponi: Gel. vii. cap. iii. conſeruatum iri. i. cõſeruari: & ſic de oibus exponendum eſſe intrepide affirmo. Dicimus Gaudeo uapulatũ ire, & nõ iri, io me allegro andare ad eſſere battuto. Mart. gaudeo ducentas nuptũ ire poſt mortes: & hoc ideo ne duo iungerẽtur paſſiua. Verba recipientia datiuum in infinito datiuum

Grãma. error.

vertunt in accuſatiuum, ut iubeo tibi legere, iubeo te legere. Quod aiunt poſſe dici: quòd diſcipuli ſtudeant

Grāma. error.

lectioni, pro diſcipulos ſtudere lectioni non probo: quia non legitur, ſic etiam euitarem hunc ſermonem, Petrum amare me ſcitur. Eſt enim dubius, quoniam neſcitur qui amat. Dicimus, ego cupio eſſe doctus, & tu diſces eſſe pater. Terentius: Nam hoc verbum ſubſtantiuum eſt ſimilium copulatiuum tam in infinito, q̃ in aliis modis, niſi ante infinitum eſſe addiderimus accuſatiuum, ut cupio me eſſe doctum, & ſic de cæteris copulatiuis, vt ego uolo uideri doctus: dicitur tamen videor mihi eſſe doctus, non docto, nec doctum, intelligitur enim mihi ego uideor eſſe doctus: dicitur quoq; mihi licet, vel conuenit eſſe docto, & doctum, & non doctus. Quint. in. vii. an huic eſſe procuratorem licet? Terēt. in Heau. expedit bonas eſſe vobis. Cæſar in. vi. de bello Gallico, qbus licet eſſe fortunatiſſimos, & ſæpiſſime. Eſt ſciendum: quòd accuſatiuus regitur à uerbo eſſe, & datiuus ab imperſonali licet, ſic & de ſimilibus: poſſemus quoque ſic ordinare, eſſe procuratorem huic placet: ſi uero vnico hæret caſui, debet ille accuſatiuus eſſe. Ouid. in. v. quantū eſt eſſe Iouis fratrem. Idē nocet eſſe ſororem & ſæpiſſime: licet nōnulli aliter dixerint.

Nōnullorū error

Fore habet vocem infiniti ut eſſe, ſignificationē uero participii, & ſignificat futurum eſſe: & ideo iungitur cum nomine, vel participio in nomen tranſeunte, ut ſpero te amatorē, vel amicū, uel ſapientem fore, opinor te acceptum illis fore. Non enim (ut Laurēt. & alii tradunt) iungitur participio.

Laurētii error.

Inconueniens nanq; eſſet dicere, ſpero te amaturum, vel amādum fore, ſed eſſe: ne duo participia ſimul confundamus. Eſſet enim ſtultum dicere, amaturum fore, ideſt amaturum futurum. Liui. tamē iunxit in. viii. ſecundi Belli punici dicens, acturum ſe id per populum aperte fore, ſi ſenatus aduerſaretur: & in ſexto de bello Macedonico, eo quoq; mittendos,

ſore legatos: & in primo de bello Macedonico, ab ſenatu ei poſtulandum fore. Cice. ad Appium, fore mihi aliquando expetendum ſtudium tuū. Sall. in Iug. bellū gerendum fore. Cic. in Top. negatur ea futura, quæ ab aliquo in ſententia dicta ſunt, fore: & ad Atti. in. v. fore venturum. Portius Latro viuendum, ac moriendum fore: poſſemus dicere, fore hic eſſe præſens. Quoniā Ci. de Offic. primo ait, videtur eadem vis ordinis, & collationis fore pro eſſe: & cum participio præſenti Cæſar iunxit non fore dicto audientes milites. Sunt tamen nōnulli aſſerentes expetendum, & alia eſſe Gerūdia, ſicut hic audientes non participium, ſed ex ſermonis figura ſum audiens tibi pro obedio lege audio in actiuis. Infinita impersonalium ante ſe, & poſt ſe quærunt caſum ſuorum uerborum, vt lo ricco hauere miſericordia de li poueri è iuſto, diuitem miſerere pauperum eſt iuſtū: la fatica récreſcere à lo maſtro ſe ſa, laboris tædere magiſtrum ſcitur: io voglio che li falluti ſe pētano del ſuo errore, volo ſontes pœnitere ſui erroris, à te inſeruiri nobis placet: ſenem incipere pœnitere laboris noſco: à debitore ſatisfieri tibi decet: tu hauere pentito de la fatica è manifeſto, te pœnituiſſe laboris conſtat: tu da deuere eſſere vtile ad te, & ad tua matre ſe exiſtima, te fore vtilē tibi, & matri tuæ ducitur: & nō dicerē quòd tu intereris tua, & matris tuæ ducitur: io penſo nō molto da douere eſſere differentia intro le vittorie, inter victorias non multum interfuturum puto. Cice. in epiſt. tu da deuere rencreſcere lo re non ſe concede, te affecturum eſſe tædio regem non datur: & non dicerem, quòd tui tædebit regem non datur: tu da deuere odiare li amici nō me piace, te habiturum eſſe odio amicos non mihi placet; tu da deuere eſſere pentito de le arme è iuſto, te afficiendum eſſe pœnitentia armorum iuſtum eſt, afficiendum eſſe pudore, miſericordia ægrotorum: tu da deuere rencreſcere lo maſtro non conue-

Quorū dā error

nie, te affecturum eſſe tædio magiſtrum non conuenit, ſic & de ſimilibus. Cice. tamē ad Atti. ait, ego illi, quod de ſua ſententia deceſſerit, pœnitendū puto, & in epiſtolis, cōſilii noſtri niſi eos pœniteret, nobis pœnitendū putarem, negano eſſere vtele ad ſe occidere alcuno, negant ſua intereſſe occidere quenquā. Quintil. in Declama. à lo maſtro è vtele eſſere dotto, magiſtri intereſt, vel refert eſſe doctum, & nō docti: quia intelligitur ipſum, vel ſe Cœleſtinus de lega. ii. l. ſi illud, aut illud: neq; refert hæredum, & eoꝝ quibus legatum eſt, diuerſas eſſe perſonas: & ſic de cæteris eſt intelligendū. Nō prætereūdum eſt: in hoc differunt infinita impſonaliū paſſiuæ vocis à paſſiuis: quia infinitū paſſiui ſolo verbo indiget ad perfectam ſignificationē, ut amari volo, intelligitur ab aliquo, ſed infinitum imperſonalis non tantum indiget verbo, ſed oportet addere ablatiuum, vt à me noceri volo. i. noceri volo: dicitur quoq; paſſiue, doceri à te volo, tunc intelligitur accuſatiuus me.

¶ De Gerundiis.

GErundia nōnulli eſſe nomina dixerunt: quòd perſonas nō diſcernūt, quòd caſus habent, quòd more nominū per appoſitionem recipiunt præpoſitionē, vt in legendo, verbiſq; motum ſignificantibus tanq̃ ad locum iunguntur. Cice. ad Herenniū cōmoti venimus ad ſcribendū: quòd carent tēpore, quod nihil magis eſt alienum à noīe: ſunt ergo nomina, ſed non ſimplicia. Quoniam caſus verborum, vnde veniunt, regunt: & licet non ſignificent ſubſtantiam, & qualitatem: ſunt tū nomina eo modo, quo numeralia, ordinalia, diuidua, & relatiua, quæ nullam ſignificant ſubſtantiam, nec qualitatem: qui hoc aſſeruerunt gerundium reſpexere adiectiuum: quoniā, vt patebit, ſicut adiectiuū flectitur. Nōnulli eſſe verba tradunt: quòd regunt caſus primitiuorum, & quòd habent O ad placitum more uerborū, & quòd actiuam, & paſſiuam habent ſignificatiouem, &

quis ſint nomina quoq;, vt diues opum egregius virtute regentia caſum, non tamen tranſitiue, vt gerundia: & quãuis ſint etiam nomina actionem & paſſionem ſignificantia, ut vector, & ignarus, non tamen eo modo, quo & verba. Verba nanq; ſignificant actionem, paſſionem menſuratam determinata variatione temporis, ut portat, quæ uox habet tantum præſens tempus, & portauit præteritum enunciatum, licet incluſum habeat præſens. Vector autem, & ignarus, & ſimilia, ſi qua ſunt, ſignificant actionem, & paſſionem menſuratam indeterminata variatione temporis. Dicitur enim tam qui portat, aut portauit, q̃ qui portabit. Nomina ergo, & uerba non vno modo ſignificant actionem, & paſſionem. Gerundia vero in hoc uerba, & nõ nomina ſequũtur. Hi ſubſtantiua reſpiciunt Gerundia, quæ uerborum caſus regunt. Nonnulli aſſerunt eſſe uerba infinita, vt ipſa ſupina. Nã ſi infinita uerba dicuntur, quæ diſtinguunt nec numeros, nec perſonas: multo magis Gerundia, & ſupina dicentur uerba infinita, quæ cum ſignificent actionem, & paſſionem, nec diſtinguunt numeros, & perſonas, nec tempora, nec ſequuntur naturã ſuorum uerborum, ut amo Petrum, cauſa amandi Petrum: ſed his repugnat Gerundia (ut patebit) habere numeros, genera, & caſus: & quòd ſupina, & gerundia: licet Probus, & nonnulli uelint, non ſunt eadem, ſed concederem eadem eſſe, ſi uerba eſſent carentia Gerundiis, & nõ carerent Supinis, vel ecõtrario, ut fio, quod habet factu. Sallu. optimum factu ratus, ſic & compoſita, ut calefio: non habent fiendi, & calefiendi: ſed quoniam verba habent vtrunque, ſi idem ſignificarent alterum vel gerundium, uel ſupinum eſſet ſuperfluum.

Probi & nonnullorũ error.

Verum acutiores merito diuiſerunt, & in hoc differunt: quòd amandum neceſſitatem amoris ſignificat: amatum uero initium ad amorem: amando in ipſo amore eſt: amatu pro ametur, & pro ipſo amore acci-

ſitiuo participii præteriti,& non futuri formantur, vt a nominati nominatiuus,ſic a geſti geſtiuus fieret & non gerundiuus. Sed anteq̃ gerundia habere numeros,& caſus oſtendamus,dicemus prius,in quo differunt a participiis. Gerundia ſignificant rei adminiſtrationem hoc eſt per modum officii,ſiue habitum,vt tenet me cura legendorum librorum intelligitur, quod illud eſt meum officium,atque habitus,non tamen in tempore determinato ſaltem ad futurum, ſed quod illos lego,& legere conſueui. Participia ſignificant tempus futurum ſine rei adminiſtratione:id eſt non per modum habitus,ſiue officii,vt legendi ſunt libri a me:intelligitur quod tempore futuro legentur a me. Gerundia præterea adiectiua poſſunt reſolui in gerundia ſubſtantiua,vt veni cauſa legendorum librorum,id eſt legendi libros, & veni ad legendos libros,id eſt ad legendum libros. Cicero legendis noſtris efficies pleniorem, hoc eſt legendo noſtra, & in primo de Diui, prodendisq́; monumentis efficere,id eſt prodendo,extendendoq́;. Non omittendum eſt,quod nõia a participiis venientia in hoc differunt a gerundiis. Nam ea nõia ſemper accipiuntur paſſiue, alteriq́; ſemp̃ adiacent,& per nomen præpoſitũ exponũtur vt rex laudandus,id eſt dignus laudari. Gerundia vero exponũtur p̃ verbũ,& aliq̃ñdo p̃ aduerbiũ,& cõiũctionem,vt audiẽdo ꝓficio,id eſt dum audio,audiendi cauſa venio:id eſt vt audiam. Gerundia quoque habent vim per ſe,& cũ nõie iungi poſſunt:& tam actiue q̃ paſſiue exponi poſſunt. Quint.ii ſiqua difficiliora diſcenti videbuntur,elaborandũ eſt,id eſt oportet diſcentem laborare,vel a diſcente laborari. Plin.in.xxxiiii ad tollendos dolores,id eſt vt tollat dolores:vel vt dolores tollantur. Quod gerundia(licet Priſc.& alii aliter ſentiant) habent oĩa genera & numeros autores paſſim dicant. Ver. voluenda dies en attulit vltro,id eſt quæ voluitur. Pli.in.xxxi.tantus erat docendæ oratoriæ artis q̃ſtus.i.

Priſci.& alioꝝ error.

docendo artẽ oratoriã. Soli.incendiũ nobis fabricæ manu ſua ſtruxit voto adipiſcẽdæ famæ.i.vt adipiſceref. Gell.pecuniã domus emendæ cauſa a reo accepiſſet.i. vt emeret. Val.in.v.cuius teſtãdæ rei gratia rapitis effigies. Idẽ regno ſpoliatus petendi auxilii gratia.i.vt peteret. Idem in.ix.diſſimulandi ſceleris gratia in lectulo collocauit.i.vt diſſimularet. Soli.quam magnus Alexander potiundi orbis amore tranſcendit.i.vt potiretur. Sueto.medendæ valetudini. Cice.ad tuam dignitatem tuendam traducere.i.ad tuendum. Vale.in.ix qui a Furio,quem ad eum occidendum Antonius miſerat. Idẽ feras prompti animi ad omne ſcelus moliendum pœnas pependi. Idẽ interpretandarũ religionum peritiſſimus:id eſt ad interpretandũ,vel vt interpretetur. Idem miſſum ab eo Gratidium,legatum ad L. Syllam conſulem accipiendarum legionum cauſa. Plaut.in Capt.liberorum quærendorum cauſa ei credo vxor data eſt. Pli. coctas dyſſenteriis ueſcendas.i.ad veſcendum. Cicero dignitas in dicendis ſententiis:id eſt dicendo ſentẽtias, & de Orat.iii.loquendi eleganter augetur legendis oratoribus,& poetis.i.legendo oratores,& poetas. Li.ad talia audenda:ideſt ad audendum talia. Vale.in.ix.ſi ad hæc tuenda nihil canino latratu. Sol. Alexãdriam condidit ad conteſtandos itineris ſui terminos. Vale.ad eos alloquendos venit:id eſt ad loquendum & paſſiue. Cicero ad Mar.interfuiſtis rebus agendis: id eſt dum agerentur. Curt.alendis frugibus: id eſt alendo fruges, vel dum aluntur fruges. Gerundium ſignificationis paſſiuæ,& actiuæ eſſe poteſt in utroque numero,& quandoque promiſcuæ. Cicero in epiſtolis ſtudium nõ defuit declarandorum munerum, id eſt ad declarandum munera,vel vt declarentur munera. Quint.ſi ad concitandos iudices eſt accommodatus: id eſt ad concitandum, vel vt concitentur iudices. Idem conſilium formandæ actionis.i.ad formandum actionem,vel vt for

metur actio, in datiuo quoq; quamuis negent per omnia genera, vt do operam iuri dicendo. Verg. qui cultus habendo ſit pecori. Grāma
Oui. in primo de arte, clypeo manus apta ferendo. error.
Plin. cui faciendæ fornax. Li. medendis corporibus, in quibus licet ſubintelligere accuſatiuum cum præpoſitione ad, vel reſoluitur per ſubiunctiuum, & vt. i. ad habendum, uel ut habeatur pecus: in accuſatiuo. Verg. furtim mandarat alendū. Stat. in Ach. niuibusq; immiſit alendum, id eſt ut aleretur. Mart. Ille dabit populo, patribus, equitiq; legendum, id eſt, ut legatur: in ablatiuo. Suet. in Dol. Nero in adipiſcēda morte. i. in adipiſcendo uel ut adipiſceretur mortem. Dicas ergo gerundia habere omnes caſus per omnia genera excepto uocatiuo repugnante natura reſolutionis. Reſtat ut probemus gerundia ſignificare neceſſitatē. Quoniam neceſſitatis ſunt enunciatiua, uel ſignificatiua etiā recto caſu enunciata. Teren. uxor tibi ducēda eſt: id eſt oportet, uel neceſſe eſt uxorem ducere. Se. Controuerſiarum. iiii. exulandum eſt. exulandus participium nō dicitur. Quint. enitendum, pallendum eſt: pallendus, & enitendus participia non leguntur, qui ſunt caſus, & neceſſitatem quandam ſignificant. Cicero ad Atti. ſed ea mihi ſunt patienda, & ad Mar. multa uictori per quos uicit etiam inuito facienda ſunt: id eſt oportet fieri, & ad eundem quid tibi faciendum arbitrarer. i. quod tibi neceſſe eſt facere, & octauo caſu loco ablatiui ante ſe poſito, vel ſubintellecto iunguntur, ut tibi currendū eſt. Teren. in Eunu manendum eſt ſoli cum illa. Gell. philoſophandum eſt paucis. Cice. homini migrandum eſt quaſi dicat neceſſe eſt homini: iungitur quoq; ſed rariſſime, ablatiuo cū præpoſitione licet negent. Cic. in orationibus, quibus è uobis, & imperatoribus reipub. conſulendum. Vlpianus. xxvi. ſed cauendum eſt, hæredi a Grāma.
fideicōmiſſario: ipſe dicerem hic ablatiuū non regi a ge- error.
rundio, ſed a uerbi natura. Dicitur enim caueo a te, ut

intelligatur neceſſe eſt hæredi caueat a fideicõmiſſario: & reſoluitur per decet, vel oportet, vel neceſſe eſt cum eius infinito, vt legendum eſt tibi.i.te decet, vel oportet: vel neceſſe tibi eſt legere. Aliquando ſignificat non neceſſitatem, ſed debiti modum: ſeu agendæ rei Plan. Ciceroni quantum in acie tyroni ſit cõmittẽdum, id eſt cõmitti debeat. Cice. ad Leptam, non modo non appetendum, ſed etiam fugiendum puto: id eſt non modo debere appeti, ſed etiã debere fugi. Plinius in.ii. græcis vtendum erit vocabulis, id eſt vti oportebit. Liui. poſteaquã pugnandum vidit, id eſt oportere pugnare, & in plurali. Verg. in.ii. Sanguine quærendi reditus aĩaq; litandum Argolica. Verum ne citãdo autores opus turgeſcat, ad neceſſaria perueniendum eſt. Gerundia ante ſe nullum poſcunt caſum, poſt vero ſe caſus verborum, vnde deſcendunt. Gerundia ab actiuis, & cummunibns venientia vtranque habent ſignificationem actiuam, & paſſiuam: a neutris vero, & deponentibus, quam verba gerundia caſum regentia ſunt ſubſtãtiua. Audiendi de, vel per audire, & de, vel per eſſere audito, vt lo villano non ha moleſtia da zappare la terra, ruſticus non habet moleſtiam fodiendi terram: & lo ſcholaro per audire la lettione porta lo libro, diſcipulus audiendi cauſa lectionem portat librum; vel per gerundium adiectiuũ diſcipulus audiẽdæ lectionis gratia portat librum: id eſt vt audiatur lectio paſſiue. Verum quoties ſequitur relatiuum oportet vti gerundio, vt hic dies attulit initium dicendi quæ vellem, nõ dicendorum eorum, quæ vellem, quæ etiam pertinent ad laudem, vituperium ornatius dicuntur per gerundium in genitiuo vel ablatiuo, vt amandæ virtutis gratia, & in legendis libris, & ego cauſa inſeruiendi bonis ſtudeo; ſic & de cæteris eſt intelligendum, & la lettione per eſſere letta da lo maſtro ſe intende, non fit per gerundium quando habet ablatiuum expreſſum, ſed per verbum, & vt, lectio, vt legatur.

a magiſtro intelligitur:ideo non habet ablatiuum:quia ante ſe non habet nominatiuum in gerũdio actiuo:qui nominatiuus in paſſiuo vertitur in ablatiuum, vt ego amo virtutem,virtus amatur a me,ſic etiam fieret in gerundio ſi haberet nominatiuum, la lettione per eſſere audita ſe intende,lectio vt audiatur, vel cauſa audiendi intelligitur ſine caſu poſteriori licet Vallẽſis perneget.

Vallẽſis error.

Iuſti.in.xvii. Athenas erudiendi gratia miſſus.i.vt erudiretur.Idem cognoſcendi q̃ emendandi gratia.i.vt cognoſceretur,& emendaretur,licet in paſſiua ſignificatione rarenter legatur; legitur gerundium in Di iunctum genitiuo plurali.Cice.in.ii.de Diuina.Stoicos noſtros Epicureis irridendi ſui.i.vt irrideretur. Teren.in Heau. date creſcendi copiam nouarum.Gel.q̃ aliorum docendi gratia.Suet.in Aug.diripiendiq; domorum. Plaut.in Cap.nominandi tibi iſtorum. Li.in. xx.ab vrbe veſtri adhortandi.Plin.cum illorum videndi gratia me in forum contuliſſem:vt compoſui hunc librum inſtituendi puerorum gratia. Non omittendum eſt:quòd gerũdia in di, vt plurimum iunguntur cum nõie ſubſtantiuo, vt tempus eſt legendi, raro cum adiectiuis, vt in infinitis diximus. Verg.iam certus eundi. Sunt quoque gerundia copulatiuorum verborum,quæ habent conſtructionem cum nominatiuo per determinationem,vt animus eſt nominandi bonus. Audiendo audiendo, eſſendo audito,vt li ſcholari audendono la lettione ſedeno,diſcipuli audiendo lectionem ſedent:& la lettione audẽdoſe ioua ad nui, lectio audiendo prodeſt nobis, & hoc ſine caſu poſteriori. Quint.ſed memoria excolendo ſicut cætera omnia augetur. Nam non dicitur lectio audiendo a te prodeſt nobis:quoniam tunc fit per dũ, vel cum, vt lectio dum, vel cum auditur a te prodeſt: dicitur eleganter non ſolum ſoluendo, id eſt nõ habeo quomodo ſoluã. Quin.pauperi ſoluendo non ſumus. Cicero epiſt.iii.cum ſoluẽdo ciuitates non eſſent. Sunt

quædam uulgaria,quæ dicimus per gerundium in do, & non per in di:& id eſt,quando quod ſequitur,eſt defectus præcedentis,ut currendo detriui calceos, nõ cauſa currendi:hauendo io ſcripto non debbo eſſere incolpato , fit non per gerundium : quia caſus præponitur, quem gerundium habere non poteſt , & quod tempus oſtenditur,quo caret,fiet ergo per ſubiunctiuum,ſeu p indicatiuum adiuncta coniunctione, uel aduerbio ut cũ ſcripſerim,uel poſtq̃ ſcripſi non debeo criminari,ſic & de ſimilibus:quod gerundium iungitur cum de , uel e, uel ex,uel a,uel ab,uel in,uel cum,probatur apud iuriſcon.titulus eſt de eden. Quint.de apte dicendo de lo dire aptamente.Teren.in Adel.ex aſſentando. Cic.de non dolendo.Pli.iunior a ſcribendo uacarẽ Quin.in.x. ſi tardior in ſcribendo,ſi piu tardo in lo ſcriuere. Idẽ ratio ſcribendi iuncta cum loquendo,la ragione de ſcriuere giunta con lo parlare . Plaut.in Aul.pro uapulando Hercle ego abs te mercedẽ petam.i.ut uapulẽ:& hoc maxime fit,quãdo ſine caſu uerbi iungitur cũ huiuſmodi præpoſitionibus uim propriam ſeruantibus. Notandum eſt:quod non dicitur uenio ſcribẽdo,nec a ſcribẽdo,ut in ſupinis patebit:nec dicitur,ut aiunt,in legendo Vergiliũ,ſed in legendo Vergilio triui tẽpus licet citẽt Ciceronem ad Atti.de tranſeundo in Aegyptum,hic in Aegyptum nõ regitur ex tranſeundo, ſed a præpoſitione in: Audiendum ad audire,& eſſere audito,ut.li iuueni ſono apti a udire la lettione , iuuenes ſunt apti ad audiendum lectionẽ,uel per gerundium adiectiuum ad audiendam lectionem:queſta lett one e difficile ad leggerſe,hæc lectio eſt difficilis ad legendũ,oportet enim gerundium in dum ſignificans paſſionẽ habere aliquod

Grãma. error.

adiectiuum,ut hæc domus eſt aperta ad uidendum.i.ut uideatur.Quint.in viii.ſunt autem neq; obſcura,neque ad percipiẽdum difficilia,& ſine adiectiuo, licet negẽt. Sall.in Iug.dum ipſe ad imperandum Tiſidium uocare

tur.i.ut ei imperaretur. Cic. in epiſtolis ad ſuccedendū: id eſt, ut ei ſuccedere. ur: & io ando ad eſſere iuſto, eo ad uidendum, uel ut uidear uel uidendus. Mar. in. x. uenies albis non agnoſcendus amicis: ſe deueno cantare li uerſi, carmina canendum eſt. Cicero in Piſonem non fuit poſtulandum fratrem inimici mei. Iuue. uiuendum recte. Plin. ii. græcis utendū erit uocabulis. Lucre. æternas enim pœnas in morte timendum, & Verg. in. xi. pacem a Troiano rege petēdum: vbi intelligitur eſt, & gerundium eſt non participium nec quod Græci appellāt aparemphaton, vt aiunt: quoniam hoc eſt de infinitis, vt ibi patuit: nec eſt, quod Ser. in. x. ſic ait accuſatiuo caſu etiam vtimur, cum volumus abſolutam facere locutionem & per gerundii modum aliquid dicere: ſed eſt gerundium ſubintellecto verbo eſt, vt ſit perfecta oratio ſicut hoc Varronis in. iii. colligēdum eas in vas aliquod & reponendum, & in tertio vbi pariunt faciendum haras. Idem faciendumq; ſepta ſecreta ab aliis, & in. ii. frænos ſuſpendendum, etiam alibi in fœtura dandum potius hordeaceos panes. Colu. ad Saluinum quas vt ipſe. Vergilius ſignificauerat poſt ſe memorandum reliquit. Cice. in. ii. Tuſcu. iterandum iſta eadem: vt ſe deue petere lo libro dali ſcholari petendum eſt librum a diſcipulis, qui ablatiuus cum præpoſitione non regitur ex natura gerundii, ſed ex natura verbi. Dicitur enim peto a te, vt ſuperius ex Vergilio patuit: nocendum eſt inimicis, & miſerendum eſt pauperum, & io ho da andare alla piazza, eſt mihi eundum ad plateam: id eſt ſum iturus. Gerundium in dum exponitur per actiuum, vt vocaui te ad currendum: id eſt ad curſum; & iudex ob iudicandum accipit pretium: id eſt propter iudicium ab ipſo datum, quod gerundium ſæpius conſtruitur cum præpoſitione ad ob, propter, in, & ante, vt veni ad numerandum, vel ob, vel propter numerandum pecunias, & interagendum capras, & ante domandum bo-

Grāmat error.

Seruii error.

& vt plurimum ſine caſu. Quint.in.x.ſi forte aliquis interagendum,& in.xi.eſſe interagendum. Val.in primo at Sulpitio inter ſacrificandum,i.dū ſacrificaret,quando ſacrificaua,& ſic habet ſignificationem temporis. poterit etiam regere poſt ſe caſum ſui verbi. Li.ii.ab vrbe cō di.inter ſpoliandum corpus hoſtis vetuto percuſſus. Eſt quoq; notandum hoc latinum Ioanne è troppo iouene ad fidarſe queſta impreſa. Ioannes eſt nimis iuuenis,q̄ cui committatur inceptum, aut cui hoc cōmittendum, nec dicas eſt nimis iuuenis ad cōmittendum hoc inceptum. Quint. ſed hoc apertius eſt, quàm vt probandum ſit. Idem cauſæ plures, quàm quibus ſuffecturum ſe ſciat. Sunt tamen quædam verba, quæ gerundiis ſine præpoſitione iunguntur, vt loco, conduco, mando, curo, habeo pro debeo. Sulp. Cice. funus ſatis amplum faciendum curaui. Idem ei faciendum locarent.i.darent alteri faciendum, vel ad faciendum. Cic. in ultima Verr. ſcio ludos Circenſes maxima cum dignitate eſſe faciendum; curaui mittendas literas; id eſt feci mittere. Sunt quoque gerundia ab imperſonalibus licet negent. Cicero de Finibus.ii.reliquit cauſas pœnitendi, &, in Tuſc. tanta fuit uis pœnitendi. Idem de claris Ora. inducitur ad pudendum, & pigenddum, & in primo de Ora. non enim pudendo. Verum ſi dixeris Petro per rencreſcere lo re è uenuto qua. Petrus cauſa afficiendi tædio regem, uel Petrus vt ipſius tædeat regem venit huc, ſed prius eſt vſitatius, & non poteſt fieri per gerundiū imperſonalis, quando habet caſum imperſonalis, ſed tunc fiet per imperſonale, quod non habet caſum poſt ſe, ut autoribus citatis patuit. licet Sall. dicat in Iugur. num eorum pœnitendi ſit.

Grāma. error.

❡De Supinis.

SVpina quidam nomina participialia nūcupāt, voluntq; dici quaſi ſupereuntia: quoniam ſuperant.i. ſuperabundant naturæ verbi ſine tempore ad parti

cipium, verbaliumq; proportionem: quòd ſuperare ſignificat ſupabundare patet ex Verg. in primo Geor. ſi ſuperant fœtus, pariter frumenta ſequuntur, vel dicuntur ſupina quaſi ſuprema hoc eſt vltima ab inflexione verbi inuenta, vel quia vident ſupra ſe totam verbi cõiugationem: aliqui inter quos eſt Quintil. & Pli. appellant verba participialia, non quidem qualia dicto. factoq;, quæ ſunt ablatiui participii, & tũc deducũt quaſi ſupina. Nam ſine temporibus ſubeunt ex uerbo ad participia. ſunt nõnulli, qui volunt ſupina eſſe caſus, ut primum ſit accuſatiuus, alterum ablatiuus. Aliqui volunt eſſe partem orationis, vt ſint decem. Et quoniam ſupina eſſe uerba participialia retulimus, aliquis negaret aſſerendo verbum eſt cum tẽpore, ſupina non ſignificant tempus, ergo non uerba. Tu uero dicas, licet non habeant ex ſe, tamen à verbo coniuncto accipiunt, vt vado lectum, ideſt vt legam, ibam lectum, ideſt ut legerem: dictum oportuit, ideſt dixiſſe. Quòd hoc non ſit participium nec nomen patet. quoniam nomen non reſoluitur in temporis rationem. hinc Terẽt. in Heaut. manſum oportuit, ideſt manſiſſe, & alibi morem geſtũ oportuit, ideſt morem geſiſſe: quamuis per participia tales elocutiones fieri putet Priſc. quod non probatur: cum morem geſtus, & manſus participia non legantur. Cato, factum itur contumelia, ideſt ut fiat. Ipſe vero Quinti. ſequor & nullius eſſe caſus, perſonæ, & numeri contendo: & ſupina, vt patuit, in primo ſubiiciuntur infinito. Primum ſupinum ante ſe nullum petit caſum, poſt ſe caſum uerbi, vnde deſcendit, vt eo lectum lectiones Tullii: dicitur quoq; eo, uado lectum, ideſt ad eum locum, in quo legam, uel per ſubiunctiuum, ut legam, ſeu ad legendum. Quod ſupinum eſt actiuæ ſemper ſignificationis, niſi uerbum ſua natura ſignificet paſſionem, ut do filiam nuptum, & ſeruos uænum. Plaut. in Aulu. coctum ego non uapulatum cõductus ſum: &

Priſciani error

in Mer. exulatum abiit, & ibidem exulatū hinc ire me. Liu. filiam nuptam dat. Idem priuſq̄ iret exulatum: & iungitur ſemper uerbo ſignificanti motum ad locum, vel explicitum, vt eo honoratum regem uel implicitū & latentem, ut ſui admiſſus ſpectatum. Vltimum ſupinum nō regit caſum, nec iungitur uerbo ſicut primum, ſed adiectiuo, uel ſubſtantiuo vicem adiectiui habenti, fas, & nefas, & paſſiue ſemper ponitur: quia à paſſionem & non actionem ſignificantibus venit, & in paſſionem ſemper reſoluitur, ut mirabile dictu, ideſt ut dicatur. Ideo non recte dicitur, eſt digna locutu, nec ſeruitu, ſed ut loquamur, & ſeruiamus: quoniam ſeruio non habet ſeruior, nec ſignificat paſſionem, ut in eam reſoluatur: q̄uis Sol. digniſſimum factu: & Valer. in. iiii. dixerit opera percurrens ardua imitatu. i. ut imitarentur, & ſæpius leges: hoc nanq; eſt ut patebit in partici-

Crāma. error.

piis: quòd deponentia, & maxime trāſitiua erant apud antiquos communia: & adiectiuum illud eſſe debet nō ſolū in nominatiuo (vt aiunt) ſed in accuſatiuo quoq;. Sal. optimū factu ratus: & ſic ꝓprie conſtituitur amatu ad amarſe, che ſe ama, & ad eſſere amato, ut queſta lettione è difficile ad leggerſe, hæc lectio eſt difficilis lectu: & nulla coſa è tanto difficile ad intenderſe, quanto la ſententia de Tullio, nulla res eſt tam difficilis intellectu, q̄ ſententia Tullii: & queſto è horrēdo ad dirſe da nui, hoc eſt horrendum, ut dicatur à nobis, & nō dictu à nobis: quia ſupinum non regit ablatiuum: quia non habent ante ſe nominatiuum, qui in paſſiuo vertitur in ablatiuum: nec dicitur venio à ſpectandis ludis, ſed à ſpectatione, vel à ſpectaculo ludorum. Seneca Suaſoriarum primo, ab auditione veniſſe, nec venio ab amando, ſed ab amore. Quoniam neq; ſupinum in V, neq; gerundium in do iunguntur verbis ſignificantibus motum de loco: nec dicas venio venatu, lectu, ſed à venatione, lectione: q̄uis Statius in Achille dicat, tunc vena-

tu rediturum. Cato, primus cubitu ſurgat, ultimus cubitum eat. Plaut. in Menæch. obſonatu redeo: & in Caſina, licet in Statio, Catone, & Plauto nomina quartæ declinationis eſſe poſſint, & intelligeretur venatu venatione, cubatione, obſonatione, ſed meo iudicio ſunt omnino ſupina, cum Cato vltimus cubitum eat, dixerit: frequentius tamen, & imitatione dignius eſt, ut dicatur venio à venatione: & ille venit ab acceptione numorũ, qui genitiuus regitur ex ſubſtantiuo acceptione: hic eſt dignus gubernatu: ſi eſt ſupinum intelligitur ut gubernetur, ſi nomen recipere poteſt genitiuũ, ut dignus eſt gubernatu reipublicæ. i. ut gubernet, & recipit præpoſitionẽ vt receſſit ex gubernatu. Non prætereundũ eſt: quòd vltima ſupina plerũq; ſignificant gerundia in dũ, Verg. terribiles viſu formæ. i. ad videndũ: quũ ſupinum reſoluitur per gerundium in dum, vel per ſubiunctiuũ paſſiuũ. Dicitur quoq; iuſtus eſt dignus amari pro amatu, vel vt ametur, vt lo iuſto è degno da amarſe. Verg. in Bucco. & puer ipſe fuit cantari dignus. Eſt ſciendũ: quòd quando verbum non habet ultimum ſupinum, fit non per ſupinum in V, ſed per infinitum paſſiuum. Pompo. Mela, Nilus nauigari dignus.

ℭDe Participiis.

QVid ſit participium, & pleraq; alia in primo retulimus. Participia fiunt ab actiuis, paſſiuis, neutris, communibus, & deponentibus: de imperſonalibus autem dicemus in fine. Participia ante ſe caſum nõ poſtulant ſed ſubſtantiuo præcedenti, vt adiectiua adhærent: poſt uero ſe exigunt caſum uerborum, unde ueniunt Participiorum voces hæ ſunt in ans, vt amans, in ens, ut audiens, in tus, ut auditus, in rus, ut auditurus, in dus, ut audiẽdus, in ſus, ut uiſus, in xus, ut fixus: mortuus tamen ut in præteritis diximus, eſt nomen non participium. Ab actiuis duo veniunt participia: vnum in ans, uel in ens, alterum in rus. In ans, uel in

ens, ſunt temporis præſentis, & præteriti imperfecti, & formantur à prima perſona præteriti imperfecti indicatiui mutata bam in ans, uel in ens, ut amabam amans, legebam legens: & hoc ideo: quia participium ut præteritum imperfectum rem inceptam, & imperfectam ſignificat, ideſt eum qui legit, aut legebat. Participium enim, ſed non ſemper (ut liquebit) reſoluitur per relatiuum, & verbum ſeruato tempore. Participium in ans, vel in ens habet hæc vulgaria amãs loquale ama, amaua, amante.i. quillo loquale ama, & vulgare gerundii in do elegãtius fiet per participiũ, ut leggẽdo la lettione non ſaltaua, legens lectionem nõ ſaltabam, & eſſendo uiuo venero, viuens veniam. Eſt ſciendũ: quod qñ componimus dictata per participiã, relatiuum nunquã ponitur vt io, loquale audo ſcriuo, ego audiens ſcribo. Participia præſentis interdum ponuntur nõ modo ꝑ præterito indicatiui, ſed pro aliis temporibus. Cice. in Bruto, è Sicilia. diſcedens Rhodũ veniſſem. i. poſtq̃ diſceſſeram. Verg. viii. diſcedẽs chlamydemq; auro dedit. i. quando diſcederet. Cice. ad Tyronem, ſi te veniẽs in medio foro videro. i. poſtq̃ venero: tunc fit qñ participium illius temporis, quod vſurpant, non eſt in vſu. Nõ omittendum eſt: quòd participia in ans vel in ens à uerbis actiuis ſignificationis paſſiuæ ſæpe leguntur. Ver. Geor. primo, voluẽtia plauſtra. i. quæ voluuntur,

Grãma. error.

uel uoluẽtia ſe nõ uolubilia, ut aiunt: & in primo, uoluẽtibus annis. Cic. in. iii. de Orat. in amne præcipitante. Sueto. Gallici triumphi die Valabrum præteruehẽs. i. dum heheretur. Gell. in. ii. equo uehens uenit. i. dũ ueheretur. Li. inclinante die ad occaſum. i. dum inclinaretur dies. Non prætereundum eſt: quod participia interdum non reſoluuntur ꝑ rectum relatiui, ſed accipiunt vim recti. Vergil. dona ferens pelago, & flãmis reſtantia Troiæ. i. paratus erat ferre, uel aio ferẽdi. Nõ enim diſceſſerat, ut diceretur, qui fert, aut ferebat: & hoc in-

telligitur nō modo de participio in ans, vel in ens, ſed de futuro quoq;, & maxime reſoluitur per præteritum imperfectum. Ouid. in epiſtolis, expectē, qui me nunq̃ uiſurus abiſti? ideſt ut uideres, uel aio uidendi. Vale. in primo, ducturus erat à Carris aduerſus Parthos exercitum. i. ut duceret, uel paratus, ſeu diſpoſitus erat ducere. Idem me ferro eſſem interemptura. i. auderem me interimere. Sueto. in Cæſare, quaſi mox lecturus cōmiſcuit. i. cum intentione, ut legeret. Quin. uarie detracturus græcis teſtibus. i. animo, uel cauſa detrahēdi, uel ut detraheret: ſimiliter uenio lecturus lectionem. i. ad legendum, uel lectū, uel ut legam, uel aio legēdi. Quint. uero loq; ſolet uenio petiturus, oraturus, ideſt petitū, oratum: in hac elocutione eſt Gerundii affinitas. Suet. in Nero. potaturus manu hauſit, ideſt cauſa potandi: quæ ratio, quia futura eſt, utor futuro. Interdum hæc participia ſignificant diſpoſitionem quandam non ratione rei futuræ, ſed habitus exiſtētis ad rem agendā. Cicero in primo Tuſc. ſine doctrina credituri fuerunt. Quintilia. non taciturus de tanta ſua gloria, ideſt paratus ſeu diſpoſitus in tali conditione, ut non taceret, uel quod nō tacuiſſet: quoniā ex rei narratione futura fuiſſet gloria. Idem, luctaturi ſolent humeris, ideſt parati luctari: ut ſum lecturus lectionem, ideſt habeo legere lectionē: elegantiſſime hoc utitur participio pro præterito plusq̃ perfecto, ut petiui libros à te plus petiturus, niſi me uerecundia prohibuiſſet. i. petiuiſſem. Sene. epiſt. xix. eloquentiæ Romanæ daturus exēplum: niſi illum eneruaſſet felicitas. Verum ut ad rem reuertar: ſunt etiam quædam nomina male à multis, & maxime à Laurē. participia nuncupata, ut euidens, quod aperte uidetur, ſed nomen eſt: licet ſignificatio ſit paſſiua. Nā hoc quoq; accidit aliis nominib⁹ & participia nō ſunt, ut ludi magnifici, ideſt magnifice facti: hæc ſunt neutra, qm̃ ſubſtātiuantur accidens, cōtingens, antecedens,

Laurētij error.

decens,conueniens,præſens, animans,quamuis in fœminino poſuit. Lactā.conſequens:hæc ſunt maſculina oriens,occidens;profluens pro flumine: hæc ſunt fœminina conſonans, prægnans, continens,ideſt terra firma. Nam quādo ſignificat continuū eſt omnis generis, Cice.continentèm orationem. Eſt quoq; ſciēdum participium in ans, uel in ens poni pro infinito, vt uideo te legentem,ideſt te legere. Sallu.v. Hiſtor.ſæpe celebritatem nominis te lego timentem pro timere. In rus ſunt futuri tēporis,& formātur à primo ſupino mutata M in rus,ut amatum amaturus, & non ab vltimo (vt aiunt) quoniam, ut patuit, hæc ſupina ſignificant ſemper paſſionem, & ueniunt à uerbis paſſionem tantum ſignificantibus. & hæc participia ueniunt etiam à uerbis carentibus his ſupinis, ut à ſeruio ſeruiturus: non tamen dicitur ſeruior, nec ſeruitu, ſic etiam eſt intelligendum de cæteris paſſiuo, aut paſſione carentibus:

Grāma. error.

Nec admittendum eſt: quod tradunt, ut fingamus hoc ſupinum. Abſurdum enim eſt fingere, quod haberi non poteſt: ſed notum à noſco noſciturus, & ignotum ignoſciturus, & iungitur cūm futuro ero, licet negent. Quint.in.x.de quibus dicturi erimus. Cic.in.iiii. Rhet.ſi cōmutatio verbi id erit demonſtratura. Seneca in.iiii. de Bene. in fine, plus mihi detracturus ero illi collocaturus, ſi ille non erit ſenſurus, & ibidem acceſſurum erit,& ſæpiſſime. Verum carentia ſupinis carent & participiis in rus, & in tus: quæ ſi ſcire cupis, lege quartum de Supinis. Significat ergo amaturus eum,qui amabit,& habet hæc vulgaria da amare, loquale amara, per deuere amare, eſſendo per amare, hauendo ad amare. Non prætereūdum eſt, quod ſi dabitur vulgare per participium in rus, & non poteſt fieri per participium, cū illud uerbum careat ſupino, fiet per aliud uerbum, uel per relatiuum & futurum, ut li ſcholari da ti mereno lo maſtro imparano, diſcipuli formidaturi, uel

Grāma. error.

Grāma. error.

qui timebunt præceptorē diſcunt: & io ſo uenuto per volere leggere, vel ad volere leggere, veni lecturus, ac ſi dicerem veni vt legerem: quod nō idem ſonat, veni vt legam. Eſt ſciendū verba actiua, & neutra participium præteriti temporis non habere: quia ſignificant actionē incōpletā. Participium vero præteriti actionē in patiēte cōpletam ſignificat, & eadem ratione paſſiuū nō habet participium præſentis, cum ſit perfectum, & actiuum imperfectum. A verbis paſſiuis duo fiunt participia in tus, & in dus. In tus ſunt præteriti perfecti, & pluſq̄ perfecti tēporis, & formantur ab vltimo ſupino addita litera S, vt amatu amatus: quæ uero carent participiis in tus, habēt tantū in dus. Amatus, ideſt qui amatus fuit, vel fuerat, habet hæc vulgaria loquale ei, vt era ſtato amato: amato, ideſt quillo loquale è ſtato amato, eſſendo ſtato amato. Aduertendū eſt: quòd modis duobus per participium non fiet latinum: primo cū nō inuenitur participium: ſecūdo ſi relatiuū non eſt in nōminatiuo. Tunc enim fiet per relatiuum & verbum, ut la grammatica inſignata ad te da lo maſtro me ioua, grammatice, quam tu doctus fuiſti à præceptore, mihi prodeſt: & li dinari priuati da lo patre a lo figlio, delettano li auari: numi, quibus priuatus eſt à patre filius, delectant auaros, ſic & de ſimilibus eſt intelligendum. Si dabitur vulgare per verba carentia ſupinis fiet per relatiuum, & uerbum actiuum, vt lo re temuto da li vaſſalli, me ama: rex, quem timuerunt ſubditi, me amat. Reſoluitur enim vulgare, lo re loquale hanno temuti li vaſſalli: ſi non fuerit expreſſum nomen, tunc ſubintelligitur ille, vel aliquis, vt lo refrenato non corre: ille, quem aliquis conpeſcuit, non currit. Non prætereundum eſt participium i tus, in accuſatiuo, & ablatiuo poni quandoq; pro infinito, vt factum oportuit, ideſt facere, vel feciſſe. Terent. in And. iam vbi erit inuentum tibi curabo, & mecum adductum tuum Pamphilum,

ideſt inuenire,adducere. Liu.ſic Tulle te monitum uelim,ideſt uolo te monere. Terent.in And.ex te auditū qui aiebant,ideſt audiuiſſe,& alibi commod.orem hominem aduentum pro aduenisſe. Sallu.facto opus eſt: eſt dicendi modus ornatus, eſſendo occupato nō lho fatto, occupatus non feci. Sunt quædam nomina, & non participia:ut Laurē.quæ in voce paſſiua actionem ſignificant, ut circumſpectus,cōſideratus, diſertus, argutus,ſcitus,ideſt pulcher, diſcretus, complacitus, inueneratus,exoletus, adultus, perfectus, apertus, ignotus, perditus, ideſt perditione dignus. Perſi.cute perditus,profuſus,fluxus. Quæ ſequūtur,ſunt participia, & ſignificant actionem, & paſſionem falſus, fœta, tacitus, contentus, tutus, cautus. Cicero pro Cecinna, quo res eſſet cautior. Triumphatus vero, regnatus,decurſus, erratus, fletus, defletus, euigilatus ſunt participia ſine uerbis:quoniam ipſorum paſſiua nō leguntur: laboratus autem,tunicatus, loricatus, habitatus, & circumuentus ſunt participia cum uerborum origine, licet negent. Cice.ad Appium,hæc elaborantur. Ver.in.iii. habitantur mœnia grais. Gel.milites Romani circūueniuntur. Varro,detōderi docuit, tunicareq; homulum. Plin.ſe loricauit. Quæ ſequuntur ſunt nomina,& non participia,ſcrutatus,hirſutus, literatus, aſtutus,manicatus, pileatus, annulatus, galeatus, togatus, brachatus, caligatus, haſtatus, crepidatus, criſtatus, lunatus,paludatus, prætextatus, ſiſtratus, ſoleatus, comatus,trabeatus,ſtellatus,turritus,cornutus,pellitus, crinitus,cirritus, baccatus ſine aſpiratione baccis.i. gemmis ornatus,penulatus, lacernatus, ceruſſatus, marginatus, faſtigiatus,mucronatus,ferratus,linteatus,petaſatus.,ſardonicatus,fimbriatus, barbatus, manuleatus,perſonatus, niuatus, palliolatus, pexatus, capitatus, bracchiatus, coſtatus, funeratus, palleatus, vncatus, glaciatus, ſagatus,& pictatus. In dus ſunt futuri temporis,& formantur

Laurētii error.

Grāma. error.

mantur a nominatiuo participii in ans, vel in ens, mutata S in dus, ut amans amandus, id eſt qui amabitur, poſſet quoq; formari a tertia perſona numeri pluralis mutādo T in dus, vt amant amandus: & ideo legimus gerundus, faciundus, audiundus: ſed legendus frequentius, q̄ legundus, & ſimilia apud autores leguntur: cundus vero, & cōpoſita, ut prætereundus, adeundus ſemper in undus: & habet hæc uulgaria da eſſere amato, loquale ſera amato, per deuere eſſere amato, hauēdoſe ad amare, hauendo ad eſſere amato, eſſendo per eſſere amato: interdum exponitur per dignus, vt amandus: id eſt dignus amari, & tunc eſt nomen: & iungitur interdum cū erit licet negent. Quint. in quarto beneuolentia iudicis petenda ex aliis partibus erit. Ouid. in Epiſtolis cuſtos decipiendus erit, & ſæpiſſime. Hoc uero Senecæ nullā fecit cometarum mentionem non prætermittendum ſic exponitur non debentem prætermitti, ſic & apud alios leges. Teren. eiiciunda hercle eſt hæc animi mollicies, id eſt eiici debet. Iuue. res memoranda nouis annalibus .i. debens memorari, vel debeat Verg. Quid memorandum æque Baccheia dona tulere .i. debens memorari, quæ, & ſimilia non ſunt gerundia, ut quidam putāt, ſed tū nomina, tū participia. Iuue. in quarto. Ecce iterū Criſpinus adeſt mihi ſæpe uocandus .i. qui uocari debet, uel uocabitur. A neutris duo ſunt participia in ans uel in ens & in rus, ut ſeruiens ſeruiturus, & eiuſdē ſunt ſignificationis, & tēporis ut actiua, & illa habēt uulgaria: excipiuntur neutra paſſionē ſignificantia, vt vapulo, & gaudeo, & quæ ſunt illaꝝ ſpecieꝝ, quorū participia in ans, uel in ens in rus ſignificāt paſſionē, ut uapulans loquale è, uel era batuto. Quin. in .i. uapulantibus multa dictu deformia. Cic in tertio Tuſ. pulſum patria exulantem. Vapulaturus vero, & ſimilia habent illa vulgaria, quæ diximus in participiis in dus. Iuſti. illæ quaſi in ppetuū cū viris exulaturæ. Quæ neutra carēt ſupinis, carēt

Grāma. error.

Quorū dā error

& participiis in rus: de quibus omnibus lege quartum de ſupinis. Hæc uerba neutra tria habent participia aſſueſco aſſueſcens aſſuetus & aſſueturus per eſſere aſſueto: placeo placens placitus & placiturus per piacere: audeo audens auſus & auſurus per hauere audacia: fido fidens fiſus & fiſurus per fidarſe: titubo titubans titubatus & titubaturus per tremare: quæ in participiis in tus uel in ſus actionem ſignificant: quæ ſequuntur paſſionem: gaudeo gaudens gauiſurus gauiſus per allegrarſe: nubo nubens nupta & nuptura per eſſere maritata, patet patens paſſus & paſſurus per eſſere manifeſto, aperto: hæc utrunque prandeo prandens pranſus & pranſurus per mangiare la mattina: iuro iurans iuratus & iuraturus per iurare: cœno cœnans cœnatus cœnaturus per mangiare la ſera: poto potans potus & poturus per beuere. Ex neutris quædam leguntur præterita euaſus qui euaſit. Liuius. xxxii. ab vrbe exercitum inquit cæſum, ſeq́; euaſum eſſe, hoc eſt euaſiſſe: auſus qui audet, aliquando etiam paſſiue. Mart. & talibus imprecor auſis, inauſus, aliquando qui non audet. Mart. nil mittit inauſum: diſceſſus qui diſceſſit. Cæcilius cuſtodibus diſceſſis: occaſus qui occidit Luci. Sole occaſo. Gell. in. iii. obitus qui obiit. Liuius Andro. miſero obito: interitus qui interiit. Claudius Quadrigarius multis interitus. Val. in. v. aditos cenſores, id eſt ad quos ierant: a ſeneſco ſenectus a um. Salluſtius ſenecto corpore: decretus a um qui decreuit a decreſco. Liuius Andro. nocte dieq́; decretum, & auctum: eſt etiam a decerno: Cice. in epiſtolis ſupplicationem decretam, & ad Atti. annus ſumptus mihi decretus eſt, id eſt ordinatus, datus: ſic excretus, exoletus qui adoleſcere deſiit. Neutra tranſitiua habent quatuor participia duo actiua, vt arans & araturus & duo paſſiua, ut aratus, & arandus. Sum quoque format a ſecūda perſona interpoſita N, ut es ens, quod græci ὤν dicunt: ens uſus eſt Cæſar, inde Matt. & Suet.

futurus eſt a Fuo uerbo antiquo,& datur uerbo ſum:factrus a facio:factus uero, & faciendus a facior, quod erat apud antiquos. Tacitus pax placet faciendum imperatorem. Colu.in.x fumus etiam in abdito loco faciendus:quæ duo poſteriora non dantur. fio fiens non legitur: ibam uero, & compoſita mutant bam in ens cauſa euphoniæ,ut iens euntis in genitiuo per tranſmutationem uocalium,& ſimplex in nominatiuo ſingulari non eſt in uſu,ut Phocas. Cic.tamen in quarto ad Atti.iens in Pompeianum bene mane ſcripſi: ſic quibam quiens queuntis,& ab hoc compoſita:legitur carendus,& dolendus in paſſiua ſignificatione. Ouidius ſine carendus abeſt. Idem pœna dolenda uenit. Cice.ad Cornificium non ſunt dolenda. Luca x.famulis audenda parat. A cõmunibus quatuor fiunt participia in ans uel in ens, in rus,in tus,& in dus:in ans, uel in ens, & in rus actiuæ ſunt ſignificationis:in dus paſſiuæ:in tus actiuæ & paſſiuæ. Quoniam uerbum commune utranque retinet ſignificationem. A deponentibus tria ueniunt participia in ans uel in ens,in rus,& in tus, ut ſequens ſecutus & ſecuturus. Participia a deponentibus omnia ſunt actiuæ ſignificationis,niſi ueniant a uerbis paſſionem ſignificantibus,vt orior,& lætor, & ſimilibus,quorum omnia participia ſignificant paſſionem. In dus deponentia ſunt nomina,& per dignus reſoluuntur, vt ſequendus: id eſt dignus,quem ſequi debemus:quamuis in tus,& in dus ſignificationis quoque paſſiuæ legantur: quoniam apud antiquos deponentia, & maxime tranſitiua erant communia. Hortenſius abuſis iam omnibus locis. Cicero de ſene. eam accuſant adeptam. Ouidius de Triſt.& multas palmas inhoneſtet adeptas: Caſſius adulatiq; erant ab inimicis. Gell. in primo arbitrata eſt. Cornelius nepos architectata eſt. Lactan. in quinto. aucupata diſcuntur. Cic. in Bruto auguratum ab eodem. Val. adulandus erat. Verrius blanditusq; labor. Siſenna car-

Phoce error.

nificatus amiſit. Verg. comitatus Achatę. Var. conſecuta negliguntur: id eſt impetrata. Cæſ. lib. vii. belli Gal. depopulata Gallia. Idẽ depopulatis agris. Idẽ in. ii. belli Gallici opere dimenſo. Verg. populataq; tempora raptis. Idem Veneris dignate ſuperbo, & in. ii. Georg. numeris dimenſa viarũ. Hora. bella matribus deteſtata. Macr. in primo Sat. hac appellatione dignatus, atq; honoratus. Cic. in ſene. illa dimenſa, & deſcripta. Sil. in. xii. dimenſaq; caſtra locauit. Ver ille etiã emenſo. Cic. Memius ementita ſunt. Cic. in Ant. ementitis auſpiciis. Vitellius initio exorſæ. Oui. in primo de Triſti. Sunt tamẽ euentu dura fatenda meo. Cice. modum eius fruendæ. Feſtella fruſtratus a ſpe. Stat. in. v. caſu fruſtrate ſiniſtro, & in eodem fruſtratæ breuitate manus, & in. viii. nec fruſtrata manus. Vergil. ſpes mea fruſtrata eſt. Plautus in Rud. dolo malo inſtipulatus ſis. Oui. l. ix. nec abeſt imitata voluptas, & de morte Druſi ſic incomitatus abis, & in epiſtolis tibi ſunt imitanda Dianæ, & in iiſdem & factis inficienda tuis. Verg. incomitata videtur. Stat. in. v. incomitata ſequor. Cic. in primo de Diui. mortẽ ſuã ne inultam. Luca. erraret Craſſus inulta. Hircius in. v. belli ciuilis ab his inſectatus. Cice. conſuetudo eſt imitanda. Hora. Car. iii. prælia coniugibus loquenda. Sallu. machinata fames. Ouid. medicata rubebas. Colu. in primo medicata ſint. Sueto. boletum medicatum. Sol. gramina medicata. Ter. in Phor. meditata ſunt. Plin. meditata oratione. Sil. in. vii. quæ meditata mihi. Prop. in primo, mercato perdere cultu, & in. iiii mercata prece premendus. Horat. epiſtola. ii. fidibus modulanda latinis, & in ſecũdo Car. metata priuatis. Hircius in. ix. de bello Galli. caſtriſq; metatis. Ver. mentitaq; tela cognoſcũt. Suet. in Cali. carmine modulato. Mar. in Apo. Sume cythereiaco medicatũ nectare ceſton. Verg. in Buc. Nunc oblita mihi. Hor. oblitusq; meis, obliuiſcẽdus & illis. Li. occulendũ, obliuiſcendũ. Lact. in. vii. ſuſceptis, operatisq;.

Col.in primo orſa fundamenta. Cic.quædã bona,nec opinata.Sene.multa eſſe tibi patienda,& in epiſtolis ſatis cito patienda. Oui.de Arte.iii.non patiẽda feret,& in primo. Nec ſpecies veneris ſemper profitenda roganti.Idẽ culpa profeſſa facit.Hircius in.ii.de bel Ciui.a ciuibus Romanis pollicitæ. Curt.in illa ſorte reueritus. Oui.in epiſtolis ſequendus eram. Quint.litera interim ſequenda ſunt. Idem poetas nõ per oĩa eſſe oratori ſequendos.Idem interpretationẽ rectam ſequendã.Oui. de Ponto teſtataq; tẽpus in omne.Oui.in.iiii.Fa.teſtificata loquor,& in.iii.de Arte,Huic equites illi ſigna tuẽda dedit.Iuue.velificatus Athos. Oui.de morte Druſi vita eſt tuenda,& in hac rogant vtenda dari. Cicero de Offi.vtenda maiore menſura, & ad Cornificium a te ſi vlciſcẽda ſunt. Gel.in.vii.quo vtendum acceperat. Idẽ de collocanda pecunia,& vtendã,& in digeſtis titulo de acqui.poſ.ſi quis rem vtendã dederit. Hæc idcirco diſſerui.vt negantibus,atq; reluctantibus indicarem; quæ in legendis autoribus obſeruaui, & plura cõtexere potuiſſem:ſed breuitati conſulendum fuit. Participia a prima uerbi poſitione originem trahunt, & habent circũſcriptionẽ per rectum:imperſonalia carent pſona,& nõ poſſunt habere p rectũ circũſcriptionẽ, neceſſario non habẽt participia,niſi uſurpate:quod magis placet,q̃ eſſe nomina,ut aliqui tradunt. Colu.ii.ager exercetur a colono eſt pœnitendus.Liu.in primo ab vrbe haud pœnitendo magiſtro,da nõ exiſtimarſe da poco. Gellius in primo neq; pudenda dico,aut pœnitenda. Pro.in.iiii. verba pigenda lyra. Suet.negociationes pudẽdas Apu. in.xi.impœnitendæ te rei cunctaris comitem. Plinius pudẽda dictu.Lactan.remiſſurũ ſe pœnitentibus peccata.Suet.in Cla.pœnitentis de matrimonio, & in Virg. pœnitens facti. Terẽ.in Hau.facti pœnitẽs.Verg.licito tandem ſermone fruuntur. Tacitus lentitudinis eorum pertæſa.Suet.in Aug.pertæſus morum peruerſitatem,

Aliquorũ error

& in Cæ.pertæſus ignauiã ſuam.quidam tradũt pertæſus non eſſe participium,quia tunc diceretur pertæſus ignauiæ ſuæ,quibus repugnant Taciti uerba nobiſ citata:aliqui affirmant eſſe nomen cum accuſatiuo figurate, ut oſus,peroſus,exoſus.Plau.in Am.oſa ſum inimicos meos.Verg.lucemq; peroſi. Oui.tædas exoſa iugales. Val.peroſus dexteram,quoniam nõ habet caſum verbi tædet.Nõ enim dicimus ille tædet ignauiam, ſed illum tædet ignauiæ ſuæ,ſed hæc omnia cõcedentur eſſe nomina:tamen quid dicent,quod Pli.in.xxxvi. ait tanquã puditurus eſſe extinctos & Attius neq; quẽq̃ arbitror poeniturum tuæ laudis:niſi reſpondebunt, quod diximus in imperſonalibus:quod pudet, & pœnitet leguntur etiam actiua·Participium quatuor modis fit nomen conſtructione,temporis amiſſione, compoſitione, & mutatione ſignificati: conſtructione quando conſtruitur alio caſu q̃ eo,quem quærit ut amans ſapientiæ:qa ſi eſſet participium diceretur amans ſapientiam:tẽporis amiſſione,quando amittit tempus ut amans.i.qui amore eſt captus:compoſitione ut innocens, & indoctus: quia innoceo, & indoceo non leguntur: mutatione ſignificati,vt amandus.i.qui eſt dignus amari. *Quorũdã error* Sunt qui addunt comparatione,vt amantior,quod mihi nõ placet. Nullum enim participium terminatur in or. Oportet nanq; prius eſſe nomen, q̃ formet comparatiuum: erit ergo a nomine,& non a participio.

De Septimis caſibus abſolutis falſo ab aliis dictis Ablatiuis abſolutis.

PArticipium ſi verbo non iungitur, fit per ſeptimum caſum abſolutum,caue dicas per ablatiuum abſolutum. Quoniam dicendo me prælegente diſcipuli proficiunt:hæc oratio non ſignificat ablationẽ, quæ propria eſt ablatiui, vt in primo patuit:ideo eſt ſeptimus caſus, vt ibi quoq; patuit:dicuntur abſoluti, vel abſolute poſiti. Quia ſequens verbum non declarant:ideo neq;

ab ipſo reguntur,ſed a regimine ſoluuntur:& reſoluitur per nominatiuum,& verbum,& qm̃,vel quia vt naſcendo lo Sole ſe fa di,oriente Sole fit dies:id eſt quoniam Sol oritur Si participij actus alium ſequitur actum non quadam neceſſitate,ſed ſocietate tẽporis reſoluitur per dum,donec,quando,cum,poſtq̃,& poſteaq̃,vt legendo lo maſtro tu parlaui, legente præceptore tu loquebaris:id eſt dum legabat præceptor, & letta la lettione tu te partiſti,lecta lectione tu diſceſſiſti i.poſtq̃ lecta fuit lectio,& imperante rege eſt pax:id eſt dum vel quando imperat.Si importat aliquid aduerſum conuenienti tunc reſoluitur per verbum,& diuerſatiuam coniunctionem quanq̃,vel licet,vt multis negociis incũbẽtibus genio indulgeo.i.quanq̃ multa negocia incũbant. Eſt notãdus hic dicendi modus inteſo lo Papa venire qua ſtamo allegri, audito pontificem huc venire gaudemus. Sallu.auditoq; Marcionem regem per licentiã tribus legionibus in Siciliã tendere. Si participiũ nõ reperitur fit per verbum,& dum,donec,vbi,cum, vel poſtq̃, vt venuto lo caldo non ſtudio, poſtq̃, vel vbi venit calor, non ſtudeo: & hoc maxime legitur de participiis in ans,vel in ens,& in tus:de in rus nõ eſt in vſu frequentiori, vt hauendo da fare guerra lo re, vel ordinando da fare guerra lo re io cõprai la ſpata,rege facturo bellum emi enſem.i.cum rex eſſet facturus, vel ob regem parantem facere bellum hoc magis probo. Luca.in primo,facilem venturo Cæſare prædam Ignauæ liquere manus.i.cum eſſet venturus,vel ob Cæſarem parantem venire.Iuuena.xiiii.Hoſpite venturo ceſſabit nemo tuorum. Val.in primo id luce proxime conſulibus ſacrificio vel expiaturis,ſi poſſet auerti,vel ſi certum deorum etiam monitu viſum foret, executuris, hoſtiarum exta ſomnio congruerunt: leguntur etiam ſeptimi caſus abſoluti a nominibus ſubſtantiuis, vt eſſendo Papa Iulio ogniuno guadagnaua. Pontifice Iulio quiſque lucra-

batur: dicitur etiam me viuente non fugies.

De comparatiuis.

COmparatiuum nomē eſt quod cum intellectu poſitiui.i. vltra illud, quod ſignificat poſitiuum, vel cū aliquo participe ſenſu poſitiui magis aduerbium ſignificat.i. quantum poſitiuum cum magis, vt albior: id eſt magis albus, participe ſenſu vel propter ſubſtantiua appellatiua, vt cinedior, aut ob ſubſtantiua propria, vt & Neronior. Catu. vt decuit cinediorem. Apul. pumiliorem: vel propter quācunq; aliam orationis partē, quæ ponitur loco poſitiui puta ab aduerbio, vt ſæpius, vel propter ea nomina, quæ nō voce, ſed ſignificatione formantur vt a malus peior: Comparatiuum reſoluitur nō modo per aduerbium magis, & poſitiuum, vt albior.i. magis albus, ſed etiam per alia ſimilia vehementiam ſignificātia vt plus, vehementius, vel validius. Comparatio eſt ſimilium, vel diuerſorum minorū ad maiora, vel maiorum ad minora collatio, & differt a ſimilitudine: quod comparatiuū id agit vt alterum præferat, vt ſum albior Petro: ſimilitudo vero ſemper æquat, vt ſum doctus, vt tu. Gradus ſunt tres poſitiuus dictus a ponēdo: quòd per ſe ponitur perfectus, & abſolutus, id eſt non egens alterius cōiunctione: & poſitiuus eſt principium gradus: comparatiuus, & ſuperlatiuus: & ſicut in ſcalis gradus ſunt, per quos ſcandimus, vel deſcendimus: ita his ad plus de aliquo ſignificandum vtimur Poſitiuum appellamus omne, ex quo fit comparatiuum, & cuius qualitas augeri, ſiue minui poteſt. Comparatiuū in hoc differt a ſuperlatiuo: quòd ſuperlatiuum ad plures ſui generis, vel naturæ refertur: cōparatiuum ad vnū tā ſui q̄ alieni generis, & ad plures nō tm̄ diuerſi generis, ſed etiā ſui (licet Vallenſis pernegat) Cæſar in primo, Caſſius adoleſcens, qui equitatui præerat, quòd expeditior erat his, qui inter aciem verſabātur. Quin. in. iii. Aeſchines, nō ne his latior & excelſior? Idē Theopōpus, his

Vallæ error.

proximus,& hiſtoria quæ dictis minor.Ouid.in.ii.tanto formoſis,formoſior oībus Herſe.Stat.viii.melior ſis quæſo dıis.Plin.in Panagyrıcu melior in omnibus eras. Apul. Hippias è numero ſophiſtarum eſt artium multitudine prior omnibus.Cæſar cōmenta.iiii.Germanorum, qui paulo ſunt eiuſdem generis etiam cæteris humaniores.Plin.ad Gallum,terra malignior cæteris: & ad Caninium,puer quidam audentior cæteris, ſed frequentius, & imitatione dignius eſt ad plures diuerſi generis. Sciendum eſt Græcos ablatiuo carentes tam cōparatiuo, q̄ ſuperlatiuo dare genitiuum, quos interdū imitantur Latini. Martianus,decentior cœlitum.Idem Pronoes,maior eſt filiarum. Idē, qui facetior eſt deorum. Ci.in Para.quæ ſunt ſummaꝝ virtutum potiora. Pli.in prologo.vii.animantiū natura illius propè: partis contemplatione minor eſt. Apul.xi. deus deum magnorum potior. Nos uero inter duos dicimus in numero plurali, vt manuum dextra eſt melior: dicitur & ex manibus dextra eſt melior. Cæſar ex duobus filiis minor erat.Horat.maior Neronū de Tyberio & Druſo loquēs,ita tñ loqmur vt ſit vnus de duobus,vt duorum fratrū hic eſt doctior, ſic etiam quādo dicimus de pluribus negatiue hoc modo, omnium philoſophoꝝ nullus doctior, q̄ Plato.Lentulus ad Po. Ro. epiſtolarum.xii.naues onerarias,quarū minor nulla erat.Idem oīum ſocietatum nulla præſtantior eſt: ſed in hac conſtructione genitiuus regitur nō à cōparatiuo,ſed adhæret nomini negatiuo:quæ dictio negatiua non additur ſuplatiuo,ſed comparatiuo,vt patuit. Vter de duobus tātū iungitur poſitiuo, vt vter bonus, & cōparatiuo,ut uter. Melior Verum ſi ſint multi fratres,ex quibus duo excellent: recte interrogabo vter veſtrum duorum fratrum eſt melior? Quis & quid de pluribus ſuperlatiuo ſemper: vt Laurent.ſed ſecus legitur apud autores,ſed nō ita frequēter. Cic.de Ora.iii.de ſeptem ſapientibus

Laurētii error.

quis doctior: & in Bruto, quis doctior? quis acutior? & in Parti. quid vtilius? quid honeſtius. Plin.in.xxix. quid enim venenorum fertilius. Quando eſt diuiſio in duas partes, dicitur maior pars hoīum ſequitur Pompeium, & minor Cæſarem: ſi vero in tres, vel inter plures fuerit diuiſa dicitur: maxima pars Pompeium, & minima Cæſarem: & nō maior, & minor. Si erunt multa eiuſdem generis vno eminente cæteris paribus nō cadit ſuperlatio, vt ſi plura ſint vaſa, vel nauigia ad vnam magnitudinē facta: ſi aliquod longe capacius, & grandius erit, vtimur comparatiuo, & non ſuperlatiuo. Neceſſe nanq; eſt: vbi eſt ſuperlatio, ibi & comparatio, vt aliquod ſit maius aliquo: & item alterum maius hoc, quod erit iam maximum oīum. Nam ſuperlatio nunq̄ fit citra tertium numerum: ſic etiam dicitur digitorum medius eſt longiſſimus, & nō longior. Lau. quòd q̄uis

Laurētii error.

ſit vſitatius, tamē refellitur ab autoribus. Cur.in.viii.in oculis duo maiora omnium nauigia ſubmerſa ſunt. Cice.in Orat. virtus habet plures partes, quarum alia eſt laudationi aptior: quibus liquido conſtat latine dixiſſe fides, & ſpes, & charitas, maior horum eſt charitas: dicitur quoque digitis medius eſt longior. Plin. de marmoribus Lacedæmonium cunctis hilarius, & de Pyramidibus tertia prædictis minor. Plin. nepos in Panag. Tro. maior omnibus eras. Mart. libellus, & ſit nequior omnibus libellis. Martianus intemeratior cunctis, pulchriorq; virginibus. Apule. de tribus latronibus idem manu promptior, & corpore vaſtior. Comparatiuum cum multo plus ſignificat, q̄ ſuperlatiuum, ſed poſtponitur. Cice. ad filium tibi perſuade eſſe mihi chariſſimum, ſed multo fore chariorem, & ſine multo. Idem literæ tuæ gratiſſimæ mihi fuere, ſed ſi alio tempore redditæ forēt gratiores extitiſſent. Plin. Iuni.in.ii. quæ cum ſint turpiſſima diſcreta, ac ſeparata turpius iunguntur: & in Pana. dedit optimum, meliorem optimo ge-

Grāma. error.

nuit. Comparatiuum conſtruitur ante ſe nullo caſu, ſed concordat cum præcedenti vti adiectiuum ſubſtantiuo, poſt vero ſe non ablatiuo, vt aiunt Grāmatici ſinè præpoſitione, ſed ſeptimo caſu: vt Seruius in Arte, qđ Sergius quoq; innuit: & Donatus, & merito. Quoniam non ablationem, ſed ſuperantiam & ſignificationē efficientem, & modum à re. Nam caſus cōparatiui debet ſignificare rem in augmento: quod proprium eſt caſus effectiui. Nihil enim aliud eſt ſum doctior te, q̄ ſupero te doctrina: vel cōſtruitur noīatiuo cū q̄, vt Socrates fuit ſapiētior Platone, vel q̄ Plato: ſed ntūs ille regitur à verbo ſubintellecto ſum es eſt: vel ſi aliud fuerit verbū ab illo dependet, ut uidi Cæſarem fortiorē, q̄ Pompeium, ſcilicet vidi. Ci. à Pōpeio impera. me nō multo minorē, q̄ Lælium: dicitur etiā amo Petrū fortiorem q̄ Cæſar. ſ. eſt. Soli. Malochites: Arabs inuenit virentem Craſſius q̄ Smaragdus. Brutus Ciceroni digniorē nóminare potes q̄ Bibulus. Verum relatiua nō accipiunt noīatiuum cum q̄, quia inter relatiuū, & antecedens nō cadit tertium: vel qa proprium eſt relatiui referre: dicēdo Antonio q̄ qui nō refert antecedens Antonio, ſed q̄, vel vt euitetur colliſio ſimiliū vocaliū, vt q̄ qui: ſæpe tñ accipiunt, ſi reticentur pronomina. Plaut in Tri meliora ſunt q̄ quæ deterrima. Cice. in epiſtolis, ſed cū leuiora multo eſſent quæ audirentur q̄ quæ viderentur. Nec ēt negatiua accipiunt noīatiuū cū q̄, vt ſum albior q̄ nullus: qa in q̄ cōparatiui incluſa videtur ineſſe negatio, & interdū ſignificat nō. Vale. in primo, factū Maſiniſſæ aio, q̄ punico ſanguini conueniens oſtendit: duæ ergo negationes affirmarent: ideo dicitur ſum albior nullo literato. Nec etiam fiet in noīatiuo cum q̄, qñ dictio, qua fit exceptio, fuerit in ſeptimo caſu: vt Cicero fuit doctior oībus amicis non dicas q̄ Quintiliano, ſed præter q̄ Quintiliano. Comparatiua poſſunt habere quoq; alterum ſeptimū caſum ſignificantem exceſſum,

vt ſum doctior Antonio tribus literis: & maior ipſo vno palmo: recipit interdum accuſatiuum cũ præpoſitione, tu es crudelior ante, vel inter, vel præter illos: dicitur etiam ex illis. Sueto. in Cal. præter cæteros altiorem. Quintilia. inter nos vt apparet fortior fuit. Idẽ ex duobus filiis vilior incipiat eſſe periturus. Vergilius: ante alios imanior. Comparatiua poſſunt quoque habere caſum poſitiui, vt ſum aptior te labori: dicitur enim aptus labori. Comparatiua formantur à nomine adiectiuo, vt à doctus doctior, non à verbo, vt aiunt, quoniam deterior nõ formatur à detero, quod eſt diminuo. Iuuenal. in prima deteret exiguis aliquid

Grãma. error.

Horat. culpa deterere ingenii. Colum. in primo, frumenta deteruntur. Plin. xxxiii. cap. nono, creta deteratur, ſed à deter, detera, rum nomine antiquo, vt Herodianus, & ſignificat minus bonum. Senec. in Thye. ne ſuccedat auo deterior nepos. Nec potior formatur à

Priſciani error

potior, ris: vt Priſcia. nec a poſſum tes, ſed a nomine potis, & pote. Nec à participio, ut aiunt: quoniam amãtior fit à nomine amans, vt in participiis diximus,

Grãma. error.

nec ab aduerbio pridem, dem ſyllaba in or conuerſa fit prior, ſed eſt comparatiuum ſine poſitiuo teſte Plinio, & refertur non modo ad vnum, licet hoc ſit frequentius (ut tradunt grammatici) ſed etiam ad plures.

Grãma. error.

Salluſt. in Iugur. qui ætate, & ſapientia prior es. Gell. omnes iſti magiſtratus eodem tempore Romæ, eſſent, qui prior aliis eſſet. Pli. xxv. quẽ nos priore volumine diximus. i. anteriori. Verũ eſt: quod ab aduerbiis fiunt aduerbia cõparatiua, vt à diu diutius, piu longo tẽpo à ſæpe ſæpius: penitior vero, quo Apul. in Hermag ra,

Grãma. error.

vtitur nõ ab aduerbio penitus, ſed à nomine antiquo penitus, ta, tum. Plaut in Aſi. penitus faucibus, hinc penitiſſima dixit i Per. fiunt à præpoſitionibus, vt aiunt, Ra in Er mutãtes, & accipiẽtes Ior, vt infra inferior, intra interior, poſt vero poſterior, ante anterior, propè.

propior. Mihi tamen placet, vt formentur à nominibus antiquis, vt exterior ab exter extera exterum. Statius, exter honor. Vergil. extera regna: poſterior à poſter poſtera poſterum. Vergilius, Poſtera Phœbea: inferior ab infer infera inferum. Ouid. per flumina iuro infera: ſuperior à ſuper ſupera ſuperum. Cic. in Tuſcu. omnia ſupera infera. Cato, vbi ſuper inferq; vicinus: dicebatur & inferus & ſuperus. Liuius And. inferus & ſuperus tibi fert Deus funera Vlyſſes: interior ab inter intera interum. Corn. tacitus, intera bella: citerior à citer citera citerum. Cato, citer agnus, Affranius citer. Plin. à Næuio ponit uſurpatum: vlterior vero caret: ut Diod. poſitiuo: quia vlter non dicitur. Senec. in Her. ſiquod exilium latet vlterius. Herabo. ſic propior: vt Pli. caret poſitiuo: ſed quoniam leguntur propior, & proximus cum accuſatiuo videntur ſequi naturam præpoſitionis. Sall. in Iug. propior montem: & in Cati. quod vitium propius virtutẽ inhæreat. Cic. pro Mil. proxime deos acceſſit Clodius, & in. iiii. epiſtolarũ, proxime Romã veniſti: & in Piſo. proximus Pompeium ſedebam. Sal. proxime Hiſpaniam Mauri ſunt: ſed propior & proximus frequentius leguntur cum datiuo quaſi magis propinquus. Mela Pom. proxima Nilo prouincia. Cic. ad Att. propius grãmatico acceſſi. Sue. vero in Aug. proximum à diis immortalibus ait. Cic. quoq; ad eam propius adſum ait: ſicut Seneca. epiſto. xiiii. propè ad te eſt Deus: cætera nomina cum accuſatiuo non memini me legere. Nam ſi legerentur proculdubio formarentur à præpoſitionibus: dicerem tamẽ ego ſic ſemper, io ſto piu auante à lo re de Cæſaro, maneo magis ante regẽ Cæſare, vel ꝙ Cæſar, & non maneo anterior regem Cæſare, & ſic de reliquis eſt in elligendum: nec memini legere propior cũ datiuo uel accuſatiuo & ſeptimo caſu, nec vterer, ſed dicerem maneo propior Cæſari ꝙ Antonius. Comparatiua formantur à nominibus adie-

ctiuis ſignificantibus qualitatē,aut quantitatem, quorū accidens,ſiue qualitas augeri & diminui poteſt. Adiectiua ſecūdæ declinationis à genitiuo,tertiæ vero à datiuo additis or,& us formant comparatiua, vt doctior & doctus,fortior & fortius. Latini uero habent cõparatiua,quibus carent Græci,in culus terminata, ut maiuſculus, la, lum, minuſculus & ſimilia, formanturq́; à neutro comparatiuo addita culus, ut maiuſculus,& nõ ſignificāt minus comparatiuo,uel poſitiuo, ſed per vocem diminutiuā reſoluuntur, ut maiuſculus, ideſt paulo maior,poco piu grande,grandetto. Plaut.me blandiuſcule alloquitur,un poco alloſengheuole. Nomina habentia vocalem ante ultimam ſyllabam us, non formant comparatiua,ſed ſumunt magis aduerbiū, & vim complent comparatiui,vt ſum magis pius. Quoniam comparatiua ſignificatione,& ſyllabis ſuperare debent poſitiuum, licet pleraq; irregulariter non ſuperent, vt maior, & ſimilia. Nam ſi prior diceretur eſſet par ſuo poſitiuo. Illud enim I ante or accipit uim conſonantis. Ipſe potius dicerem cauſa euphoniæ, licet ſtrenuior. Luci.& Plau.in Epid Varro aſſiduiores,Cato,& Gracchus induſtrior,& innoxior.Plaut.in Muſt.induſtrior. Cato,arduius, & perpetuius.Lucre.Nā nihil egregius q̄ res ſecernere apertas.Iuuen.egregius cœnat, dixere: nuncius exiguior legitur in.ff.de legatis.iii.l.nuncius.& Frontinus de aquæ ductibus. Idoneor iuriſconſultus de in diem adiectione.l. eū qui.§.autē. ſunt qui addunt V ante Is,vt tenuis, quod non reperio obſeruatum. Quint. in.xii.negocia paulum ad dicendum tenuiora, & in eodem,neq; enim ſi tenuiora hæc. Suet.in Cæſa. tenuiorum tutelam.Sol.pinguiori fluit lachryma.Idem in fine pinguiorem,& ſæpiſſime. Cõparatiua in or ſunt cõmunis generis:ſenior vero maſculini:uſurpatur tamē vt in tertio patet, ſed ſi hoc uolueris euitare facies per vetuſtus,ſta,ſtum,antiquus,a,um,& ſimilia. Magis ad-

uerbium iungitur non modo poſitiuo,ſed etiam cõparatiuo ad maiorẽ vehemẽtiam. Apul.xi.magis aptior, & hoc modo Hector fuit fortior magis, q̃ iuſtior Aenea. Item Aiax fuit fortior Vlyſſe magis, q̃ Diomede. Hiero.de paupertate quidã ex fratribus parcior magis, q̃ auarior. Pallad.in primo,longior magis,q̃ latior. Vale.in tertio, vterq; noſtrum inuidia magis,quàm pecunia locupletior eſt, & ſæpius: & hoc fit ad vehementiã:quando ipſe comparatiuus, vel ad ſe, vel ad alium comparatur,ut patuit,ſed vſitatius eſt ſine magis,ut Hector fortior q̃ iuſtior Aenea,& Aiax fuit fortior vlyſſe, q̃ Diomede,vel fortior Vlyſſe ſupra q̃ Diomede. Pomponius Mel.longior tamen ipſa q̃ latior. Quint.ſitq; ſalubrior ſtudiis q̃ dulcior: dicitur etiam vidi te fortiorẽ, q̃ conſtãtem. Colu.in vltimo,timidiorem quàm vilem. Pli.x. vt fœcundiores eſſent,quàm fortes. Vbi notandum eſt, ſi detur comparatiuũ inter duo nomina adiectiua,aut à neutro illorum formatur, quod eſt vſitatius vt ſum magis doctus, quàm ignorans, aut à priore,& nòn ab altero,vt ſum doctior,quàm ignorans, ſi detur comparatiuum inter duo uerba ſecundum verbum ad coniunctiuum transfertur,vt magis lego,q̃ ſcribam. Eſt notandum: quod omnia neutra comparatiua poſſunt fieri aduerbia comparatiua præter maius, loco maius dicimus magis, & reſoluuntur in ſe per magis, ut doctius magis docte. Valde vero, & magis non recipiunt comparatiuum, quod reſoluatur in ſe, ut ſi dicam validius non magis ualde, ſed magis ualide reſoluas. Vbi notandũ eſt: quòd ualde,& magis carẽt reſolutione cõmuni. Quia veluti quædam principia, & fundamenta, ſtabilia eſſe debent:& magis non dicitur à maius mutatis literis, vt dicatur magis quaſi maius, nec deſcendit ab aduerbio antiquo magne: quoniam non legitur,ſed Varro inter verba ſterilia,quæ à nullis gignuntur,neq; gignunt, adnumerat magis. Fe.vult à græco mallon,

aliqui à magis.i.ſapientibus. Plin. vero vult coniunctio
nem: quia ratione coniunctiua nomini iungitur magis
doctus:& hæc præſtantior eſt ſententia. Dicimus etiā
magis ſtudeo,& nō maius, cum maius & magnum ſint
nomina. Maxime non dicitur à magis, ſed à nomine
maximus,ma,mum,à datiuo mutata O in E, vt etiā in
primo diximus. Nomina, quæ formāt comparatiuum
irregulariter,& quæ aliunde accipiūt ſunt hæc. Bonus
melior à poſitiuo melle,ideſt ſuaui. Malus peior, par-
uus minor,magnus maior, vt aiunt per ſyncopē, quaſi
magnior,iuuenis,iuuenior. Colu.in.x.iuueniori. Plin.
ad Arianum,multo etiam iuuenior. Apule. in ætate iu
uenior. Calphurnius ſum quoq; iuuenior,licet nō vta-
Priſcia. mur ita frequenter vt iunior,quod non venit à iuuenis
& aliorū per ſyncopē:vt Priſc.& alii tradunt, ſed à iunis & iune,
error. qđ eſt minor iuuene, vt Cornutus; ideo primā quoq;
ſyllabam producit,inde iunix iunicis. Sunt tamen iuni-
ces ætate viridiores vaccæ. Priſc.iunicum omēta lique
ſcant,quæ duo nō aliunde accipiunt,nec formātur irre
gulariter:multum plus,quod in ſingulari eſt neutrum,
in plurali omne: ſiniſter ſiniſterior, dexter dexterior,
nequam adiectiuum mutando am in ior nequior,& ſi-
gnificat laſciuum,inutilem: potis,& pote potior.i.me
lior,ſeu pōtentior:ocyor,ideſt velocior ſine poſitiuo:
vt Pli.vel à poſitiuo græco ὠκύς: hinc ocyſſimus ſuper
latiuum,& ocyſſime:diues vero non format ditior per
Grāma. ſyncopen(vt aiunt)ſed diuitior, Plaut.in Aulu. qs me
error. eſt diuitior? Mar.diuitior Crœſo licet fuiſſet. Cice.ille
licētior,& diuitior fluxit:ditior vero venit à dite. A fa-
cio compoſita,dico,volo.& loquor in entior formant
comparatiua, vt magnificentior, munificentior, male-
dicentior, maleuolentior, beneuolentior,magniloquē
tior,& ſimilia à magnificens,maledicens, maleuolens,
Laurētii magniloquens, & ſimilibus, quæ non ſunt participia
error. vt Laur.quoniam hæc talia nullum ſignificant tempus

more.

more participii,nec caſus regunt:nec etiam ſunt in vſu benedicus,& benedicentior puto nō latina,nec dicēda, ſic fatidicus,cauſidicus & veridicus puto carere cōparatiuo & ſuperlatiuo. Plus poteſt eſſe comparandi aduerbium,vt plus ſapiens:quando vero poſt ſe habet caſum nominis ſubſtantiui ſine adiectiuo eſt comparatiuum ſubſtantiuum,& poſcit poſt ſe genitiuū , vt habeo plus olei mercatoribus:ſin vero caſus ille erit nominis , ſiue pronominis adiectiui,vel nominis ſubſtantiui cum adiectiuo,tunc plus aduerbium regit ſeptimum caſum. Teren.annos natus,plus eo lege inferius exēpla,ſic & minus,quod non venit ab adiectiuo paruo,nec ab aduerbio parum,vt aiunt,cum nulla ſit literarum affinitas , vt minus ſcientiæ :interdum ſignificant non , & tunc frequentius iungitur cum ſin,aut quo pro vt,vt ſin minus: id eſt ſi nō,& quo minus:id eſt vt non,ſicut quo ſecius id eſt vt non. Plus , & Minus quando ſignificant pondus,& menſuram,vel quaſi pōdus,& menſuram in qua ſignificatione vtimur potius in ſingulari , regunt genitiuum,vt habeo plus olei , quàm vini , & plus honoris, quàm dedecoris:quando vero ſignificant numerū tunc potius dicimus plures & pauciores habeo libros,& nō minores,quia de numero , & non de magnitudine dignitateq; intelligimus,q̄ plus , & minus habeo librorū quāuis hoc quoq; dici poteſt,etſi negent. Quint.in primo plus virium afferent. Cic.ad Heren.iii.paulo plus, aut minus tricenum pedum, & cum ſeptimo caſu . Macrob.iii.Satur.plus in eo ludo vidi pueris , virginibusq; quingentis,hinc de dignitate & potentia.Lact.in primo ca.iii.dii ita quanto plures,tanto minores erant: ſin referuntur ad quantitatem,aut qd ſimile genitiuum regunt ſolū. Pli.xxiii.virium plus, vehemētiæ minus:pauciores in plurali tantum dicimus : quia non habet ſingularem. Quod autem dicitur Scipio maior , & minor: tunc ſignificatur tempus,& non dignitas : quia ſi digni-

Grāma. error.

Grāma. error.

as notaretur minor plus,quàm maior fecit:dicitur etiā ſuperior,& poſterior Cyrus:de malis tamen non dicitur maior,& minor,ſed ſuperior, & inferior,vt Dionyſius ſuperior:quādo vero hic numerus eſt ſupra duos non per comparatiuum,ſed per poſitiuum,vel ſuperlatiuum loqmur,vt magnus Alexander, & Fabius maximus:dicitur etiam ſum minor,ſicut maior viginti annorum,ſed intelligitur ætate. Var.de re Ruſtica nec minores annorum viginti ad agriculturam dociles. Eſt quoq; notandū:quòd ſuperior pro præcedēti, ſicut poſterior pro ſequenti. Cic.de Offi.confugiendum eſt ad poſterius,ſi vti non licet ſuperiore. Hæc ſunt nomina,quæ non formant comparatiua,neque ſuperlatiua ſummus. ſingularis. properus,vnicus,omnipotens. Macro.vero omnipotentiſſimus ait:imus:principalis,luſcus,mediocris,memor,rudis,nauus:id eſt diligens, magnanimus, puſillanimus,vnanimis,vulgaris,duplex, agreſtis,fugitiuus,populoſus. Solin.vero populoſiſſimam ait:campeſter,volucer, & adiectiua in ſter, vt pedeſter, equeſter,ſequeſter,ſylueſter,ſeruilis,nubilis, modicus, cœruleus,degener,popularis,vocalis,tremulus, & nomina in entus,vt vinolentus:id eſt abundans vino,& non

Grāma. error.

plenus,vt aiunt:dicitur enim cyathus, vel amphora plenus vino,non vinolētus,cruentus,cruore aſperſus. violentus tamen habet violentior & violētiſſimus, vt aiūt:

Grāma. error.

pſe a violens formo:& materiam ſignificantia,vt ficulinus,& in bundus,vt vagabundus, & tilis, vt verſatilis, præter fertilis & vtilis:diminutiua vt tenellus, & in ernus,vt hodiernus:compoſita a fero,vel gero, vt lethifer,& corniger. Participia. Plau.vero in Rud.a periturus periturisſime dixit:nec a participio in dus dicetur colendiſſimus,& reuerendiſſimus, ſed reuerentiſſimus & colentiſſimus per T, & non per D, & nomina ſignificantia patriā,ſeu gentem,numeralia vt vnus, & ordinalia,vt primus,ſecundus pro proſpero habet, licet Pro-

bus neget. Suet. in Iulio reliqua militia ſecundiore fama fuit. Cæſ. in. iii. de bello Alexandrino præliũ ſecundiſſimum eſt factum. negatiua vt nullus, interrogatiua vt vter: & nonnulli plenus quoq; ingens & infinitus, ſed Quintil. in primo pleniori obſequio. Verg. ingentior. Cic. infinitior dixere. Notandũ eſt: quòd habitior: id eſt pinguior eſt ſine poſitiuo: habitiſſimus: id eſt pinguiſſimus. Plau. & Gel. quãuis negent nonnulli legi. Ad bonam cõparationẽ quatuor requiruntur res comparata, cui comparatur, & accidens ſeu qualitas, & quod qualitas cõmunicet cum vtroq;, vt Socrates fuit ſapientior Platone: quod niſi id erit, fiet abuſio in cõparatione rerũ inter ſe, & nõ in cõparatiuo, vt nix eſt candidior coruo: in qua oratione non participat vterq; terminus de eodem accidente candoris, & ſic de ſingulis. Abuſio in cõparatiuo fit tribus modis ſignificatione, quando tantũ ſignificat cõparatiuum, quantum poſitiuũ, & nunquam ponitur pro minori vi, quàm poſitiuũ, vt Priſ. & alii tradunt. cõſtructione, quando non cõſtruitur more cõparatiui, vt maior iuuenum. formatione, quando irregulariter formatur vt ſiniſterior, vel quando a nomine proprio, vt Neronior, vel a pronomine, vt ipſior, aut a patria, vt pœnior. i. infidelior, quo vtitur Plau. Cõparatiuum nec (vt referunt) ſignificat contrarium: quia cum dicimus mare ponticũ eſt dulcius, quàm cætera maria: erit ſenſus: quòd mare ponticũ ſuperat cætera in paruitate aliqua dulcedinis, ſic cum dico ſum aduleſcentior præceptore: id eſt ſupero in paruitate ætatis præceptorem. Natura eſt enim cõparatiui ſuperare poſitiuũ in ea re, de qua eſt cõparatio. Tã, & q̃, magis, minus, æque, parum, ſatis, valde, plurimũ, multum, paulum, nimis, tantum, quantum, aliquantum, minimum, per poſitiuo, & verbo iungitur: tanto, eo, & hoc pro tanto, quãto, quo pro quanto, paulo, multo, nihilo, aliquanto cõparatiuo ita, vt, tãto, quãto, & multo ſuperlatiuo: tã, & q̃ po-

Nõnullorũ error.

Priſci. error.

Grãma. error.

ſitiuo,comparatiuo,& ſuperlatiuo,cum duo vel plures comparatiui,& ſuperlatiui diuerſæ ſignificationis inter ſe æquantur,vel iiſdem geminantur, vt tã iuſtior,quàm felicior Cæſar Pompeio. Lõge omnibus gradibus additur. Cicero quoq; dixit totius Græciæ facile doctiſſimũ Platonem facile i.non dubie:ſic etiam facile princeps, præcipuus, facile a rege ſecundus. & tunc non reſpicimus ordinem,ſed dignitatem:aliquanto, & paulo non iunguntur ſuperlatiuo. Stat. vero.in quarto multum ſegnior. Quint.in.xii.negocia paulum ad dicendum tenuiora.Gel.in primo cap.aliquantulum breuiora. Terẽ. frater aliquantũ eſt ad rem auidior. Pli.in.xiiii.multum noſtris eſſent dulciores dixerunt, & ſæpiſſime legitur. Eſt notãdũ:quòd dicimus q̃to tu es doctior, tãtũ ego fugio doctrinam,& non tanto. Quint.in primo quãto eſt vehementior,tantum Romana in bellis gloria præſtat. Notentur quædã vulgaria io ho piu di vinti anni, ſum maior viginti annis,vel ego ſum maior viginti annorũ.ſ.ætate. Pli.ad Traianum,q minor triginta annorum:io ſo piu grãde,che piu piccolo de te, ſum maior, q̃ minor natu te,& natu,vt in defectiuis diximus, ablatiuus eſt,ſed hic ſeptimus caſus:io ho tre piu de dece libri,habeo libros plures decẽ tribus:decem eſt caſus cõparatiui,tribus eſt caſus exceſſum ſignificãs, vel habeo tribus plus decẽ libris:io ho vno piu de vinti anni, habeo viginti annos plus vno,vel habeo vnum ſupra viginti annos. Liu.ii.de bel. Pu. cæſa eo die ſupra milia viginti:amo Petrum plus,vel minus æquo,& debito vel quàm debeã:eſt triſtior ſolito.i.quàm eſſe ſolet, & eſt felicior ſpe.i.q̃ ſperabatur fore: gero veſtem maiorem quàm pro habitu corporis. Curt.maiorem,quàm pro magnitudine ſyluæ reddebat ſonũ:ſono ſtati occiſi piu & non manco de mille,plus, & non minus mile interfecti ſunt. Li.victi amplius ducentis cecidere. Cæſar in latitudinem non amplius ducentorum pedum relin-

quebatur, vbi intelligitur ſpatio. Idem a milibus paſſuum minus duobus caſtra poſuerunt, ſono accampati ad manco de duo milia paſſi. Liu. amplius ſex milia hominum capta: & ſono ſtati occiſi piu de mile homini, plus mile hominum interfecti ſunt. Li. in. iii. de bello Punico hoſtium plus mile cæſi Romanorum, & de bello Maced. plus quinquaginta hominum ceciderunt ſono morti piu de cinquanta homini, de li Tuſcani moreranno vno piu Etruſci cadent vno plus. Val. & Liu. de bello Pu. iii. duo milia, & trecentos hoſtium cæſos, non plus vno Romanos amiſiſſe: io te leuo non piu de vno denaro, aufero ex te non plus vno denario: & io ho ſtudiato piu de deci anni, ſtudui pluſq̃ decem annos, vel plures annos decẽ, vel plures decẽ ann s, manco de tre hore, minus horis tribus Cæſar: Cicero ad Plancum non plus duobus, aut tribus menſibus abfuit a nobis, non piu de dui, o tre meſi ſo abſente da noi. Col. plus quatuor digitis adobrutum eſt. Cœl. us Ciceroni: amplius quadraginta diebus manſit. Victru. non minus tribus coriis fuerit: ſono piu de ſei meſi, amplius ſunt ſex mẽſes. Cicero pro Roſcio Comœdo: piu de doe milia fuggeuano, amplius duorum milium terga vertebant. Hirtius in commentariis vbi intelligitur numero: haueſſe piu de cento cittadini, amplius cẽtum ciues haberet: piu de tre anni, triennio amplius. Cic. pro Roſcio Comœdo, & pro Publio Quintio tecum plus anno vixit Li. de bello Pu. haut plus fuiſſe modio habeo plus mile aureis, vel plures mile aureos, vel plus aureoꝝ mile: io ho quattro meſi manco de vinti anni: habeo viginti annos minus quatuor menſibus: & io lho ditto piu de cento volte, dixi ſæpius cẽties, vel plus centies, & non pluries centum vicibus. ſono manco de quindeci di. Plau. in Trig. minus quindecim dies ſunt. Cicero in Verrem ſenatores triginta non minus adeſſent. Li. de bello Pun. minus duo milia hominum

effugerunt. Io me porto adretro piu de dece ſerue. Terent.in Heau.ancillas duxit ſecum plus decem: io lo voglio non piu per dui di, volo non plus biduum. Teren.in Eunu.non plus triduum. Victru.aſſeres diſponuntur inter ſe ne plus ſpatium habentes pedes binos. Idem ne plus pateat palmum. Li.de bello Macedoni.aberat acie eorum paulo plus quingentos paſſus. Verg. Treis pateat cœli ſpatium non amplius vlnas. Lucretius.iiii. Coniectus aquæ digitū nō altior vnum. Verg noctem non amplius vnā. Cæſ.de bellis Ciuili. ab Vtica paulo amplius paſſus mille. Li.de bello Punico nix minus quatuor pedes alta iacuit. Victru.non minus ſit pedes ſenos: vbi notatur comparatiuum cum accuſatiuo ex natura temporis, ſiue ſpatii, ſiue numeri: ſed quid de hoc referent Terent.in Adel.infregit mihi plus quingentos colophos: poterit tamen Terentius ſic intelligi infregit colophos mihi plus quingentos. dicitur etiam altior non amplius quatuor digitis, vt Cæſ. & nunc plus, & amplius ſunt aduerbią, ſicut diſtat minus quatuor milibus paſſuum. Plin.xxxvi cap.xii. altero tanto plus ſum doctior opinione hominum: id eſt plus q̃ exiſtimat opinio hominum: id eſt homines opinantur. Quin in quarto vt res expectatione minor videatur: ſum aſſecutus maiorem laudem tuo patre, hoc eſt q̃ tuus pater fuit aſſecutus: vix audeas dicere tua laus eſt maior ipſo patre: nihil iſto homine peius, hoc eſt nullus eſt iſto homine peior. nihil tua matre ſanctius, hoc eſt nulla fœmina ſanctior, & dicto citius tumida æquora placat. i. q̃ dici poteſt. Ante, poſt, alius, alter, ſecus, & verba ab ante, & poſt compoſita proxime ad vim comparatiui accedunt, vt tanto ego anteueni, quanto tu poſt veniſti, & multo ſecus euenit, & multo aliter intelligo, & quanto alius fuit.

De Superlatiuis.

SVperlatiuum nomē eſt illud, quod ad plures ſui ge-

neris comparatum ſuperponitur omnibus, vt Hector fuit fortiſſimus Troianorũ, & dicitur a ſuperſtro. Ponitur autem modis duobus reſpectiue, & abſolute: reſpectiue, quando ponitur determinate, vt Hector fortiſſimus Troianorum: abſolute, quando non recipit caſum, vt Hector fuit fortiſſimus: & reſoluitur per maxime, vel validiſſime, & poſitiuum non per valde, vt Priſc. Quid enim abſurdius, quàm cum exponamus comparatiuum per comparatiuum, exponere ſuperlatiuum per valde & poſitiuum. Dicimus quoque quàm fortiſſimus, & multo fortiſſimus vbi quàm, & multo valde ſignificant. Superlatiuum conſtruitur ante ſe nullo caſu, poſt ſe genitiuo plurali, vel ſingulari nominis collectiui, vt Achilles fuit fortiſſimus Græcorum vel gentis Græciæ: qui genitiuus totum ſignificat. Eſt enim collectiuum, quod in voce ſingulari ſignificat multitudinem, vt gens, populus, turba, & ſimilia ſuperlatiuum conſtruitur genitiuo: quia partitiue ponitur, & habet rationem diuiduorum, quæ per genitiuum enunciatur: dicitur etiam per excellentiam virum vnum totius Græciæ facile doctiſſimum Platonem. Cicero pro Rabirio: ſi vero iungitur his meus, tuus, ſuus, noſter, veſter, alius, reliquus, cætera cæterum non fiet per ſuperlatiuum, ſed per comparatiuum, vt ſum fortior meis fratribus, non fortiſſimus meorum fratrum. Sum enim de fratribus, non tamen de nomine meis. Gell tamen primo locum omnium rerum aliarum difficillimum ait, & Stat. in Achille pulcherrima turbæ Deianira ſuæ. Sue. in Vitel. formoſiſſima ſuper cæteras cœna. Macro. ſeptimo. Stat. acetum liquidiſſimum inter cæteros humores. Conſtruitur quoque caſu poſitiui, vt tu es ſimillimus patri: quia ſimilis patri dicitur, ſic & de cæteris eſt intelligendum. Dicimus etiam ſum fortiſſimus inter alios, ante alios, & ex aliis. Val. in tertio erat is ex triginta tyrannis crudeliſſimus. Lactan. inter ſibyllas celeberrima. Valerius in nono qui

Priſci. error.

inter paucos feliciſſimus. Formantur ſuperlatiua a genitiuis nominum adiectiuorum ſecundæ, & tertiæ declinationis a genitiuis ſecundæ addita S & ſimus, vt iuſti iuſtiſſimus,ma,mum,a genitiuis tertiæ addita ſimus vt fortiſſimus: excipiuntur anomala, ſiue potius aliunde accipientia,quæ ſunt hæc bonus optimus per conciſionem quaſi optatiſſimus ab opto,malus,peſſimus,quod deducunt a peſſus quaſi preſſus remota litera R cauſa euphoniæ,& dicitur quaſi preſſus,& per conciſionem. Mali nanq; ſcelere premuntur:multus plurimus ſiue a genitiuo pluris mutata s in mus. Priſ. Cic.vero.xi.epiſtolarũ ad Atti.ex multiſſimis,& miſerrimis curis: paruus minimus. Lucre.vero paruiſſima corpora. Vege. paruiſſimos fines. Boeo hus in Muſica paruiſſimas mutationes:magnificus magnificentiſſimus, munificus munificentiſſimus,mirificus autẽ mirificiſſimus. Terent.ſic & apud antiquos magnificiſſimus,& munificiſſimus dicebatur. Cato beneficiſſimus vtitur:maleficiſſimo Suet. Superlatiua in limus formantur abiecta is, & ſumpta limus, vt facilis facillimus, difficilis difficillimus,agilis agillimus,gracilis gracillimus, humilis humillimus,ſimilis ſimillimus,diſſimilis diſſimillimus,docilis docillimus. Nomina in er terminata ſumunt rimus, vt tener tenerrimus: vetus ſeu veter potius antiquum nomen quod poſuit Ennius. Cum veter occubuit Priamus ſub Marte Pelaſgo. Actius veter fatorum terminus veterrimus,cõparatiuo vtitur. Plaut.in Bacch.illũ veteriorem lapide.nñatur antiquũ maturrimus Cic.in Ora.maturrima ad cauſas publicas:maturus vero maturiſſimus. Cic. ad Her. ætate maturiſſima: deter deterrimus & non a verbo detero,dexter vero, & ſiniſter dextimus & ſiniſtimus irregulariter. Nomina in bris(vt aiunt)mutãt ris in er & addita rimus,vt celebris celeberrimus. Ipſe tamẽ nõ a nominibus in bris,ſed ab er hæc formari ſuperlatiua aſſero, vt celeber celeberrimus,ſic & reliqua. Oui.

in Fa. phœbe ſaluber ades: dicimus maxime ſalubris per aduerbium, & ſic etiam de omnibus huiuſmodi nominibus eſt intelligendum: & ab his præcipio nulla formari ſuperlatiua. Nomina à gero, vt armiger, & à fero ut armifer, compoſita carent ſuplatiuo. Nomina habentia E ante Vs ſuperlatiuo carent, vt idoneus, coſentaneus, ſed ſumunt maxime aduerbium, & complent ſuperlatiuum, vt maxime idoneus, ſic & ſenex, iuuenis, adoleſcens, diues, memor, rudis, ſingularis. Cice. in. xii. Phil. reprehendit Antonium piiſſimis vtentem, ſed immerito. Cur. in. xiii. piiſſimi. Sene. in breuitate vitæ pientiſſimis, piiſſimisq́;. Apul. & Hier. quoq; vtũtur aſſiduiſſimus. Suet. in Gal. aſſiduiſſime. Cice. de claris Ora. ſtrenuiſſimus. Sallu. Cato, Gel. egregiiſſima. Pacu. arduiſſimo, perpetuiſſimo. Cato dixerunt: nequã adiectiuum nequiſſimus, tenuiſſimus. Suet. in Tyb. Superlatiua non à præpoſitionibus, vt aiunt, ſed à nominibus antiquis vt diximus in comparatiuis, & irregulariter ſicut ſiniſtimus, & dextimus: infer infimus, ſuper ſupremus, inter intimus, exter extremus. Pli. Canuſiũ Apuliæ extimũ: legitur etiam apud Cic. in Somnio. Apul. Macrob. Silium extima cingens. Apul. uero in primo, nouiſſimo extremius ait à poſitiuo extremo, citer citimus: licet Diomedes in primo neget. Cic. de Re publica vltima, à cœlo, citima à terris: & Martianus in nuptiis, citimus: vltimus & extimus cum ablatiuo, & præpoſitione a vel ab, & non cũ alio caſu leguntur. Var. tamẽ cum datiuo dixit, iacet tellus huic extima fluctu: antimus non dicitur, poſter poſtremus. Gel. lib. in. xi. omnium nationum poſtremiſſimũ dixit à poſitiuo poſtremo: & Apule. in Magica, cuius cõparatio vtitur idem Apul. in Socrate, nullum animal in terris, homine poſtremius. ultimus caret poſitiuo, vt diximus in comparatiuis, ſic & ꝓximus, ſed qñ cõiunctũ denotat hominem nõ eſt ſuperlatiuũ ſed poſitiuum, & habet cõparatiuũ, & nõ ſuplatiuum.

Cicer. error.

Grãma. error.

Diome. error.

Vlpi. ff. xxv. ſiquis proximior agnatus naſceretur. Ver. in primo, proximior dextra: nouiſſimus à nouo non habet ſignificationē poſitiui, ſed ſignificat extremum, quo vtitur. Cice. in Orat. & in epiſtola ad Octauium, quamuis Gel. neget: legi apud Ciceronē. Ab aduerbiis aduerbia fiunt ſuperlatiua, ut à diu diutiſſime, & ſæpe ſæpiſſime, nuper nuperrime, molto poco auante, cito citiſſime, molto preſto. Cato vero ſæpisſima diſcordia dixit: à penitus penitisſime, à penè penisſime, quibus ultimis duobus. Plaut. utitur, & Apul. à pridem ut præcipiunt fit primus, quòd nō probo Plinio autore aſſerēte primus eſſe ſine poſitiuo. Priſ. uero nō à pridē ſed à πρῶτος deduxit: & eſt nō modo de pluribus, ſed etiā de duobus. Sue. in Auc. duabus lectionibus: prima, ipſorū arbitratu. & Cic. in iii. Tuſ. duas cauſas primum: & ad Seruium. Sulp. ſed quo quidem, te nominatim rogo, primum: ſed qñ ſignificat ordinem ex ſe facit, vt quidam aiunt, cōparatiuum, ut primores dentes apud Plin. & alios, quod eſt falſum. Nā formaret primiores: ſed primores ſignificant priores. Ci. primo de Ora. ne primoribus quidem labris attigiſſent. Tacitus primoribus fœminis, viriſq;. Suet. primores manus. Nuperrimus non ab aduerbio nuper, ut aiunt, ſed à noie antiquo. Plau. in Cap. nuperum hominem. Nuperrime Cice. ad Heren. Penitisſimus, quo Plaut. utitur, non uenit ab aduerbio, ſed à nomine penitus, ta, tum. Plaut. in Aſi. ex penitis faucibus. Apule. in Hermagora in penitiorem partem ait. Negatiua dictio non poteſt addi ſuperlatiuo hoc modo nullus eſt meæ ſocietatis doctiſſimus, ſed utimur comparatiuo. Cicero de Offi. oium ſocietatum nulla eſt gratior, nulla charior, & ad Luce. Nihil mihi poteſt eſſe tuis literis gratius. Hæc comparatiua carent ſuperlatiuo remisſior, naturalis naturalior, ſic & reliqua in alis terminata, ſenior, prauior, vt aiunt, ſed male. Taci. prauisſimus mos: certior quoq;

Gellii error.

Grāma. error.

Quorūdam error.

Grāma. error.

Grāma. error.

vt nonnulli tradunt,ſed non recte. Cic.pro lege Agraria,certiſſimum uectigal, & certíſſima putabo in epiſtolis,communior,ſolicitior, ſalutarius, opimior, longinquior, propinquior,infinitior, diutior. Sidon.diutiſſimus ait, perfectior quo utitur. Cice.ad Att.& Bru.in Quint.licet Ser.neget,iunior,ingentior, ingentiſſimus Veget.in.iiii. Hæc ſunt ſuperlatiua ſine comparatiuo perſuaſiſſimus,apriciſſimus,falſiſſimus, inclytiſſimus, iuriſconſultiſſimus, ſimplic.ſmus, inuictiſſimus, inuitiſſimus,decoriſſimus. Apul.de Magica. immeritiſſimus, meritiſſimo. Cice.a comis comiſſimus. Apul. Abuſio in ſuperlatiuo eſt quando nomina propria, & pronomina formant ſuperlatiuum, ut purpuriſſimum. Plin.& Plautiniſſimi in.iii. Gel.& ipſiſſimus. Plaut. in Trinumo. Omnis cunctus cum poſitiuo,& comparatiuo iunguntur, ut omnis bonus, & omnis melior. Quint.omnia utiliora, & cum ſuperlatiuo hoc modo. Pli.ad Ro. epiſtolas tuas accepi omnes elegātiſſimas vbi poni quiſq; nō poteſt:& ī Panag.nec uideri poteſt optimus,niſi qui oībus optimis.Treb. Ciceroni amore oibus tuis etiam minimis cōmodis. Cice.ad Treb. i omni gradu ampliſſimo.Terē.inter oēs hoies infimos puto. Cice.ad Leptam,ocium omni diſertiſſima regione maius,& ad Plancum, omnibus ampliſſimis honoribus Pli.xxix.laudatiſſima oīs.Quint.in quarto, potentiſſimas oēs. Quiſq; cum iungitur cōparatiuo præponitur,ut quiſq; melior.Quint.in.ii.quo quiſq; deterior.Cic.pro Roſcio,quo quiſq; ſolertior:cum ſuperlatiuo poſtponitur,ut optimus quiſque licet rarēter poſitiuo & cōparatiuo poſtponatur. Plin.in primo epiſtolarū ad Tacitū,ita bonus liber quiſq;. Apul.ī prima oratione,ut bonus quiſq;.Suet.in Otho inualidū quēque. Ta.in.xii.inualidus quiſque. Sene.de Ira, quo melior quiſque.Idem quo diligentior quiſque. Lact.de Opi. placidiora quæq; animalia. Macro.ī primo de ſomno,

Nōnullorū error

Seruii error.

exterior quæq; ſphæra : interdum poſitiuo pꝛæponitur Iuſt.cognitione quæque digna excerpſi. Tacitus,ut quiſq; animo ignauus. Iungitur quoq; ſuperlatiuo,q̃uis ſuperlatiuum in alio ponatur caſu, ut maximo quiſque animo dignitatem appetit, & fortiſſimi quiſq, corporis ægrotatione abeſt : ſed cum genitiuo plurali caret, dicimus omnium bonorum animus, & non optimorum quorũq; animus iu ſingulari ſeruatur ut optimi cuiuſq; animus:iungitur quoq; nominibus habẽtibus I,uel V, ante Vs,ut omnis pius, & pius quiſq;, oĩs ſtrenuus, & ſtrenuus quiſq;,frequentius,q̃ piiſſimus quiſque,& ſtrenuiſſimus quiſq, : iungitur quoq; nominibus ſuperlatiuo carentibus,ut idoneus quiſque,mediocris quiſque. Ordinalia ut ſecundus,tertius & deinceps carent ſuperlatiuo. Primus uero, & ultimus quando numerū ſignificant,ſunt ſuplatiua: dicimus ergo primus quiſque,ſecundus quiſque, & primo quoque die, & tertio quoq; uerbo,ſic de reliquis,in quibus quoq; non eſt coniunctio,ſed illud,quod imperiti dicunt in oĩ primo die,& in omni tertio uerbo: Vbi notãdum eſt huiuſmodi nomina cum d ctione quiſq;,non ſolum vnumquenq;,aut vnum ex eo numero ſignificare,ut decimam quãq; ouẽ

Laurẽtii error. tibi dabo.i.ex omni denario unam:ut Laurẽ.ſed etiam ultimũ in ordine licet negent.Sue.in Cæſare unus dies

Grãma. error. quarto quoque anno fit intercalaris,ſic intelligitur ulti mus quiſq; ex numero quatuor:ſicut dicitur iudæis ſeptimus quiſq; dies eſt feſtus: intelligitur ultimus ex numero ſeptẽ. Iuue.ſeptima quæq; fuit lux ignaua: unuſquiſq; iungitur cũ poſitiuo nõ ſuplatiuo, ut unuſquiſq; bonus,& unuſqſq; optimus, licet Vale.in.iiii.vnicuiq; pauperrimo dixerit. Quia unus uim quandã,ac naturã obtinet ſuperlatiui. Dicimus,io ho molto piu adſai, & molto piu manco frumento de la gente , habeo plurimum,& minimum frumenti gentis: ſicut per comparatiuum habeo plus, vel minus frumenti Cæſare. Præ

tereundum nō eſt, Minimū quoq; eſſe aduerbiū ſuperlatiuum. Quint. vt minimum qdem ſimiles viderentur, & minimo. Idē pedes vel procedens minimo ſiniſter: al piu, vel quaſi ſempre dice queſto, plurimum dicis hoc. Eſt ſciendum, quòd ſuperlatiuum cū præcedenti, vel ſequenti congruit ſubſtantiuo, vt lilium eſt albiſſimū, vel albiſſimus florū. Gel. in. xii. leæna eſt acerrimū animalium: & hoc ideo, qa ſuperlatiuum poteſt in genere cum genitiuo cōuenire, ut lilium eſt albiſſimus florum, ideſt flos albiſſimus florum: ſed non recte diceretur, homo eſt optima gentis. Nam collectiuum cū vno conuenire non poteſt: quando vero eſt tranſcendens, vt res dicimus: vt Ouid. te maxima rerum.

¶ De Interrogatiuis.

INterrogatiuū eſt rei dubiæ, vel tanq̄ dubiæ, poſtulatiuum: vel interrogatio eſt rei dubiæ, vel tanq̄ dubiæ poſtulatio. Interrogatiua ſunt omnia, quæ cū interrogatione proferuntur vt quis es? qualis es? quando veniſti? cur feciſti hoc? in plures ergo diuiditur partes interrogatiuū, ut patuit, & non in duas ſubſtātiæ, ut quis. quod, quid, & vter: & accidentis, ut qualis, quantus, quot, quotus, & cætera relatiua accidentis. Eſt ſciēdum: quòd p quēcūq; caſum fit interrogatio, p eundē fit reſponſio, vt quem amas? deum, niſi eūdem ſeruare non licet, vt quāti uendidiſti pateram? duobus aureis, Quis, & vter de duobus, vt quis, vel vter tuorū oculorū clarius videt? dicitur quoq; vter conſulum, & vter conſul uenit, licet negent. Verg. ſerpens amplexus vterq; corpora natorum: ſi vero fuerint plures per quis tātū vt tuorum digitorum quis eſt longior? non vter, quòd quis ſit quoq; duorum: patet ex Perſio, quis potior iudex? Sciendū eſt: quod qs, vter, & quiſnam duobus ponuntur modis interrogatiue, & infinite: interrogatiue qs veſtrū fecit hoc? chi de uoi ha fatto queſto? & quiſnam ſcripſit hoc? ma chi ha ſcritto queſto? vter veſtrū

Grāmāt. error.

legit epiſtolam:chi de voi doi ha letto la epiſtola?Infinite neſcio quis fecerit:neſcio vter veſtrũ legerit, ignoro quiſnã fecit. Quiſque cũ adiectiuo, cũ ſuperlatiuo, aut cũ noie quotus, vt optimus quiſque, & quotus qſq; fecit hoc.i.quot fecerunt:ponitur etiã abſolute. Iuuen. quantũ quiſque ſua nũmoꝝ ſeruat in arca. Quiſputas interrogatiue tantũ ponitur, vt quiſputas eſt potẽtior? ſi latinum eſt. Quiſpiam & quiſquã infinita ſunt noia, quippe quæ nihil determinant:duobus ponuntur modis ſubiunctiue & indicatiue. Subiunctiue ſi quiſpiã,aut quiſquã venerit,honorato. Indicatiue neq; locus neq; amicus quiſquam teget,quẽ arma non texerunt. Quiſquis ea eſt ſignificatione,qua quicunq; vt quiſquis ades lingua vir, mulierq; faue, ideſt qcunq; ades: quidquid eſt ſubſtantiuum,vt quidquid dulce, quidquid gaudii. Quodcunq, eſt adiectiuum,ut quodcunq; donũ Quicunq; reſoluitur in omnis,ut qui,vt amo,quicunq; diligit virtutem, ideſt omnem qui diligit. Quidam ver, quiuis,& quilibet indicatiue ponuntur.

De Diſtributiuis.

Diſtributiuum eſt,quod diſtribuendo ad vnum,vel ad plures refertur: & eſt aut affirmatiuum, aut negatiuum. Affirmatiua ſunt quiſq;,quilibet, chi te piace, quidam vn certo, quicunq;, omnis alter, alius pars cunctus,vter, & ab eo compoſita, vt vterque, vteruis, ambo de duobus,& in hoc differunt:quod vterq; in diuerſo tempore, vt Cæſar & Scipio vterque triumpharunt. Ambo uero vno,& eodem tempore, vt L. & C. Scipiones ambo perierunt. Negatiua ſunt nemo, nullus, neuter,ſed alter,vter, vterque, & neuter de duobus,vt alter oculorum : alius de pluribus, vt alius digitorum, ſed confunduntur quàm ſæpiſſime. Nam alter de pluribus legitur, & bene dicitur vbi comparatio non eſt. Cice.in Cato.alteram,quòd corpus facit infirmum.Plin.tabulas plures pinxit, è quibus vnam in fo-

ro, alteram in comitiis, duas in Pompeii porticibus. Idem ex diuerſo conueniunt altera alterius grana. Macrob. quatuor in corpore fieri digeſtiones, quarum altera dependet ex altera, quando vero non eſt relatio inter plures, dicitur alteri & non mihi hoc dicito: ſicut alius de duobus. Cicero in primo epiſtolarum ipſi aliū Publium, & in Læl. cum alio genero, & in primo de Offic. alia diuiſio officii. Terentius aliam Carino, & ſæpiſſime: ſic prius, & potius de duobus: primum, & potiſſimum de pluribus, licet Apule. in ſecundo nobis, ac mihi potiſſimum de duobus dixerit. Quint. de Demoſthene, & Cicerone qua de re vtar Ciceronis potiſſimum verbis, ideſt præcipue, & ſine ui comparationis. Var. ii. de re Ruſtica pecus paſcendum in pratis potiſſimum herba. Pli. ad Voconium tibi potiſſimum iniungo: ne luno, ne lāltro legge, neuter legit. Primū quoq; legitur de duobus ſine vi comparatiua. Cice. ad Seruiū ſed duo quidem te nominatim rogo primum. Quint. in principio quinti, duplici ratione affectus excludendos eſſe primū. Alter ponitur quādoq; mutatiue, ſiue alternatiue, ut ſum hodie alter, quàm heri. i. mutatus: diuerſatiue, vt tu es alterius ingenii, quàm ego: & ꝑ ſecūdo, vt hic eſt alter annus belli Pu. i. ſecūdus. Verg. tu nūc eris alter ab illo: interdū ꝑ duobus poſt vnū. Ter. vnus, & item alter. i. duo. Tres enim amabant: ut unus aut alter uenit, ideſt unus aut duo venerunt: & licet plures ſint. Habetur tamen ratio duorū. Verg. Alter ab undecimo: ideſt tertius decimus: ſic etiam in aduerbiis eſt intelligēdū, vt ſemel, aut iterū: ideſt bis. Quando vero dicitur vnus & alter ſignificat duo. Ouid. uerſus vnus & alter eat: dicitur etiam alter alteri nocet. Col. Vtrum interrogādo poteſt ad plures referri an particula additur, quāuis duo priora ad vocē īterrogātis obſeruētur. Quin. occiſus eſt vtrū ferro an igne? an veneno? an vulnere? an pluribus? Nec dicimus licet præcipiant, quili-

Grāma. error.

bet,vel vter Ioannis,& Antonii mihi prodeſt,ſed quilibet,vel vterq; Ioãnes & Antonius, luno & laltro. Terẽt.vterq; pater & mater ſtabat ante oſtiũ. Verg.ſerpẽs amplexus vterq; corpora natoꝶ:dicitur quoq;, ut Sall. vterq; inimicitias exercebãt. Horat.mihi vterq; legati. Ter. Adel.curremus æquã vterq; partẽ,vtriq; pro ambobus. Ver.palmas vtraſq; tetẽdit. Cæſar vtræq; in ea pugna ſeruit:ſic chi de li dui fo lo piu forte Ceſaro o Põpeio?vter Põpeius an Cæſar fuit fortior?non aũt vter Põpeii an Cæſaris,qa non regũt genitiuũ ſingularem. Quiſquis,& qcunq; poſt ſe alterã requirunt orationẽ, vt qualuncha deſidera la ſcientia legga li libri,quiſquis optat ſcientiam,legat libros,& quicunque legit doctus euadit. Quiſq; ſignificat omnẽ abſolute, ogniuno coniungitur uerbo, vt ogniuno legge, quiſque legit. Quilibet vero ſignificat vnũ de multis,quẽ eligere volumus, ut opta q̃libet iſtarum regularum.i.q̃uis:ſi dixeris opta quãq; iſtarũ regulaꝶ ſignificares oẽs regulas. Poetæ uero pro ois accipiũt. Oui. Pollicitis diues qlibet eſſe poteſt. Alteruter nõ ſignificat modo vnum & modo alterũ,ut vulgo dicitur,ſed vnũ aut alterũ,ò luno ò laltro. Celſus in alterutrum latus manus prolabitur:alteruter conſulũ,& alteruter conſul,& alteruter Cæſar,aut Põpeius ſubuertet patriã ò luno o laltro Ceſaro, ò Pompeio deſtruiera la patria. Nullus & de hoĩe,& rebus omnibus dicitur. Nemo tantũ de hoĩe: licet Verg.diuũ promittere nemo dicat. Dicitur quoque alius nemo. Ter. I A del.alius nemo reſpicit nos,& nemo vnus. Li. in.iii.neminẽ vnũ eſſe:& nemo qsq̃.i.nullus alius. Sue. in Cal.nemini cuiq; contigiſſe ſatis conſtat. Conſtruitur cum genitiuo plurali,aut ſingulari nominis tantum collectiui, aut cum accuſatiuo, vel ablatiuo præpoſitione adiũcta,ut quilibet diſcipulorum, uel inter diſcipulos, uel ex diſcipulis ſtudet: dicitur etiam nemo homo, ſicut nullus homo,& nemo hominum. Terent.

¶De

De Partitiuis.

PArtitiuum eſt quod partem trahit a toto, cum quò partitur & cum eo debet in genere concordare, vt diſcipulorum aliquis eſt bonus,aliquis vero malus, & ſunt hæc: quis, aliquis, quilibet, quicunque,quidam, alius,alter,vter,& numeralia,vt vnus,duo,tres, & reliqua:& ordinalia,vt primus,ſecundus, tertius In partitione tria requiruntur pars, totum, & quòd pars regat totum,vt chi te piace de li huomini venera,quilibet hominum veniet:& vna certa donna e ſtata viſta,quædam mulierum viſa fuit. At ſi partitiuum ſignificat totum, tunc partes in neutro aut in fœminino genere ponuntur,vt huius libri aliud eſt charta,& aliud tabula. vel huius libri altera pars eſt charta, & altera tabula:ſi ſignificat totum in plurali,pars etiam in plurali ponitur,vt litterarum vnæ iuuant,aliæ vero nocent. Partitiua ſicut diſtributiua conſtruuntur,& eadem ſunt.

De Relatiuis.

RElatiuum eſt rei antelatæ repræſentatiuũ, dictum a referendo:id eſt repræſentando, & eſt ſubſtantiæ,& accidentis. Relatiuum ſubſtantiæ dictum a nominibus ſubſtantiuis,quæ raferuntur,eſt, quod refert antecedens ſubſtantiuum,vt Gabinius,qui legit, audiuit Ioannem.antecedens relatiui qui eſt Gabinius : & ille qui currit,mouetur : antecedens relatiui qui eſt pronomen ille,quod ponitur loco proprii nominis,& ſubſtantiui, ſubauditur enim homo, vel aliquod animal. Relatiua ſubſtantiæ ſunt quis:quæ,quod,quique,reliquus,alter, vterque,idem,alius,ipſe,ſui,ſuus,is,ambo,cætera cæterum. Nã cæter,ſeu cæterus ab vſu receſſit. Eſt ſciendũ: quòd ſi dixero Ioãnes legit Ciceronẽ ſicut alii præceptores,antecedẽs alii eſt Ioãnes:ex q̃ oratione intelligitur Ioãnẽ eſſe præceptorẽ. Itẽ ſi dixero album,qđ nos videmus,eſt color:antecedẽs relatiui qđ, eſt albũ adiectiuum,quod in neutro genere ſubſtãtiuatur, & per res

reſoluitur.i.res alba eſt color. Qui quæ quod ponitur relatiue,vt ſum Ioãnes,qui hoc opus cõpoſui interrogatiue,ut quibus uenistis ab oris? infinite ut neſcio quã rẽ agam,aut quem hominem uocẽ. Qui interdum ſignificat quomodo,uel cur,ſed eſt aduerbium & pro cõiunctione infinita,ut Implicuit bello,qui nos fugiatis amicos.i.ut,uel quod,uel quomodo, uel qua ratione, uel cur,uel propter quid. Quæ ſignificat qualia. Verg. quæ ſopitos deludũt ſomnia ſenſus,& admiratiue. Plau. quæ narrauit mihi intus. Quod ponitur interdũ admiratiue cũ indignatione. Verg. quod genus hoc hoĩum. & pro ſed,& tũc eſt aduerbiũ. Perſ. quod ſi doloſi. Quis,& qd ſemper interrogatiue ponuntur, & nũquam relatiue,ut qs es? aut qd ages? uel ponitur infinite,ut qs es,ignoro & quid facis,& admiratiue,ut qs homo eſt ille, & pro qualis, ut quis tibi uideor: & eſt de pluribus. Qui quæ quod concordat cũ ſequenti ſi fuerit proprium nomẽ, ſi uero appellatiuum cum utroque Ser ſed eſt falſum.

Seruii error.

Indifferenter enim cum utroq; cõcordat. Salluſt. eſt locus in carcere,quod Tullianum appellatur. Cicero medium uides quæ terra dicitur. Idem ſempiternis ignibus,quæ ſydera,& ſtellas uocatis. Plin.in.ii.cap.xxxii. Lunæ quoq; trinæ,quos plerique appellauerũt Soles. Oui. naturæ uultus in orbe quem dixere chaos. Verg. lucum ingentem Romulus, quem acer Aſylum rettulit. Valer.in.v.eo loci,qui hodie Senatulum appellatur. Plin. duo ſunt genera cœleſtis iniuriæ unum quod tempeſtates uocamus. Relatiuum ſubſtantiæ cum antecedẽte ſubſtãtiuo cõgruit, ut Ioãnes loquitur & Is mouetur: præter ſuus,quod cõgruit cũ ſubſtãtiuo ſequẽti, ut Ioãnes amat me,& ego filios ſuos,& ſuus ſemper ponitur relatiue,ut mater diligit filios ſuos. Sui uero ſemper reciproce,ut Ioãnes amat ſe. Is ea id relatiue ponitur,ut præceptor amat doctos,& nos eũ colimus, redditiue ut is,qui deum ueneratur,eſt religioſus. Ipſe ipſa

ipſum relatiue ponitur in tertia perſona,ut ego colo deum,& ipſe benefacit iuſtis:demonſtratiue,quando pro pronominibus demonſtratiue diſcrete ponitur, ut ego ipſe,tu ipſe,ille ipſe,quandoque ſine pronomine legitur,& eſt dignitatis, ſicut iſte abiectionis. Ille ponitur demonſtratiue,ut illa herba nunquam uiſa eſt:aliquando relatiue,ut Ioannes legit, & ille contemplatur:aliquando redditiue ut ille,qui legit diſcit. Alius alia aliud ponitur relatiue,ut audio Ioannem, & alios homines doctos:quamuis antecedens Ioannes differat ab aliis hominibus numero congruit tamen ſpecie quæ eſt homo:aliquando diuiſiue, ut diſcipulorum, alii diſcunt, alii ſcribunt,aliquando diſcretiue quando ſequitur copula,uel coniunctio diſcretiua,ut tu es bonus,& hic eſt alius,id eſt malus,uel diuerſus:aliquando ponitur ſine coniunctione, ut alia eſt facies mea, alia eſt facies tua: id eſt diuerſa. Relatiuum ſubſtantiæ eſt duplex.ſ.ſubſtãtiæ ſimilitudinis:id eſt eiuſdem generis,& ſpeciei:id eſt quod refert eandem rem,quam antecedens,ab aliis nimis inepte dicitur idẽtitatis:cum hoc uerbum nuſquam legatur,ut Ioãnes legit,& idem ſcribit,& ſunt qui,quæ quod,ſuus,ipſe,ſui,is,ille,idem Idẽtidem,non eſt relatiuum,ſed eſt aduerbium,& ſignificat frequenter. Relatiuum diuerſitatis eſt,quod refert antecedens diuerſum a conſequente,cum quo concordat ſub eodem genere uel ſpecie. Quamuis diſcordet ab antecedente:tamẽ refert eſſe eiuſdẽ generis,uel ſpeciei cum cõſequente, ut placet mihi Mugilis & alii piſces: ſignifico. Mugilem eſſe piſcem,ſed diuerſum a cæteris piſcibus. Non enim idem eſt Mugilis,& alii piſces,& tunc utimur huiuſmodi relatiuis ſubſtãtiæ diuerſitatis,cum oſtendimus antecedens eiuſdem eſſe uel generis,uel ſpeciei cũ eo,quod cõſequitur,& ſunt alius,alter,reliquus,cætera,cæterum & unus. Relatiua accidentis ſunt qualis,quantus, quotus, quot, cuius a um,cuias,quæ quatuor modis po-

nuntur in oratione interrogatiue, vt quantus eſt mons Veſuuius:relatiue ſeu ſimilitudinis, vt tantus eſt Veſuuius,quantus Pindus:infinite vt neſcio q̃tus, vel qualis ſit:admiratiue,vt Hei mihi qualis erat, quantum mutatus ab illo Hectore:ſic & de reliquis eſt intelligẽdum. Relatiua accidentis concordant cum ſubſtantiuis ſequẽtibus,vt ſum albus,qualia animalia,quòd ius accidentis refertur in ſequens. Relatiuũ nanq; non poteſt capere vim ab eo,quod alterius indiget auxilio:& hoc eſt adiectiuum,quod alteri adiacet,recipitq; ſenſum a ſequentibus,interdum cum antecedenti, ſi præcedens intelligitur verbum, vt cognoſco meam vxorem bonã qualem tu ſcilicet cognoſcis. Relatiuorum accidentis ſunt etiam quædã diuerſitatis,vt aliuſmodi,alteriuſmodi, vt tu es fortis, & ego ſum alteriuſmodi, ſed dicendo ſum qualis tu,intelligitur talis. Qualis de che qualita, cuius redditiuum eſt talis tale,de tale qualita:quorum antecedentia ſunt omnia adiectiua bonitatem,malitiam,colorem, & omnem qualitatẽ ſignificantia,vt doctus, indoctus, niger,albus,turpis,pulcher,& ſimilia, vt ſum talis formoſus,qualis Cæſar, & io ſo forte come Ceſaro, ſum fortis vt,vti,ſicut ſicuti Cæſar. Eſt quoq; ſciẽdum:quòd qualis non modo ſignificat qualitatem, ſed etiam formam,& habitum. Quint.in.vii. Quis enim non faber vaſculum aliquod,quale numquam viderit,facit? Quantus quanto,vel quanto grande,cuius redditiuum eſt tãtus: quorum antecedentia ſunt adiectiua quantitatem, & exceſſum, vel diminutionem continuam ſignificantia,vt magnus,paruus,longus, latus, & ſimilia, vt ſum tantus magnus quantus es tu, vel tam magnus, quàm es tu.dicitur etiam ſine adiectiuo, vt tantus quantus es tu:ſcilicet magnus:cætera adiectiua ſemper ponuntur: magnus vero ponitur, uel intelligitur. Si diuerſa ſunt nomina adiectiua ſimul poſita,unicuique debet reſpondere relatiuũ,ut lo manto mio è bono, & grãde quale

& quanto lo tuo:palliũ meum eſt bonum,& magnum, quale,& quantum tuum:refert etiam aliquando numerum,pondus,& menſuram. Plaut.in Mene.quanta eſt hominum ſumma,ſeptem milia. Pli. Iun.in primo: ſed quia tantum quantum ego ſapis. Cic.in Arato, Tantus quantus erit collucens lactens orbis, & in.vi.epiſt.ſed tantas ſpes,quantas nunc non haberet. Dicimus quantulum.i.minimum. Plin.iunior.iiii.epiſt. quantulum eſt ergo collecta pecunia. Cur.vii.quãtulo cõtenti eſſe deberent. Tacit.de moribus Germanorum. Iuuen.in.vi. Quot quanti,cuius redditiuũ tot tanti. Interroganti referuntur omnia numerum ſignificantia, ſeu diſcretam quantitatem,vt unus,duo,tres, quatuor ut habeo tot libros,quot tu. Notandum eſt: quòd dicimus habeo unum librum ſicut tu, & non quot: quoniam quot eſt numeri pluralis,& unum ſingularis. Aduerte modum dicendi pereleganter, & proprie in pariundo aliquot affuerunt liberæ.i.neſcio quot. Teren.in And.aliquos uero libros ſuos,alcuni ſoi libri. Quin. Ter.in Eun.aliquos parare amicos. Duximus non eſſe ab re numeralia hic ſcribere,ne præceptoris aures diſcipuli idipſum flagitantes quotidie obtundant quinque,ſex, ſeptem, octo,nouem,decem,vndecim,duodecim,tredecim. Cicero tamẽ pro tredecim decem: & tres ait pro Roſcio, quatuordecim,quindecim,ſexdecim, ſeptemdecim,vel decem & ſeptẽ. Cice.inquit erit ſeptem & decẽ annos: octodecim, vel decẽ & octo, vel duodeuiginti.i.duobus demptis de viginti,nouemdecim,vel decẽ & nouẽ, vel vndeuiginti,viginti. Vigintiunus vel vnus & viginti. Li.ſigna vnũ & triginta capta. Plin in.vii.ante annos trigintaunũ. Var.in.ii.de re ruſtic.fiunt omnium partes octoginta,& una. Eſt notãdum:quòd quãdo citra cẽtũ interponitur copula & minor numerus præcedit,& maior ſeqtur:ſine vero copula & maior præcedit,vt viginti duo,vel,duo & viginti,viginti tres,vel tres & viginti,

Val.autẽ quadraginta & ſex anni ait in.viii. Plau.præter quinquaginta & quatuor.Idem ſeio annos octoginta & quatuor. Cice.in Catone uiginti & duos:uiginti quatuor,uel quatuor & uiginti:ſic deinceps. Triginta, quadraginta,qnquaginta,ſexaginta,ſeptuaginta, octoginta non octuaginta,nonaginta,centum. Poſt uerò cẽtenarium ſeqmur numerum naturalẽ ut centũ & unus, uel unus ſupra centũ,cẽtum & duo,uel duo ſupra centum,ſic & deinceps. Cic.tñ ait in primo de Offi.cẽtũ & triginta dieꝝ.Idẽ ſtadia centum uiginti:ducenti ducentæ ducẽta,trecẽti ntæ,nta, quadringenti ntæ nta. Vbi T in D.C in G(quod poſt N ſemper fit)mutatur, qngenti ntæ nta,ſexcenti entæ enta,ſeptincẽti entæ enta, octingenti,nonngenti uel nongenti. Mile cũ uno L:& non cum duobus:quod ex plurali patet. Dicimus enim milia non millia. Hoc autẽ fit intra numeꝝ milenarium. Nam in ipſo quoq; maximũ quenq; numerum ſemper præponimus, vt a natali domini ſunt anni mile quinquageni qnquaginta octo:& in ipſis etiam milibus dicimus, vt in numeralibus citra centum, vt milites noſtri ſunt viginti quatuor milia, vel quatuor & viginti milia, non autẽ viginti & quatuor milia.in quiſti dinari, ſince numerano tre milia ducento ſeſſanta otto ducati, in his numis numerantur ter mile ducenti ſexaginta octo aurei,vel in his numis numerantur tria milia aureorum ac ducenti ſexaginta octo. Cice.actione ſexta in Verrem periere mile quingenti quadragintaquinque. Liuius in tertio, fuerunt autẽ ad tria milia trecenta ſexaginta ſex. Dicimus frequentius bis centum milia, tercentũ milia, q̃ ducenta milia:trecenta milia,& quæ ſequuntur,ſic bis mile non duo mile,ter mile non tria mile,quater mile, non quatuor mile,& ſimilia ſicut tercentum,neque mile duo,ſed mile & duo,centies mile,non centum mile. Dicimus mile viginti duo,centum triginta octo. Li.in tertio mile ducẽtos milites confecit. Mile eſt neutrigene-

ris & indeclinabile in ſingulari: in plurali tamen declinatur, vt milia milium milibus: & cum ſit ſubſtantiuum iungitur genitiuo, vt mile hominum interfectum eſt, & milia hominum & reſoluitur in adiectiuum, vt mile hominum interiit pro mile homines interierunt, ſicut multum hominum pro multi homines. Dicimus in plurali duntaxat hi hæ hæc mile indeclinabile, & eſt adiectiuum: & ideo iungitur ſubſtantiuis, vt mile homines, mile turbæ mile arma, non dicimus tria mile: Quia duo adiectiua ſimul non congruunt, niſi ſint nomina numeralia, vt habeo mile pulchos libros, vel pronomina poſſeſſiua, vt meos pulchros libros tibi dono. dicitur tamen alia mile. Plinius Iunior ad Seuerum & alia mile non minus lauta. Quintil. in primo cuſpis & caſſis, & mile alia: recte dicitur duo milia, tria milia centum milia. Quia cum ſit ſubſtantiuum, iungitur adiectiuis, vel ſubſtantiuis in obliquis, vt milia hominum. Cicero tamen pro Rabirio inquit, quid vociferabere decem milia talenta Gabinio eſſe promiſſa? Vale. in ſeptimo ſex milibus denariis. Plinius in octauo milia præſagia. Hiero. in Rufinum ſex milibus autem libris. Idem ſex milia ſcripſiſſet libros. Idem ſex milia Origenis libros. Vergilius tot milia gentes arma ferunt Italæ. Quare erit quoque adiectiuum hi hæ hæc milia, vt patuit exēplis, licet Lau. & alii negauerint. Ipſe vero hoc perinde vt aſperum non eſſe adiectiuum ſic expono, & tritiorem ſector vſum Gabino talēta eſſe promiſſa decem milia, vt eſſet expoſitio decem milia, ſic præſagia ſcilicet milia, libris ſcilicet milibus, libros ſcilicet ſex milia, & illud ſacræ paginæ duodecim milia ſigna: id eſt ſignati duodecim milia, ſic & de cæteris intelligo. Eſt ſciendum: quòd ſi ſubſtātiuū præcedit numerū, cōcordat in caſu, vt habeo ſextertia decē milia: quòd legimus duo milia pondo argenti: Pondo tunc eſt genitiuus caſus, non nominatiuus, ſic etiā intelligitur, cū dicimus decem

Laurētii & alioꝝ error.

milia quingenti pedites.i. decem milia peditum & quingenti. Liui.in decimo tertiæ decadis armatorum viginti milia militum, & quingenti:interdum non exprimitur genitiuus. Idem quindecim milia & ſexcenti equites, ut tre milia & trecento caualieri ſubiugaro Roma, tria milia equitum, & trecenti ſubegerunt Romam, vel tria milia & trecenti equites. Dicimus mile milia, vt decem milia, non milia mile: poetæ tamen dicere ſolent milies mile, non milies milia, milies centum milia: tu me doni mile migliara de ducati, tu mihi mile milia aureorum donas, vel mile milibus aureorum me donas, ſed potius decies centum milia, vel decies centena milia. Duodeuiginti. Gell. annos natus duodeuiginti. Horatius. Vnde octoginta natus cui ſtragula ueſtis. Hic loquendi modus, ut Pompeius, eſt tractus è Græcis quo quidem locutionis genere uti etiam poſſumus per ordinalia tam genitiui, q̃ ablatiui caſus. Li. in primo duodequadrageſimo ferme anno. Gell. Quadrigarium in libro undeuigeſimo.i. nonodecimo. Plin. in. xxx. duodequadragenum pedum pro duodequadragenorum hoc eſt octo & triginta. Eſt quoque notandum autores ponere mile, centum ſexcenta, & millies pro numero infinito. Cicero milies oppetere mortem. Terentius in Eunu. plus milies audiui. Cice. ſexcenti muli, & ſæpiſſime. Sciendum eſt mile in nulla numeralium ſpecie poſſe recipere ante ſe adiectiuum numerale. Non enim dicitur duo mile non bini mileni, non ſecundus milenus, non binarius milenarius, ſed potius per aduerbia bis mile, bis mileni, bis mileſimus, bis milenarius, vel duo milenaria, uel duo miliaria, nec dicimus duplum milecuplum, non bis milecuplum, ſed decies centuplex ut in lo anno de dui milia & cento uinti dui ſara graſſa, anno bis mileſimo centeſimo ſecundo erit annona. Coniungimus nomina diuidua cum dictione milia. Cicero actione tertia in Verrem decies cẽtena milia. Liui.

in tertio terna milia Romanorum. Idem quina milia nominis Romani. Martianus Capella i ſeptimo, duodecies centena quinquaginta milia: vbi diuidua pro numeralibus centum tria quinq; decem poſita ſunt. Iuſtinũ in. xxiii. tria inquit milia trecentiq; nominis Latini.

Ab his deſcendunt hæc aduerbia, quæ referuntur per toties, & quoties, vt ego legi bis Ciceronem & toties, quoties tu: de toties, & quoties diximus etiam in aduerbio: ſemel, bis, ter, quater: vel ſi latinius loqui velis ſemel, iterum, tertium. Cic. de Natu. deorum Venereum iaceat aliquando nonnunq̃ etiam tertium. Idem de Diuinat. quòd ſemel illa iterumq; neglexit: quattro volte ha deffeſo la mia cauſa & me lha ſcritto dece volte, quater meam egit cauſam, & decies ſcripſit: nec dicas quatuor vicibus, & decem vicibus, & ſimilia: quinquies, ſexies, ſepties, octies, nouies, decies, vndecies, duodecies, tredecies, quaterdecies, quindecies, ſexdecies, decies ſepties, decies octies, vel duodeuicies, decies nouies vel vndeuicies. Cicero in Verrem actione quarta duodetricies. Plin. in. vii. vndequatragies dimicauit. vicies per ſyncopen pro vigecies: vicies ſemel, vel ſemel & vicies, vicies bis, vel bis & vicies ſic & deinceps. Tricies per ſyncopen pro trigincies, quadragies, quinquagies, ſexagies, ſeptuagies, octogies, nonagies, centies, centies & ſemel, centies, & bis, non centies bis. Ceſaro diceua vinticinque milia facetie in hora. Cæſar in hora tradebat vicies quinquies, uel quinquies vicies milenos ſales: hoc potius, q̃ quinos & vicenos milenos ſales, aut vicenos quinos milenos: lo anno de quaranta & ſei milia ſara copioſisſimo, annus quadragies ſexties, vel ſexties & quadragies milenus erit copioſisſimus: hoc potius, quàm annus ſextus & quadrageſimus mileſimus vel quadrageſimus ſextus milenus: lo mercante ha trenta otto milia ducati, mercator habet octies & tricies mile aureos, vel tricies octies mile au-

reos. Suet. in Cæſ. ad bis & tricies cētum milia paſſuū: ducenties, tricenties, quadringenties, quingenties, ſexcenties, ſeptingenties, octingenties, noningenties, uel nongenties, milies: milies ſemel, vel ſemel & milies, uel ſemel ſupra milies, ſic & deinceps, quemadmodū dicimus vnus uel duo ſupra mile. Eſt notandum orationis genus habeo centum aureos, elegantius diceretur habeo centies aureū, item quinquagies ſacerdotiū. Nam aduerbia pro nominibus numeralibus elegantiſſime ponuntur, ut habeo octogies ſextertium. i. octoginta ſextertia: multoties non dicitur, nec multis vicibus, ſed ſæpe, ſæpius, ſæpiſſime. Decies centum milia vn cūcto, qndecies centum milia vn cuncto & mezzo: decies, & nouies, uel vndeuicies centum milia vno cuncto & mezzo, & quatrocento milia, uel uno cuncto & nouicento milia: uicies centum milia, dui cuncti: quinquies & uities, uel uities quinquies centum milia, dui cuncti & mezzo, ſic & de reliquis ante decem: centies centum milia, dece cuncti: ducenties centum milia, vinti cuncti: tricenties tricies quinquies centum milia, trenta & tre cuncti, & mezzo, milies centum milia cento cuncti: bis milies centum milia, ducento cuncti: quater milies centies quinquagies quater, quattrocento & quindeci cuncti & quattrocento milia: octies milies ſeptingenties nonagies quinquies, ottocento & ſettanta & noui cuncti & mezzo: hinc milies centum milia milies, vno milione. Pli. in. tertio, cap. i. uities centū milia uerſuum: ideſt dui cuncti. Idem undecies centum & nonaginta milia hominum occiſa, uno cuncto & cento nouanta milia. Suet. in Cæſ. patet circuitu ad bis & tricies centum milia paſſuum, ideſt tre cūcti & ducento milia paſſi. Mart. in primo, Si dederint ſuperi decies mihi milia centum uno cuncto. Cice. in Verrem actione ſeptima decies centena milia numeraſſe. Martianus in. vii. adiecit duodecies centena quinquaginta milia.

Plin.in.iii.incipit flexus decies centena & uiginti milia paſſuum. Cice. in Verrem actione tertia accepi uities ducenta quinq; milia numum.i.quattro cunti & cento milia. Notandum eſt:quòd decies abſolute, ideſt ſine his dictionibus centū & milia quæ intelliguntur, ſignificat ſæpe decies centum milia.i. vno cunto, centies.i. centies centum milia, dece cunti: milies.i. milies centū milia, cento cūti. Mart.in.xii.habet Africanus milies, & tamen captat. Idem non plenum modo uities habebas: ideſt dui cunti. Idem optarent tibi centies amici: ideſt dece cunti. Idem optemus tibi milies Calene.i. cento cunti. Idem centies Syriſcus peregit, ò quanta eſt gula centies comeſſe.i.dece cunti. Plau in Menæ. capiet quinquagies, ideſt cinque cūti: poſt hæc aduerbia intelligitur centum. Martianus nonagies octies & octo milia. Quotennis de quanti ann ii referuntur ab annis compoſita ut biennis, triennis, quadriennis, quinquēnis, ſexennis, ſeptennis, octēnis nouennis, decēnis, nō amplius leguntur: unde fiunt ſubſtantiua biennium, triennium, quadriennium, quinquennium, ſeptennium, octennium, quo vtitur Macrobius in primo Sat. & decennium: alia vero non ſunt in vſu, nec quotennis, nec totennis, licet grammatici poſuerunt: idcirco dicimus quot annorum es, vel quot annos vel annis natus es, vel quotum annum agis, degis, attingis: dicitur etiam cuius es ætatis, vt Quint. pro vniennis vero dicitur anniculus cula culū, vt frater meus eſt anniculus, & biennis ſicut tuus: & ſum natus viginti annos vel annis, vel ſim viginti annorum ſicut tu. Dicitur quoq; bimus bima bimum de dui anni. Trimus ma mum. Quatrimus ma mūm, & non amplius, vt meum vinum eſt bimum, tuum vero quadrimum: ſed quando loquimur de pueris, vel de animalibus paruis magis vtimur diminutiuo, ut meus frater bimulus, tuus vero trimulus. Quotannis eſt aduerbium, & ſignificat ſingulis

Grāma. error.

annis. Verg. in. vi. Miſerum ſeptena quotãnis. Quotus aliquanti, de che numero, ut quotus ſedes: decimus, quotus tuus pater: interroganti referuntur ordinalia quantitatem diſcretam ſignificantia: quando uero ſigni ficat numerũ, ut quot (quia nõ eſt ordo ſine ratione nu meri) tantum refert, vt in hac ſchola ſunt totidem fœminæ quotus eſt uir. Plin. in. xi. cap. cxxxvii. iecuſculis fibræ ad numerum lunæ dierum in menſe congruere dicuntur, totidemq́; inueniri, quotum lumen eius ſit. Mart. Dic quotus es, quanti cupias cœnare, pro quot eſtis. Cice. quotus iſtuc quiſq; feciſſet. i. quot: interdum ſignificat quantitatem continuã. Lucan. pars quota terrarum. Iuue. in tertio, quota portio fæcis Achææ. i. minima, in qua ſignificatione. Col. in. vi. vtitur hac dictione totus, quotcunq; pedum ſpatia faciendum cenſueris, totam partem longitudinis & latitudinis duces. Lucre. Nec tota pars homo terra, quota totius unus. Dici

Grãma. error. tur etiam quota hora feci hoc, & ſimilibus licet negẽt. Hora. hora quota eſt: quia eſt ratio ordinis. Cicero ad Her. qua die, quota hora noctis factum eſſe, & ad Attic. ſcibam enim de quoto anno. Dicitur etiam quotuſquiſque pro eo, quod eſt quot ſunt, quaſi dicam rarus, aut nullus. Cice. de Diuina. quota enim quæq́; res euenit. Oui. de Arte forma dei minus, forma quota quæq́; ſuperbit. ſ. rara aut nulla, & ad paucitatem refertur, poniturq́; interrogatiue, ut quotuſquiſque legit. i. quot legunt, i. q̃ paucisſimi. Cice. pro Plan. quotuſqſq; iuriſperitus eſt, quotuſqſque diſertus eſt, & in Tuſcul. quotus enim quiſque philoſophorum inuenitur. Hæc etiã nomina ordinalia aſciſcunt ſibi quiſq;, vt tertius qſque, quartus quiſque, primo quoque die; primo quoque menſe, quod nõnulli: ſed non recte coniunctionem

Nonnullorum error. putant. Cice. primo quoq; die cõſules referebãt, ut ab ogni ſette di è feſta, ſeptimus quiſq; dies feſtus eſt. Pli. xvii. quinto quoque palo. Col. tertio quoque anno ſe

gitur etiam quoto quoq; loco.i.raro. Plin. quoto enim quoq; loco non ſuũ marmor inuenitur. Hæc ordinalia ſignificant vnumquemlibet ex illo numero, quem complectitur ſi hæc dictio quiſq; adhæreat, vt centeſimus quiſq; miles.i. ex centum quiſque ſit Cæſar in.v. cognoſcit non decimum quẽque eſſe militem ſine vulnere. Cum enim dico, dabo tibi ex ouibus decimam quanq; non eam intelligo, quæ in numerando decima eueniet, ſed vnam de decem, quæcunque ſit: ita vnaquæq; poteſt eſſe decima. Ordinalia ſunt hæc primus vel vnus. Cice. de Offic. Plato vno & octogeſimo anno: ſecũdus vel alter. Verg. in Bucco. Alter ab vndecimo, tertius, quartus, qntus, ſextus, ſeptimus, octauus, nonus, decimus, vndecimus, duodecimus, tertiuſdecimus, quartuſdecimus, quintuſdecimus, ſextuſdecimus, ſeptimuſdecimus, octauuſdecimus, vel decimus & octauus, vel duodeuigeſimus, nonuſdecimus, vel decimus & nonus, vel vndeuigeſimus, vigeſimus. Vbi eſto cautior, ne decipiaris ſicut plerique literati, qui ſolent dicere, decimuſeptimus, decimuſoctauus, decimuſquartus. Nam ſic loquendo in maximum incides errorem: cum dicendum ſit, vt patuit, & ſic ſemper apud autores leges. Suet. annum agens Cæſar ſextumdecimum. Cic. ad Heren. tertiuſdecimus locus eſt. Pli. in primo ſexto decimo plantæ ſatiuarum. Decipiuntur enim quoniam librarii ſolent ſic breuitatis cauſa ſcribere. xiii.xv. hoc pronunciando dicunt in decimotertio cũ eſſet dicendum tertio decimo. Quando vero interponitur copula, & tunc minor numerus præcedit ſicut poſt vigeſimum, vt vigeſimus primus, vel primus, & vigeſimus, vigeſimus ſecundus, vel ſecundus & vigeſimus, vel alter & vigeſimus. Cice. pro Cornificio altero & vigeſimo die. Ciceronis tamẽ filius ait poſt diem quadrageſimũ & ſextum. Cicero pater inquit ætas quinquageſimum & ſextum annum, & ad Tyronem poſt diem quadra-

Multorũ error

geſimum & ſextum. Plin. in. xxxvi, quadragenorum & octonum. Sueton. autem ſine & refert anno vitæ ſepti mo, quinquageſimo. Cice. ſeptimo qnquageſimo die: trigeſimus, quadrageſimus, quinquageſimus, ſexageſimus, ſeptuageſimus, octogeſimus, nonageſimus, centeſimus, ducenteſimus, vel duceſimus, tricenteſimus, vel triceſimus, quadringēteſimus, vel quadringeſimus, quingenteſimus, vel quingeſimus. Liu. ab vrbe condit. xxix. anno quingeſimo: ſexcenteſimus, vel ſexceſimus, ſeptingenteſimus, uel ſeptingeſimus, octingenteſimus, vel octingeſimus, nongenteſimus, vel nongeſimus, vel nongenteſimus, mileſimus, in illo anno de mile ducento & ottanta ſei fu morto lo Papa, anno mileſimo ducenteſimo octogeſimo ſexto obiit pontifex. Plinius. in ſeptimo, poſt Romam conditam anno quadringenteſimo quinquageſimo quarto. Hæc nomina ordinalia vltra milleſimum non progrediuntur niſi aduerbiis adiuncta, vt lo anno de trenta & ſei milia & cinquecento & ſeſſanta tre finiranno li celi ſoi curſi, non dicendum eſt trigeſimo ſexto mileſimo quinquageſimo ſexageſimo tertio, ſed tricies ſex, ſiue ſex & tricies mileſimo qnquageſimo ſexageſimo tertio anno ſuos cœli abſoluent curſus. Quæ nomina interdum ſignificant in ordine vltimum, vt quiſto è l'ultimo de dece ſcholari, hic eſt decimus diſcipulus, vel ex decem, uel inter decem eſt decimus diſcipulus. Ouid. Inter mile rates tua ſit mileſima puppis. i. vltima. Cicero de Offi. Iſocrates quarto & octogeſimo anno eum librum, id eſt anno vltimo octogeſimorum quatuor annorum: ſic etiam intelligitur vigeſima hora ad te veniam. i. ultima ex viginti. Interdum dicitur vnus ex illo numero non ratione ordinis, & numeri, ſed quantitatis. Suet. in Galba ducenteſimam auctionem Italiæ remiſit: & aliquãdo ſignificat bis tantum, ter tantum, vt hic ager centeſimum attulit fructum: hoc eſt centies tantum cento per

cento quantum ſementis accepit. Plin. naſcitur qualitercunq; ſolo cum centeſimo grano, ideſt cum cẽtum granis, ſiue cum centuplo grano. Sene. tamen de Ira tradit cõuiua cẽteſimus, ideſt oẽs centum cõuiuæ. Quia hæc ordinalia plerũq; ſignificant omnes numeros, quos cõplectũtur, vt decimus ſignificat vniuerſa decem, ſiue numerum denarium ut centeſimus, ideſt oĩa centum ſiue numerum centenarium ſignificat. Cice. ad Cœliũ quintum & vigeſimum diem, ideſt omnes viginti qnq; dies non quidem diem dũtaxat vltimum viginti dierũ. Pli. in. xxxvii. corpora defunctorum cõdita abſumi cõſtat ĩtra quadrageſimũ diẽ. i. ĩtra ſpatiũ dierum illoꝝ oĩum quadraginta. Quoteni ad quãti, referũtur nomina diuiſiua ad pares numeros ſinguli bini, vt ad ogni dui ſcholari cõuene ſtudiare quattro lettione, binis diſcipulis cõuenit ſtudere quaternis lectionibus: per ogni anno ſi creano dui conſuli, bini creantur cõſules: de ogni otto libri ne uendo vno, ex octonis libris uendo ſingulos libros: terni vel trini, quaterni uel quatrini, licet negent. [Grāma. error.] Plin. trinis, aut quatrinis diebus, quini ut auditores currunt bini, quoteni magiſtri, ſed hoc, aut ſimile nõ dicerem. Nõ enim legitur quotenus, totenus, nec quoteni, nec toteni licet grammatici poſuerint. [Grāma. error.] Verum. Cice. in xii. ad Att. quo·enorũ iugerũ pro quot dixit, & Colu. in. v. quotena ſemina. i. quot. Ipſe tamen non dicerem, nec dicentibus concederẽ. diſcipuli mei vadũt bini, quoteni tui, ſed ſicut, uel ut tui: ſeni, ſepteni, octoni, noueni, deni, undeni, duodeni, ternideni, quaternideni, qnideni, ſenideni, ſeptenideni, vel deni & ſepteni, deni & octoni, duodeuiceni, octonideni. Li. in. quarto nec minores octonum denum annorũ: deni & noueni vel vndeuiceni, viceni, viceni ſinguli, vel ſinguli & viceni: ubi mutatur G in C: triceni, quadrageni, quinquageni, ſexageni, ſeptuageni, octogeni, nonageni, cẽteni, ducẽteni & duceni p ſyncopẽ: tricẽteni vel triceni p ſyncopẽ:

quatricenteni, vel quadriceni, quintenteni, vel quinceni vel qngenti, ſexcenteni, ſexceni, ſeptingenteni, & ſeptingeni, octingenteni, & octingeni, noncenteni, & nōgeni, mileni. Quæ omnia pluraliter declinantur: leguntur quoq; in ſingulari ſed rarius. Plin. in. xiii. nec plusq̄ emineat oculis binis, binaq; circundatur acie, & in. v. diſtet ſpatio viceno, & in. xxvi. ſeptuageno coitu. Palla. in. xiii. quaterno ſpatio pedum. Plin. in. xvii. non altiores quino ſemipede. Verg. gurgite ſepteno. i. ſeptē gurgitibus: & hoc fit: quãdo iungũtur nominibus numero ſingulari carentibus, & ſignificant diuiſionē, quæ fit ex pluribus, nō ex uno iungũtur nominibus pluraliter declinatis, & ſolũ numeꝝ ſignificãt, vt accepi binas, uel ternas literas, & nō duas, uel tres. Cato vero duas ſcopas dixit. Quint. q ternas ſyllabas habēt. Pli. vi. ad Calphurniũ quotidie ſingulis, uel etiam binis epiſtolis cõſulas. Idem. in. vi. ad Arrianũ, binas vel ſingulas ilephydras.

Grãma. error. Cice. in prat. binis, aut ternis fertur uerbis nunq̄ ſingulis licet negent: nec dicitur binas, quamuis Plin. vtatur: nec ſingulo anno, ut aiunt, ſed ſingulis annis, nec ſingulo die, ſed ſingulis diebus. Singulis enim in ſingulari non dicitur: quamuis Plaut. in Ciſtel. ad ſingulum vi

Grãma. error. deo ueſtigium dixerit. Hæc nomina interdum repetũtur. Plin. in. x. ſingulos ſingulis diebus ponit. Cæſar. ſingulis legionibus ſingulos legatos præfecit. Interdũ bini iunguntur cum nominibus utriuſque numeri. Plin. ad Calphurnium binis epiſtolis. Idem epiſtolas pariter librariis quaternas dictare, aut ſi nihil ageret ſeptenarias. Var. quaternis menſibus. Plin. trinis aut quaternis diebus. Suet. in Cæſare ad bina milia numum. Cæſar in Commentariis tigna bina. Pollio ad Ciceronem binos tabellarios: iunguntur quoq; nominibus ſingulari carentibus, ut arma nuptiæ & ſimilia, aut nominibus diuerſi generis, uel diuerſæ ſignificationis, ut nundinũ & nundinæ, delitium & delitiæ. Liu. in. x. Decadis de

cimæ

cimæ bina arma. Vltra mile in diuiduis aduerbiũ præcedit diuiduum, vt ter mileni naſcuntur in arbore flores, in la noſtra patria ſi habitano quattro milia & cinquecento quarantatre poteche, in noſtra patria habitantur quater milia quingenæ quadragenæ ternæ tabernæ: quiſti quatro homini ogniuno haue cento anni, hi quatuor homines habent centenos annos. Plin. in. vii. centenum tricenum homines quatuor, centenum quadragenũ homines tres. Martino haue tre libri, & ogniuno ſo comperato cento ducati. Martinus tres habet libros centenis aureis emptos; quiſti vinti homini ogniuno ha biſogno de vinti carlini, viginti hi homines vicenis egent carlenis; per lo frumento per ogni tumulo hauerne exacto dodeci ſeſtertii, pro frumento in modos ſingulos duodenos ſextertios exegiſſe. Cicero in Verrem. Idem in eundem deſcribebat cenſores binos in ſingulas ciuitates. Cato de re ruſtica ne nimis habeamus in centenas oues ſingulos homines. Paulus iuriſconſultus in. xii. digeſtorum. l. lectæ in dies vigintiquinque in denarios centenos ſingulos dari. dicitur quoq;, vt Varro de re Ruſtica in centum ſues decem, verres ſatis eſſe putant. Ho receputo trenta noue ducati ad tridici ad tridici, accepi aureos terdenos & ternos. Clauſula indiuiduorum, vbi aliquod diſtributiuum euenerit nomen, vt ſunt quiſque vnuſquiſque, vterq;, vtercunque, alteruter, poteſt æque per diuidua, atq; per numeralia fieri, vt lo maſtro dona ad ogni otto ſcholari vintiquatro libri, præceptor donat qbuſq; octonis, vel quibuſq; octo diſcipulis vicenos quaternos, vel quaternos & vicenos, vel vigintiquatuor, vel quatuor & viginti libros tu hai doe mano & in ogniuna, cinque digiti, duas habes manus quarum vtraque habet quinos, vel qnque digitos. Inſeruntur nonnunq̃ hæc diuidua cum numeralibus copula & interueniente vel relatiuo diuerſitatis. Plin. in. x. viuunt Laconi annis denis, fœminæ duode-

nis,cætera genera quindecim annos. aliquando vigintiha chiamato con lettere da li municipii dece, & ne vennero quatro huomini, euocauit literis è municipiis denos,& venerunt quatuor viri. Cice.ad Atti.ad ogni dui migliara de libri nce voleno quatro milia tabule, binis milibus librorum exiguntur quaterna milia tabularum: Bruto exiſtimo me determinare de ogni quattro centeſime, loquale per tutta la prouincia ne obſeruaſſe vna, Brutus putauit me quaternas centeſimas decernere, qui tota prouincia ſingulas obſeruarem. Cice. in.vi.ad Atti.io me beuo dodice oue ad dui ad dui: bibo bina oua ſexies:io ho receputo cento ducati ad cinque ad cinque, accepi aureos quinos vicies. Scipione venſe vno cuncto de Mori ad ducento milia, ad ducento milia. Scipio proſtrauit ducenties milenos Mauros quinquies. Pli.in.vii.cap.iii.quinos quater enixa. Martianus in.vii.nam & nouies quaterna, & duodecies terna ſex & triginta ſunt. Eſt ornatus dicendi modus apud autores,& maxime Suetonium, Auguſtus cohortibus vrbanis quingenos, legionariis trecenos numos legauit:hoc eſt ſingulis,vel cuiq; quingentos, & trecentos: item ſobrii bibunt trinos cyathos vini. hoc eſt tres ſinguli beueno tre gotti di vino per vno,& meis auditoribus incutio binos colophos,hoc eſt duos ſingulis. Nã dicendo miſi duo volumina, ſignificarem duo tantum eſſe miſſa volumina: dicendo vero bina, duo ſingulis eſſe miſſa ſignifico, quod imperitiores, ſed nimis inepte,dicerent niſi meis amicis duo volumina pro quolibet. Sunt nomina,quæ ipſum numerum per ſe ſumptũ ſignificant,vt habeo centenarium numerum equorum .i.centũ equos:& ſunt vnarius vel potius ſingularis,binarius vel dualis,ternarius,quaternarius, quinarius, ſenarius,ſeptenarius,octonarius, nouenarius, denarius, vndenarius, duodenarius, tredenarius, quatuordenarius, quindenarius, ſexdenarius, denarius & ſeptena-

Imperitorũ error.

rius, denarius & octonarius, vel duodeuicenarius, denarius & nouenarius, vel vndeuicenarius, vicenarius: vicenarius ſingularis, vel ſingularis & vicenarius, vicenarius dualis, vel dualis & vicenarius, ſic & deinceps, trigenarius vel tricenarius, quadrigenarius, quingenarius, ſexagenarius, ſeptuagenarius octogenarius, nongenarius, centenarius, ducentenarius, & ducenarius, tricentenarius & tricenarius, atque ita deinceps: quattrigenarius, quingentenarius, ſexcentenarius, ſeptingentenarius, octingẽtenarius, nonigẽtenarius, vel nongentenarius, milenarius: non tamen dices milenarium annum, nec milenarium pondo, nec centenarius annus. Hæc ſignificant numerum earum rerum, quæ intelliguntur ad multiplicationem ſui ipſarum, & hæ, quæ intelliguntur ſunt tres annus, vt meus pater eſt vicenarius: id eſt viginti annorum. Plinius. Iunior exhæredata ab octogenario patre, libra vt lapis centenarius: id eſt centum librarum ponderis, & aper ſexagenarius, culeus centenarius centuplicis ſextarii capax: dolium ducentenarium hoc eſt ducenta quadrantalia complectens: caput vt grex centenarius: id eſt centum capitum, armentum milenarium hoc eſt mile boum grex. Cicero ad Atticũ habet cohortes quadragenarias noſtra armatura, id eſt in quibus quadraginta ſunt turmæ. Colum. in ſeptimo ſcrobes ternarias: id eſt trium plantarum capaces. Plin. in ſeptimo quinquagenario thorace plumbeo indutum: id eſt quingentenorum pondo: iungitur quoque cum omnibus aliis nominibus cum hoc nomine numerus. Eſt quoque hæc forma primanus primæ legionis, vt apud Macrobium: ſecundanus ſecundæ legionis: tertianus hinc tertiana, quartanus, hinc quartana febris: quintanus, hinc quintana porta caſtrorum, ſextanus, ſeptimanus, octanus, nonanus, decimanus, hinc decimana porta caſtrorum: decanus a decem, & decurio, hinc decuriana comitia, vt a centum centurio:

hinc centuriata comitia, inde ſuccenturiatus eſt. Quotuplex de quante pieche, doppie, ſorte, manere, qualitate: vt pallium tuum eſt triplex ſicut, vel vt meum: quoniam quotuplex, & totuplex non leguntur: ideo non vterer: referuntur ſimplex, duplex, triplex, quadruplex, quincuplex, ſexcuplex, ſextuplex: ſed potius ſeptemplex. Stat. in vii. Hypſes quadriiugos clypei ſeptemplice tauri: octuplex, nonuplex, decuplex, vndecuplex, duodecuplex, tredecuplex, quatuordecuplex, quindecuplex, ſexdecuplex, decuplex, & ſeptuplex, decuplex, & octuplex, duodeuigecuplex, nonuplex, vel vndeuigecuplex, vigecuplex, vigecuplex ſimplex, vel ſimplex & vigecuplex, ſic & deinceps. Ipſe ſemper dicerem ter decuplex non trigecuplex: ter centucuplex non trecentuplex, quater centuplex, non quadrincentuplex: quinquies centuplex non quingentuplex: ſexies centuplex, & non ſexcentuplex non ſexagecuplex: ſepties centuplex non ſeptuagecuplex nec ſeptingentuplex: octies centuplex non octingentuplex: nouies centuplex non noningentuplex: decies centuplex non milecuplex: Atlante e vinticinque milia & trecento & quarantaotto volte duplicato: Atlas eſt bis centies quinquagies centuplex & ter decuplex & quater decuplex octuplex: la terra è tre milia ducento vintiſei volte duplicata, terra eſt bis & trities, ſiue trities & bis centuplex bis decuplex ſexcuplex. Hæc nomina ſunt diuiſiua, vel formæ multiplicatiuæ, vt habeo triplicem veſtem: id eſt trium colorum, vel generis, vel plicarum, & ſignificant rerum partes, & aliquando materiam vt veſtis mea eſt duplex: aliquando ambo. Verg. duplices tendens ad ſydera palmas. aliquando duo. Sueto. teſtamentum duplex: hoc ſignificatu maxime iungitur nominibus deficientibus plurali, vel caſibus, vt duplex gratia, fama, multiplex ſalus: aliquando cum perfectis. Val. duplex caput: hinc duplices, triplices, & ſimilia, & ſunt ſubſtantiua maſculi-

Grāma. error.

tri generis,& numeri pluralis,& ſunt tabulæ; ceræ,pugillares a duabus, tribus'ue chartis & ſimilibus dictæ, in quibus olim ſcribebant. Mar. Tunc triplices noſtros non vilia dona putabis: aliquando ſignificant non numerum,ſed genus,vt duplex medicina, multiplex medicina,triplex ſacerdotiũ. Sue.in Galba, & quadruplex iudicium. Plin.in epiſtolis: aliquando numerum cum modo rei,vt duplici via notantur. Cice.ad Cæcinnam. Idem duplices ait ſimilitudines eſſe debent. Quint.in xi.rei quadruplex obſeruatio, & in primo eius duplex virtus:hinc legitur dupliciter, tripliciter, in doi modi, tre modi,manere ſorte. Quotuplus quante volte piu, vel quanto piu. vt tu dediſti mendico numum per deũ, decuplum accipies quanto piu hai pagato,quanto plus ſoluiſti, & non quotuplum. Quia neq; totuplum,neq; quotuplum leguntur apud autores licet grãmatici præceperint: quæ nomina ſignificant pondus, menſuram, & quendam exceſſum ſui, & multiplicationem numeri,& dicuntur in neutro frequentius genere, ſi non ſunt adiectiua. Quin. duplum modium frumenti comparauit,vt ſimplum:id eſt ſemel tantum ſi legitur, duplum doe volte tanto,vel doe volte piu bis tantum. Quint. duplo vendidit. Cic.in Verrem actione quinta,qui dupli damnatus eſt. Plin.de Elephanto pulmo quadruplo maior q̃ Bubalo. Cice.de vniuerſitate dupla, & tripla interualla:triplum quadruplum,quincuplum,ſexcuplũ, ſeptuplum.octuplum,nonuplum,decuplum, vndecuplum,duodecuplum,tredecuplum,quatuordecuplum, quindecuplum,ſexdecuplum,decuplum & ſeptuplum, decuplum & octuplum,vel duodeuigecuplum, decuplum & nonuplum,vel vndeuigecuplum,vigecuplum. Quæ nomina non ab omnibus formantur numeratiuis,vigecuplum potius dicerem bis decuplum,non trigecuplum,ſed terdecuplum, non quadrigecuplum ſed quaterdecuplum: ſic & deinceps bis centuplum nõ du-

Grãmat. error.

centuplum, ter centuplum non trecentuplum, decies centuplum non milecuplum: quamuis non defuerint, qui dixerint ſexagecuplum, trecentuplum, milecuplũ, & ſimilia: vt lo regno ha dato per tributo a lo Re tria milia trecento trenta & tre volte tanto, regnum tribuit regi tricies centuplum terdecuplum triplum. Neapoli paga a lo re trecento ſeſſanta quattro milia volte tanti ducati. Neapolis ſoluit regi termilies ſexcenties quadragies centuplum aureorum. Neapoli haue vno cunćto & ducento ottanta ſette milia & cinquecento ſettanta & noue volte tanti caſe. Neapolis habet duodecies milies octogenties duodecies centuplum & ſexagies decuplum, nonuplum, domorum: itaque vinti volte tanto dicimus bis decuplum, ducento volte tanto, bis centuplum: dui milia volte tanto: vicies centuplum: trenta milia volte tanto, tercenties centuplum, quattrocento milia volte tanto, quater milies centuplum, vno cunćto de volte tanto, decies milies centuplum: vno milione de volte tanto, milies centuplum milies, & quæ ſequuntur: lo territorio de Neapoli paga piu de lo Cumano trentacinque volte tanto, ager Neapolitanus ſoluit plus Cumano trigecuplo quincuplo, ſiue quincuplo trigecuplo: latinius tamen per numeralia, & ablatiuum huius nominis tantus tanta tantum poſſunt ſignificari, vt qui furatur ſimplum, reſtituat tria tanto, aut ſeptem tanto, & ſimilia. Cuius cuia cuium de chi poſſeſſiuum eſt infinitum: refert nomina & pronomina poſſeſſiua, & genitiuos ſubſtantiuorum, vt hæc domus cuia eſt? regia, Tulliana, mea vel Petri. Cicero pro Murena cuia eſt fidicina? & in quarto Rhetoricorum domus cuia ſit. Plautus in Trinumo cuia vox? Verg. cuium pecus, an Meliboei? & hoc nomen poteſt eſſe tam interrogatiuum, quàm relatiuum, ſed maſculinum in fine acuitur differentiæ cauſa genitiui cuius: frequẽtius nunc vtimur genitiuo cuius, vt cu-

ius eſt ancilla? Cicero nouem petit ille, cuius fuerat. Maſſurius Sabinus ſiue ſcit,cuius ſit,ſiue neſcit. Cuias donde, ſiue da doue. & dicitur a cuius:refert nomina gentis,& patriæ,& ſectam, ſiue partes ſignificantia, vt cuias eſt Antonius? noſtras, non veſtras. Latinus an Græcus? Stoicus an Academicus? flectitur hic hæc & hoc cuias cuiatis,vt in.iii.diximus: antiquitus vero hic & hæc cuiatis, & hoc cuiate. Plautus rogitant cuiatis ſit,dicitur quoq; Antonius vnde eſt? Teren.in Eunu.

¶ De figuris,& Coloribus poeticis & oratoriis.

ET quoniam in vno perſtringimus loco figuras, & colores:hoc quod Cicero de figuris admonet,non prætereamus.Inquit enim fides,grauitas, ſeueritas,minuitur his exornationibus frequenter collocatis:& non modo tollitur autoritas dicendi,ſed oſtenditur in eiuſmodi oratione auditor:ſi tñ inſpergimus raro,& in tota cauſa varie diſpergimus:commode luminibus diſtinctis variabimus orationem.his etiã non poema modo, ſed etiã oratio ornatur. Quint.& Cicero tradũt & hæc lumina orationis,velut oculos quoſdam eſſe eloquentiæ credo:ſed neq; oculos eſſe toto corpore velim: ne cætera membra ſuum perdant officium. Figura, quam Græci Schema,id eſt cultum,ornatumq; nuncupant eſt, vt in nouo. Quint.arte aliqua nouata forma dicendi,vel ſicuti nomine ipſo patet, eſt conformatio quædam remota a cõmuni,primum ſe offerente ratione:& dicitur a fingendo.i.formando: quòd nouum format dicendi modum:& ſunt ſchemata lexeos.i.dictionis, & hæc in verbis ad Grãmaticos pertinent, vt dianœas.i.ſententiæ,& ſunt in ſententiis,& ad oratores pertinẽt:de quibus oĩbus hic diſputamus. Figuræ conſtructionis ſunt octo Euocatio, Appoſitio,Sylleptis,Prolepſis, Zeugma,Syntheſis,Antiptoſis,Sinecdoche. Euocatio quæ græce Eccleſis dicitur, eſt continuata reductio tertiæ perſonæ ad primam,vel ad ſecundam, vt ego Ioannes

Grāma. error.

ſcribo,& tu Anellus oras,nō dicitur, vt aiūt tu Anelle oras. Hæc enim eſt oratio vocatiua, nō figurata. Nam tertia non reducitur ad ſecūdā perſonam. Nos iuuenes ſtudemus:vos pueri curritis. In euocatione requiruntur quatuor perſona euocans primæ vel ſecundæ perſonæ:perſona euocata tertiæ perſonæ: remotio copulæ &,& verbū concordās cū perſona euocāte. Appoſitio quæ græce dicitur Epithece, vel Parathesis, eſt cōtinuata coniunctio duoꝝ ſubſtantiuoꝝ in eodem caſu, quoꝝ alterum declarat alterum. Verg. Miratur molem Aeneas magalia quōdā. Requiruntur in appoſitiōe duo ſubſtātiua. Fit Appoſitio modis tribus reſtringēdæ generalitatis gratia, vt aīal equus currit: ad remouendam æquocationem.i.dubitationē vt comedi Canē piſcē: ad attribuendam ꝓprietatē, vt Vergilius vir ſummus.

Syllepſis dicta a ſyn.i.con,& lepſis acceptio,latine cōprehenſio, & conceptio dici poteſt, eſt adductio indigníoris ad dignius. Fit modis tribus genere: numero: & perſona:genere vt maſculinū concipiat fœmininum & neutrū,fœmininū neutrum,vt Petrus,& Maria albi: Petrus & mācipium nigri:veſtis,& aurum ſunt pretioſa. Legūtur etiā fœmininum,& maſculinum ſingularia iuncta cū neutro plurali Quint.xi.toga,& calceus,& capillus tam nimia cura,q̄ negligētia reprehēdenda ſunt: Numero vt pluralis numerus, ſed præcedat, concipiat ſingularem,vt diſcipuli,& præceptor legūt:dicitur etiā diſcipuli cum præceptore legunt. Fit quoq;,vt nonnulli tradunt,cum pro multis ponitur vnus,vt hoſtis habet muros:& ecōtrario multi pro vno,vt venerunt inimici: dicitur etiā præceptor cum Ioanne legunt, quāuis negent. Apul.in.iiii.ille vector meus cum aſino capita conferunt Verg.in.ii.Iphitus,& Pelias mecum diuellimur inde. Idē Hāc tecum genitor cūctis celebrabitis annis.

Grāma. error.

Perſona vt prima cōcipiat ſecundā,& tertiā,& ſecunda tertiā,vt ego & tu legimus:ego & tu & ille ſcribimus:

tu & ille curritis:tu mecū currimus. Requiruntur in Syllepſi quinq;,dictio concipiens,dictio concepta,coniunctio copulatiua,verbum,uel adiectiuum pluralis numeri:& quod reſpondeatur dictioni concipienti. Prolepſis quæ latine Præſumptio, ſiue anticipatio dicitur, componitur ex pro quod eſt ante, & lepſis acceptio, eſt attributio proprietatis toti diuiſio in partes ſuas: p hanc figuram nominatiuus præcedit in congregatione vt Aquilæ volant,hæc ab oriente, illa ab occidēte, quod aiunt Aquilarum altera uolat ab oriente, illa ab occidente nō eſt dictum per figuram, ſed p diſtributionem. Requiruntur in Prolepſi quinq;,totum,ut Aquilæ:partes ut hæc & illa:diſtributio partiū,hæc ab oriēte,& illa ab occidente: ꝓprietas hoc eſt verbum volāt: & ordo ut totum præcedat,& partes ſequantur,ut patuit. Eſt etiam prolepſis,quando ponitur futurum pro præſenti,aut præterito ut portus require velinos, qui fuerunt poſt aduentum Aeneæ: & ideo Anticipatio à Cicerone interpretatur, & hac poetæ,hiſtoriciq; vtuntur. Eſt & Prolepſis oratoria, & procemiis præc pue conuenit, fit, cum obiicienda occupamus vt intraſti in templum non religione, ſed vt furtum faceres. Diceret enim potuiſſet intraui religione. Fit quoque cum ſimulamus quærere unde incipiendum,uel finiendum,quid potiſſimum dicendum, aut non dicendum, cum tacitæ reſpondemus obiectioni. Cice.in Verrem quòd is, qui per tot annos defenderit multos,neminem læſerit, ad accuſandum Verrem deſcenderit. Quia dicere potuiſſet aliquis neminem læſit. Fit etiam cauſa confeſſionis ut pro Rabirio,quem ſua quoq; ſententia reprehendēdum fatetur:quòd regi pecuniam crediderit. Fit & cauſa prædictionis,ut dicam non augendi criminis gratia.

Grāma. error.

Zeugma,quæ dicitur latine iugatio, iunctura: zeugnyo nanq; iungo ſignificat: eſt figura in qua ad unum uerbū plures ſententiæ referuntur: quarum unaquæq;

deſideraret illud ſi ſolæ ponerentur. Id tribus accidit modis aut præpoſito uerbo, ad quod reliqua reſpiciant, ut vicit pudorē libido, timorē audacia, rationem amētia, & uocatur Protozeugma, à ptos. i. primus hæc ēt dicitur Hyperzeugma, ab hyper. i. ſup à Cic. Adiunctio, à Quintiliano Synezeugmenon nuncupatur: aut verbo poſtpoſito ut neq; enim is es Catilina, ut te pudor à turpitudine, aut metus à periculo, aut ratio à furore reuocauerit, & tunc dicitur Hyſterozeugma ab Hyſteron, ideſt vltimum, Hypozeugma ab hypo, ideſt ſub, & hæc quoq; Adiunctio uocatur à Cicerone: aut in medio ſenſuū poſito verbo, & tunc Meſozeugma vocatur à meſos. i. medius, à Cicerone uero Coniunctio ut qui minima Phœbi, Qui tripodas Clarii lauros, qui ſidera ſentis, Et volucrum pennas, & præpetis oīa pennæ. Reqruntur in zeugmate tria videlicet duo, aut plura diuerſa ſubſtātiua copulata ut pudore libido: uerbum, & quod uerbum concordet cum uno illorum ſubſtantiuorum viciniorum ut patuit. Fit p zeugma uariatio perſonarum intranſitiue ut ego ſtudeo, & tu: numerorum ut diſcipuli legunt, & Ioānes: perſonarum & numerorū ut Hebræi ſunt, et ego. Eſt & Diazeugma, quæ à Cice. Diſiunctio uocatur, fit cum eorum, de quibus dicimus, aut utrunq;, aut unumquodque certo clauditur verbo ut Populus Romanus Numantiā deleuit, Carthaginem ſuſtulit, Corinthum diſiecit. Item formæ dignitas aut morbo defloreſcit, aut vetuſtate extinguitur. Conueniunt hæ tres exornationes humili præcipue figuræ, exordio, & narrationi, ſed in primis coniunctio, quæ breuitati aptiſſima eſt: ideo ſæpius adhibēda, ſicut rarius diſiunctio. Syntheſis dicta eſt à ſyn, ideſt ſimul, & theſis poſitio, latine cōpoſitio dici pōt, fiet cū verbum, uel adiectiuum diſcordat in uoce ab eo cui redditur, & concordat in ſignificato, ut pars in fruſta ſecāt, & gens armati: qua figura vtuntur quoq; ora-

tores. Gel. multitudo nefaſtos appellant. Sallu. magna pars vulnerati, aut occiſi ſunt. Idē magna pars confecti vulneribus abeunt. Gel. cæterua lachrymantes orãt. Requiruntur in ſyntheſi tria, unum ſubiectum, uel plura copulata, proprietas.i. adiectiuum vel uerbũ, & attributio proprietatis cõcordans cum ſignificato, nõ cum uoce, ut lilium eſt albiſſimus florum, & lepus grauida. Fit ſyntheſis in genere, ut Salerno ſub ipſa, numero ut populus currũt, in genere & numero ſimul ut turba & cœtus armati: pars veniemus Scythiã. Synecdoche, quæ latine dici poteſt cõprehenſio, uel cõceptio à Cic. uocatur Intellectio, fit cum à parte, ſed inſigniori totũ intelligitur ut puppis.i. nauis uel à toto pars, ut oſtẽtas mihi diuitias.i. diuitẽ ornatũ, & annus frigidus.i. hyems, & plus, aut minus ſignificat. Fit etiã quoties adiectiuo damus accuſatiuum ut albus dentes: ſed in carmine nõ in proſa utimur. Gel. tñ pedes tunc grauiter ægrum ire viſere. Idem amictus, & caput, & ora velatus è domo ſua cõmeabat ait: fit & per uerba cũ paſſiuo accuſatiuũ damus, ſed apud poetas & nõ oratores, ut ille læditur pedē.i. habens pedē læſum. Verg. expleri nequit mentem Dido. Fit quoq; cũ ponitur ſingularis pro plurali. Liu. Romanus prælio victor. Ci. Pœno fuit Hiſpanus auxilio. Verg. hoſtis habet muros: aut pluralis pro ſingulari. Cic. ad Brutum populo ipſi impoſuimus.i. ego impoſui: hoc modo utimur & proſa. In hac figura tria reqruntur, totum vt annus: proprietas.i. adiectiuum ut albus: pars, quæ ſemper fit accuſatiui caſus ut dentes: inuenitur etiã pars in ſeptimo caſu ut niger ore, crine ruber. Nam oculos ſuffuſa nitentes, & id genus per participium nõ eſt ſynecdoche, ut aiunt, ſed Attaciſmus, q in duas partes orationẽ redigit ex tribus.i. habens oculos ſuffuſos. Qm̃ Attici breuitati ſtudẽt, uel, ut aliq. eſt græca cõſtructio. Omnibus cõgruit figuris, generibus, & oratiõis partibus niſi diuiſioni. Antiptoſis penulti-

Gráma. error.

ma ꝑducta ab anti.i.pro,& ptoſis.i.caſus, q̃ latine pro caſu dici poteſt,fit cum caſus pro caſu ponitur populo ut placerent,quas feciſſet fabulas. Notãdum eſt : quòd qñ fit hæc figura,relatiuũ præcedit. Nã hoc Vergilii, & ſimilia vrbẽ,quã ſtatuo veſtra eſt, fit ꝑ græcã figurã vt Diomedes. Græci nanq; antecedens cum relatiuo in caſu quandoq; conuenire faciunt & non eſt antiptoſis

Grãma. ut aiunt. In hac figura tria requiruntur vnum ſubiectũ
error. ut fabulas;proprietas.i.unum uerbum ut placerent : & quòd caſus pro caſu ponatur,ut fabulas pro fabulæ.

De figuris locutionis & coloribus per alphabetũ.

ACyrologia dicta ex acyros.i.impropria, & logia locutione,eſt impropria locutio,fit,cũ dictio minus conuenienter pronuntiatur ut quartanam ſperantibus ægris.i.timentibus. Speramus enim bona:timemus mala. Fitq; cum non propriis dictionibus obſcuratur ſententia vt accede ad hunc ignem : ubi non ignis, ſed meretrix ſignificatur. Aenigma.i.velata quæſtio eſt ꝑ incredibilia cõfuſa ſententia,dicitur ab ænittomæ hoc eſt obſcure loquor, vt vidi mare concretũ in creta ligneo in campo,vbi caro humana oſſibus ludebat : ſignificat ſalem, qui fit ex maris aqua, cum deſiccatur in ſalino fictili,quod fit ex creta terra: ſupra mẽſam,quæ fit ex ligno,in qua manus hominis iactabat talos, qui fiunt ex oſſibus. Aeſchirologia eſt vitio cõpoſitionis inuerecũda oratio aut compoſitio verborum obſcuræ ſignificatiõis.aut vnius uerbi obſcœna ſignificatio, & pronunciatio compoſitione vt numerum cum nauibus æquat Verg. vnius verbi ut apud Salluſtium, ductabat & erexit aïos militũ. Agnominatio vide Paranamaſiã. Allegoria.i.inuerſio,vel permutatio dicitur à Cicerone,fit,cum aliud verbis,aliud ſenſu oſtendimus:& ideo dicitur ab Allagoreum, hoc eſt aliud dicendo, ut canes funguntur offitiis lupoꝝ: cuinã præſidio pecuaria credemus.i. gubernatores vrbis funguntur officio

prædatoris, cui credimus ciues, & hic Aeneas patrem verberauit.i.hic pius. Vtimur i oi figura, ſed graui præcipue, omniq́ genere, orationisq́; partibus potiſſimum tñ cõfirmatione, atq; cõfutatione. Alleotheta ſiue Allæoſis.i.variatio, vel aliter poſita. Allæos enim diuerſus, ac contrarius dicitur. Alloeoo permuto: vel quòd allos eſt aliter: theta poſita, fit, cum numerum cõfundit vt pars in fruſtra ſecat, caſum: ut, tu mihi quodcũq; hoc regni pro hoc regnum: genus ut lenta Salix fœto pecori. In neutra nãq; voce pecore intelligitur genus fœminimum. Allophylis.i.alienigena gens, uel natio. Allo nanq; aliud eſt, & Phylon genus gens, natio, fit quãdo aliena demonſtramus vt ego diligo te, & tu diligis amicos. Amphibologia, ſiue amphibolia.i.obſcura, ambiguaq́; ſermocinatio: eſt uitio compoſitionis in ambiguo poſita ſentẽtia. Amphi nãq; eſt vndiq; & logia ſermocinatio. Amphibolia vero ambiguitas: & Amphibolos ambigu⁹: fit p accuſatiuũ, vt Aio te Aeacida Romanos vincere. Incertũ eſt enim Romanos vincere, an Aeacida: fit & per verbum, vt Cato criminatur: dubium eſt ipſe criminetur ab alio, an ipſe criminetur alium: fit & per participium vt uidi ſtatuam auream haſtã tenentem. Ignoratur enim ſtatua ſit aurea an haſta: fit & per omonyma vt ſiquis dicat aciem: nec addat oculorum, aut ferri, aut exercitus. Amploce hæc à Rutilo Rinotes, quæ complexio à Cicerone dicitur eſt, cũ repetitionem, atq; cõuerſionem complectuntur, ut qui ſunt qui fœdera ſæpe ruperunt? Carthaginenſes, qui ſunt, qui in Italia crudele bellũ geſſerunt? Carthaginenſes: qui ſunt, qui Italiam deformauerunt? Carthaginenſes. Cõpetit omnibus generibus, grauiq́; figuræ. Anadiploſis.i.reduplicatio, cõgeminatio dictionis. Ana nãq; eſt re, duploſis duplica io: fit cum dictio finiẽs verſum eſt principium ſequentis uerſus ut urbis Hetruſca ſolo ſeqtur pulcherrimus Aſtut Aſtur equo fidens, & uer-

ſicoloribus armis. Anaphora.i.relatio,dicta ex ana.i. re, Phora latione à Cicerone vocatur Repetitio uerbi eiuſdem,fit,cum eadem dictio continenter in principio verſuũ, uel clauſulæ repetitur ut Nate meæ vires, mea magna potentia ſolus, Nate patris ſummi qui tela Typhoœa temnis. Adhibetur ad ornãdam,atq; exaugendam orationem in omni dicendi genere, oibusq; orationis partibus, maxime tamẽ in comfirmatione,cõfutatione,& concluſione. Anaſtrophe.i.inuerſio uel reuerſio:dicta ex Anaſtropho.i.reuertor. eſt duorũ verborum ordo præpoſterus vt tranſtra per & remos,pro per trãſtra,& remos. Antaclesis vide antimetabolan.

Antanaclaſis,quæ à Rutilio Anaclaſis dicitur,eſt eiuſdem verbi contraria ſignificatio, vt cum Proculeius de filio quereretur, quòd mortẽ ſuam expectaret immo inquit rogo expectes:aliter cũ ſupplicio afficiendum dicas, quem ſupplicatione dignum putatis: prudentis eſt officium amicitiam probatam appetere,non appetitam probare. & cum dicitur vitam uiuit,fugam fugit. Fit etiã quoties uerbũ uerbo modo diſſimile quæritur vt puppesq; tuæ,pubesq; tuorũ. Ver. & Ennius ò Tite tute &c.

Antimetabola eſt, cũ uerba declinata repetũtur ut nõ vt edam,uiuo,ſed vt uiuam,edo: hæc à Cicerone Cõmutatio dicitur, ut ſi ſtultus es,ea re taces: nõ tamen ſi taces ea re ſtultus es:& poema eſt pictura loquens:pictura eſt poema mutum. Fit etiam, cum mutatione caſus habeat,& ſimiliter deſinat, ut ſine inuidia culpa plectitur,& ſine culpa inuidia punitur. Mediocri,humiliq; conuenit figuræ,demonſtratiuo generi potiſſimum,cõfirmationi, & confutationi ſæpiſſime, ſicut narrationi rariſſime. Antiphraſis.i contra locutio. Anti nãq; cõtra,Phraſis locutio dicitur:eſt vnius verbi ironia: fit cũ nanos uocamus Athlantes, & Aethiopes argẽteos: & differt ab Ironia:quòd Ironia pronũciando mutat affectum, & ſignificationem. Antiphraſis uero diuerſitatẽ

rei notat. Antipodoſis eſt cõtraria redditio. In omni náq; parabola aut præcedit ſimilitudo, res ſeqtur: aut præcedit res, ſimilitudo ſubſequitur: in hac vero præcedit ſimilitudo: illa Ciceronis pro Murena in græcis vt aiunt artificibus aulœdos eſſe, q citharœdi fieri nõ poterãt: ſic nos videmus, qui oratores euadere nõ potuerũt, eos ad iuris ſtudiũ deuenire. Antipophora. i. cõtraria ſubductio, dicta ab Anti, ideſt cõtra, & Hypophero, ideſt ſubduco: fit, cum tacitæ reſpõdetur obiectioni, ut Sum pius, heu doleo, nã mihi ſæpe nocet: reſpõdetur interrogãti cur doles. Antiſtœchon. i. pro litera. Anti náq; eſt pro, Stœchion litera: quæ & Antitheſis. i. oppoſitio dicitur. Theſis enim eſt poſitio: eſt literæ pro litera poſitio, vt Miratur molẽ Aeneas magalia quondam: ubi magalia pro magaria dixit, & ſella ꝑ ſeda. Antitheton, ideſt cõtrarium ſiue cõtrapoſitũ ab Anti. i. cõtra, thetõ, ideſt poſitum. Cice. Cõtentionem vocat, eſt tam verborum, quàm ſententiarum, fit, cũ ſingula cõtraria ſingulis contrariis opponũtur, ut uicit pudorem libido, timorem audacia: & bina contraria binis cõtrariis vt nõ noſtri ingenii eſt, noſtri auxilii eſt, & ſententia ſentẽtiæ, ut amicis te placabilem, inimicis inexorabilem præbes. Omni conuenit figuræ, omniq; dicendi generi: ſed maxime iudiciali, & in confirmatione, atque reprehẽſione. Antonomaſia, quæ Pronominatio dicitur à Cicerone, eſt cum cognomine quodam, ſiue nomine, ſiue vice nominis demõſtrat proprium nomẽ, & fit ab an mo, ut magnanimus Anchiſiades, ideſt Aeneas, à ſuis Saturnia, ideſt Iuno, à factis Peruerſor Numãtiæ, ideſt Scipio, à corpore ut arduus Polyphemus, ab extrinſecus, ut Infelix puer, atq; impar cõgreſſus Achilli. Poetis eſt frequentiſſima, oratoribus rariſſima cõuenit omnibus figuris, præcipue graui, omnibus generibus præcipue iudiciali, confirmationi & cõfutationi: vtimur laudãdo, lædendoq; corpus, animum & exter-

na. Aoriſmos,vel Chiniſmos à chinizin,ideſt à communicãdo eſt ratio miſta ex varia linguarum oratione, ut ſi Atticis Dorica,Ionicis Aeolica dicta confundas; ſimile uitium eſt apud nos ſiquis ſublimia humilibus, uetera nouis, poetica vulgaribus miſceat. quod ab Horatio ſub monſtri forma propoſitum eſt,ut

Humano capiti ceruicem pictor equinam
Iungere ſi velit,& uarias inducere plumas
Vndiq; collatis membris:ut turpiter atrum
Deſinat in piſcem mulier formoſa ſuperne.

Aphæreſis.i. abſciſſio dicta ex Aphæreo.i. abſcindo:fit cũ dictioni abſcinditur caput vt temnitis,pro cõtẽnitis. Aphelia eſt ſimplex,& inaffectata habẽs quẽdã,qualis eſt in fœminis,fucũ ornatumq;: & ſunt quædam velut è tenui diligentia circa proprietatem ſignificationemq; mũditiæ:Alia copia locuples:alia floribus læta:uirium nõ unum genus. Nam quidquid in ſuo genere ſatis effectum eſt,ualet,præcipua tamẽ eius opera ut Plinii epiſtolæ,& aſinus Apuleii. Apocope, ideſt abſciſſio,vel amputatio, dicta ab Apo.i.ab ſiue re, & Copto.i.ſcindo, fit, cum à fine tollitur litera ut peculi pro peculii. Apophaſis.i.negatio, quæ à Cice.Expeditio dicitur:eſt cum rationalis cõpluribus enumeratis, quibus aliqua res aut fieri, aut non fieri potuerit,cæteræ tolluntur,una relinquitur probabilis, ut neceſſe eſt, cum conſtet iſtum noſtrum fundum fuiſſe,oſtendas te, aut uacuum poſſediſſe,aut uſu tuum feciſſe, aut emiſſe, aut hæreditate tibi ueniſſe. Vacuum cum ego adeſſem, poſſidere non potuiſti,tuum etiam nunc uſu feciſſe nõ potes:emptio nulla perfertur: hæreditate tibi me uiuo mea pecunia uenire nõ potuit. Relinquitur ergo ut me ui meo de fundo deieceris. Adhibetur graui figuræ: iudiciali generi,confirmationi, & confutationi : ſed cum Apophaſis negatio transferatur nõ eſt Expeditio, ſed occupatio;uide Paralepſin. Apotia quæ à Cicerone

Dubitatio dicitur eſt, cũ quærere videatur orator vtrũ de duobus potius, aut quid de pluribus potiſſimum dicat aut obfuit eo tẽpore plurimum reipublicæ cõſultũ: ſiue ſtultitiam, ſiue malitiã dicere oportet, ſiue vtrunq;. Item tu iſtud auſus es dicere homo omnium mortaliũ. quæro quonam te digno morbus tuis appellem nomine, conuenit graui figuræ, iudiciali, deliberatiuoq; generi, confirmationi, atque confutationi. Apoſiopiſis, dicta ex Apo, & Siopo. i. ſileo, quam Cicero Præciſionem, & Reticentiam. Celſus obticentiam: nonnulli Interruptionem appellant, fit, cum per indignationem, ſiue iram verbum conſtituens orationem omittitur, ſed intelligitur, vt quos ego, ſcilicet puniam, vel caſtigabo; & tu iſtud nunc audes dicere, qui nuper alienæ domui, non auſim dicere: vbi intelligitur inſidiatus es, vel quid tale: & differt ab Eclipſi: bi vide: licet Quintilanus in nono referat, in Sinecdoche vnum verbum, & manifeſtum quidẽ deſideratur: quæ ſi Apoſiopiſis eſt, nihil in quo deeſt aliquid, non idem appellabitur. Graui conuenit figuræ iudiciali generi, reprehenſioni, & confutationi præcipue. Prenditur enim oratio, vt maior in aduerſarios inuidia excitetur. Apoſtrophe, dicta ex Apoſtropho: id eſt auerto, eſt auerſio, ſiue auerſus ſermo: hæc a Cicerone Exclamatio dicitur: fit cum ad aliquem abſentem per ſecundam perſonam fit conuerſio vt Hanc tibi Priamides mitto Lædea ſalutem: cõficitq; ſignificationem doloris per conqueſtionem, aut indignationis alicuius per amplificationem, per hominis, aut vrbis, aut loci, aut rei cuiuſpiam compellationem, vt o perfidioſæ Flagellæ facile ſcelere veſtro contabuiſtis: vt cuius nitor vrbis Italiam nuper illuſtrauit eius nunc vix fundamentorum reliquiæ remaneant. Graui maxime cõuenit figuræ, & in omnibus vtimur generibus, & in concluſione præcipue ad indignationem, atq; commiſerationem cõmouendam. Hac ſi loco vte-

mur, & raro, & cum rei magnitudo poſtulare videbitur, ad quam volemus indignationem animum auditoris adducemus. Archaiſmos eſt: cum ſermo abſoletus, & qui ex vſu receſſit arceſſitur in locutionem, vt ipſus pro ipſe: ornati pro ornatus: hoc exemplo proprie veteres quis, aliquis quiſq; non obſeruabant quo genere, aut quo numero declinarent. At ſi hoc nunc agatur, fit vitium, vt hoc Liui. xli. ab vrbe periti religionum, iuriſq; publici, quando duo ordinarii conſules eius anni alter morbo, alter ferro periiſſet: & ſuffectum conſulem negabant comitia habere poſſe: duo dixit conſules pro duorum ordinatorum conſulum: & non eſt, vt

Grāma. error.

aiunt, antiptoſis. poſſet eſſe quoq; hyſterozeugma, & hic erit ordo: cum duo conſules periiſſent alter periſſet morbo. Aſteiſmos. i. vrbanitas dicta ex Aſteizomæ: id eſt vrbanus ſum, eſt quidquid ruſtica ſimplicitate caret, & faceta ſatis vrbanitate exponitur, vt Qui Bauiū non odit, amet tua carmina Meui. i. pœna ſit, vt diligat Meuium peiorem. Aſyndeton: id eſt oratio ſine coniunctionibus. Aſydetos enim incōpoſitus eſt, & incolligatus: licet Aſyntheton quidā aſſerant, ſed nō recte,

Quorūdā error

fit cum ſingula uerba interuallis diſtinguentur cæſa oratione: a Cicerone Articulus nuncupatur, ut acrimonia, uoce, uultu aduerſarios perterruiſti: hæc etiam dicitur, ut aiunt Brachylogia. i. breuiloquium: dicta a brachy. i. breui, & logia locutione: a Cicerone breuitas uocatur: eſt res tantum ipſis uerbis neceſſariis expedita, ut modo conſul, quondā tribunus, is deinde primus erat ciuitatis: nunc proficiſcitur in Aſiam: deinde exul, & hoſtis eſt dictus: poſt Impator, & populi Romani factus eſt conſul. Conuenit breuitas omnibus figuris, generibus, & partibus, narrationi, præcipue. Vide Dialyton. Inter Membrū & Articulū hoc intereſt: quod illud tardius, & rarius, hoc crebrius, & celerius peruenit. Cōuenit Articulus graui figuræ, iudicialiq; generi potiſſimū,

& confirmationi atq; confutationi. Barbariſmus dictus a Barbaris.i.difficulter,aſpere, duriter, bleſeq; loquentibus, & non perfecte pronunciantibus:eſt unius uerbi uitium,contraq; Romani ſermonis legē aut ſcripta,aut pronunciata uitioſa dictio. Fit enim in una tantum orationis parte,ſed id uitium in oratione ſoluta ſuum obtinet nomē. Dicitur nanq; Barbariſmus.i.diſſonans:apud uero poetas Metaplaſmus.i.transformatio quædam recti ſolitiq; ſermonis in alterā ſpeciem metri ornatus,neceſſitatis'ue cauſa dictus a meta.i.trās,& plaſma plaſmatos.i.figmentū:& fit in latina dictione. Barbara lexis tamē in peregrina dictione, vt gaza quod eſt vocabulum perſicum,& magalia punicum. Fit Barbariſmus modis duobus ſcripto,& pronunciatione, & hoc modis quatuor adiectione,detractione, mutatione, & tranſmutatione literæ,ſyllabæ,& temporis. Adiectione literæ,ut relliquias Danaum pro reliquias,ſyllabæ, ut Mauors pro Mars:temporis,ut Italiam fato profugus,vbi prima ſyllaba,quæ corripi debet, producitur. Detractione literæ, ut infatibus pro infantibus; ſyllabæ,ut ſalmentum pro ſalſamentum,temporis ut feruere Leucaten,ubi poſuit feruo tertiæ coniugationis pro ferueo ſecundæ. Mutatione literæ,ut olli pro illi, ſyllabæ,ut pernuceſ pro pernicies,tēporis,ut feruere Leucaten Tranſmutatione literæ,ut Tymbre pro Tymber, ſyllabæ,ut diſpicina pro diſciplina,temporis,ut domina,dominus penultima producta. Brachylogia uide Aſyndeton. Cacophaton,ſiue, ut aiunt grammatici, quod non probo,Cacephaton:id eſt mala conſonantia,uel pronunciatio. Cacon enim malum eſt. Phaton dictū,eſt ex dura cōpoſitione,ut numerum cū nauibus æquat,& arrige aures Pamphile: fit quoq; cū ſequens dictio habeat in principio duas ſyllabas prioris dictionis ultimas,ut luce lucebat. Cacoſyndeton.i.mala compoſitio dicta a Syn.i.cō deton poſitū, eſt uitioſa dictio

num cōpoſitio,vt verſaq; iuuēcū terga fatigamus haſta.

Cacozilō.i.mala affectatio p omne dicēdi genus peccat. Nā tumida exilia abundātia,accerſita, & exultantia ſub idē cadūt nomē. Denique, cacozilon vocatur,qdquid eſt vltra virtutē,quoties ingeniū iudicio caret, & ſpecie boni fallitur:& omnium,vt Quint.in eloquentia vitiorum,eſt peſſimum. Cætera nanque vitantur:hoc petitur. Cacozilon dicitur etiam aliter quàm ſe natura habet,& q̄ oportet,& quàm ſatis eſt:totidem etiam generibus corrumpitur oratio, quot ornatur. Nimium cultum vitioſum eſſe docet Diomedes,vt illud Oui.in.ii. Meta. Aureus axis erat, temo aureus, aurea ſummæ Curuatura rotæ,radiorum argenteus ordo, Per iuga Chryſoliti,poſitæq; ex ordine gēmæ. Alterum exemplum eſt a nimio tumore,vt Iuppiter omnipotens,cœli qui ſydera ſeruas Ore tuo dicenda loquar. Affinis cacozoliæ eſt Periergia.i.operoſitas,vt a diligēti curioſus,a religione ſuperſtitio diſtat atque omne verbum, qđ neq; intellectū adiuuat,neq; ornat,poteſt dici vitioſum. Accidūt cacozoliæ Aniconomiton.i.male diſpoſitum,vt aliqui Automaton i per ſe fluens. Aſchimatiſticon,id eſt male figuratū. Cacoſyndeton,id eſt male collocatum. Quidā ſpeciem cacozoliæ putauerunt eſſe Echaſin,cum quod dicitur non pēdet ex ſuperioribus, quod vitium dānat. Horat.in arte dicens. Purpureus late cum ſplendeat vnus,& alter Aſſuitur pannus. Id vitium ſi raro fiat,toleratur:ſi toti operi familiare, eſt vitioſum dictum. Catachreſis a Cicerone nuncupatur Abuſio,vel cōtra vſum,dicitur a Cata.i.cōtra & Chreſis vſum,eſt,quæ verbo ſimili, & propinquo pro certo,& proprio abutitur,vt vires hominis breues,cū paruæ dicendum ſit,& parua ſtatura,cum breuis, & longū conſiliū,cum magnū. Catachreſticos, id eſt abuſiuus, vt an ſeſe mucrone ob tantum dedecus amens induat pro feriat. Omnibus conuenit figuris,generibus, atque

partibus orationis. Catatypoſis,id eſt ſecundū vel iuxta figurā. Cata nanq; ſecundum, Typos figura dicitur, Omnia Mercurio ſimilis vocemq́;, coloremq́;, Et crines flauos,& mēbra decora iuuētæ. Catexoche,id eſt per excellentiā. Cata eſt per:Exoche excellentia,eminētia vt & victum Dodona negaret. Cæteras enim ſyluas tacuit,Dodonam tantum per excellentiam nominauit.

Characteriſmos, quæ a Cicerone dicitur Effectio, eſt,cum exprimitur,& effingitur verbis corporis cuiuſpiam forma,quoad ſatis ſit ad intelligendum, vt hunc dico Iudices rubrum,breuem,incuruum,canum,ſubcriſpum, cæſium: cui ſanè magna eſt in mento cicatrix:ſi quomodo poteſt in memoriam vobis redire. Conuenit omnibus figuris, generibus, ac orationis partibus.

Charientiſmos.i. gratificatio dicta a Charien.i.gratum, ſiue eſt vrbanitas dicta a Charientizomæ.i.vrbanus ſum, fit, cum dura dictu gratius proferuntur, vel cum dictio per ea,quæ grata ſunt auribus aliud ſignificat:vt cū interrogamus,nunquis me quæſiuerit,reſpōdeatur bona ſalus,vel fortuna:per quod intelligitur nullum de me quæſiuiſſe. Chronographia,eſt temporis deſcriptio:Chronos enim tempus eſt:Graphia ſcriptura, vt Vertitur interea cœlum, & ruit Oceano nox.

Climax,quæ a Cicerone Gradatio dicitur, quoniam climax proprie ſcala dicitur:ab Aquila noīatur Aſcenſus,eſt cum de verbo in verbum fit gradatio, vt induſtria parit virtutem, virtus gloriam, gloria inimicitias, inimicitiæ pericula,Torua leæna lupum ſequitur,lupus ipſe capellam,Florentem Cythiſum ſequitur laſciua capella,Te Corydon o Alexi.Demonſtratiuo magis cōuenit generi,& mediocri magis,atq; attenuatæ figuræ, confirmationi,confutationi, concluſioni, & prooemio nonnunq̄, narrationi nunq̄:quoniam breuitati contraria eſt. Habet in ſe quendam leporem ſuperioris cuiuſq; crebra verbi repetitio. Colon quod a Cicerone mem

brum orationis appellatur, eſt res breuiter abſoluta ſine totius orationis demonſtratione, quæ denuo alio mēbro excipitur. Nam unum remotum a cæteris tum non habet uti manus, ſiue pes ut inimico proderas : hoc eſt unum membrum:& amicum lædebas: ex duobus membris ſolis ſimiliter cadentibus hæc exornatio poteſt cōſtare, & Pariſon a Græcis dicitur: fit etiam non ſimiliter cadentibus, ut vicit pudorem libido, timorem audacia, rationem amentia, ſed commodiſſima ex tribus conſtat & Tricolō a Græcis dicitur, ut inimico proderas, & amicum lædebas, & tibi ipſi non conſulebas. Conuenit omni generi, omniq; figuræ, omnibusq; orationis partibus, ſed confirmationi, & confutationi præcipue. Conuerſio eſt, cum ad poſtremum continenter reuertimur, ut Pœnos populus Romanus iuſtitia uicit, armis, uicit, libertate uicit. Vtimur in omni dicendi genere, grauiq; figura, & in confirmatione, confutatione, & concluſione. Continuatio eſt ſine interuallis frequentatio uerborum cum abſolutione ſententiarum: utimur maxime in ſententia, ut ei non multum poteſt obeſſe fortuna, qui ſibi in uirtute firmius, q̄ in caſu præſidium collocauit, & in contrario, ut ſiquid ſpei non multum collocarit in caſu: quid eſt quod ei magnopere caſus obeſſe poſſit? & in concluſione, ut quòd ſi in eos plurimum fortuna poteſt, qui ſuas rationes omnes in caſum intulerunt: non ſunt omnia committenda fortunæ: ne magnam nimis in nos habeat poteſtatem. Fit quoque continuatio in aliis locis, cum aliquid eloqui neceſſe eſt, quod continuationem, & frequentationem poſtulat uerborum, ut pro Milone, me patria expulerat, bona diripuerat, domum incenderat, liberos, coniugem meam uexauerat, & reliqua: ubi nulla eſt ſententia, neq; cōtrarium, neque concluſio. Competit illis figuris, generibus, & partibus, quibus competit ſententia, cōtrarium & concluſio. Coſmographia eſt mundi deſcriptio-

Coſmos enim mundus eſt: Graphia ſcriptura, fit cum mundum deſcribimus, ut fecit Strabo. Diacope.i.interciſio dicta eſt a Dia.i.per & Copto.i.incido: uide Tmeſin. Diæreſis.i.diuiſio dicitur a Diæro.i.diuido, eſt unius ſyllabæ in duas diuiſio, ut aulai pro aulæ, & nunc mare, nunc ſyluæ triſyllabum. Dialyſis.i.diſſolutio: uide Parentheſin. Dialyton, quæ a Cicerone uocatur Diſſolutio, dicta ex Dialyo.i.diſſoluo, eſt oratio ſine coniunctionibus, ut morem gere parenti, pare cognatis, obſequere amicis, obtempera legibus, & ite, Ferte citi ferrum, date tela, impellite remos: vide quoq; Aſyndeton. Competit omnibus figuris, generibus, & partibus, ſed narrationi præcipue. Dialyma, q̃ a Cicerone Diuiſio, quæ & Cõplexio, & duplex Concluſio vocatur eſt, quæ rem ſemouens a te vtranq; abſoluit ratione ſubiecta, vt cur ego nũc tibi obiiciã qdq̃? ſi probus es, nõ meruiſti: ſi improbus, nõ commouere. Oibus conuenit figuris, generibus, cõfirmationi, & confutationi. Dialogus, dictus a dialegomæ & dialegomæ a dia.i.per, & legomæ ſermocinor, qui a Cicerone Sermocinatio vocatur, eſt, & cum alicui perſonæ ſermo attribuitur, & is exponitur cum ratione dignitatis, vt cũ militibus vrbs redundaret, & omnes ciues timore oppreſſi domi tenerentur: venit iſte cum gladio tenens iaculum: quinque adoleſcentes hominẽ ſimili ornatu ſubſequũtur, irrumpit in ædes ſubito, deinde magna voce vbi eſt iſte beatus diues inquit, qui nõ mihi præſto fuit? qd tacetis? cum oẽs tacerent: vxor infeliciſſimi ad iſtius pedes obiecit ſeſe: p te, inquit, & p ea, q̃ tibi dulciſſima ſunt in vita, miſerere noſtri, noli extinguere extinctos: fer manſuete fortunam: nos quoq; fuimus beati: noſcete eſſe hominẽ. At ille quin illum mihi datis? non abibit. illi nuntiatur veniſſe iſtũ & maximo clamore mortẽ minitari: inquit abſconde pueros, defende, fac, incolumis ſit adoleſcentia. tunc audax ait, neq; ei, quem vides

dominari vis ſupplicare, ſed tu quæſo commouere. Conuenit omnibus figuris, generibus, & partibus, narrationi præcipue. Dianome, quæ a Cicerone Diſtributio vocatur, eſt, cum in plures res, aut pſonas negocia quædam diſpartiuntur, vt ſenatus officium eſt conſilio ciuitatem iuuare: magiſtratus officium eſt opere & diligentia conſequi voluntatem ſenatus: populi officiũ eſt res optimas, & homines idoneos maxime ſuis ſententiis diligere, & probare: accuſatoris officium eſt inferre crimina: defenſoris diluere & propulſare: teſtis eſt dicere, quæ ſciat, aut audierit. Conuenit graui figuræ, iudiciali generi, narrationi, & confutationi potiſſimum.

Diaſtole.i.dilatatio fit cũ breuis ſyllaba producitur. Luca. dum ſanguis inerat, vbi is breuis producitur. Dinoſis eſt in exigenda dignitate, & in cæteris altitudo quædã: hãc Horatius poetis eſſe inter præcipua ſeruãda demõſtrat, cũ dicit, Aut dum vitat humum nubes, & inania captet Effutire leues indigna Tragœdia verſus. Quidã opinati ſunt in Dinoſi Plinianã emteſcere orationẽ, & Ciceronis Philippicas. Eclipſis.i.defectio dicta ab Eclipo: id eſt deficio, eſt defectus quidã neceſſariæ dictionis: id eſt præpoſitionis, quam deſiderat ſententia, vt prouincia diſcedo pro a ꝓuincia; & Italiã venit pro ad Italiam: quando vero principale intelligitur verbum conſtituens orationem eſt Apoſiopeſis. Ectaſis.i.ꝓductio dicta ab Ecteno.i. produco, vide Diaſtolen. Ecthlipſis.i.Eliſio, ſiue detractio dicta ab Ecthlipo, quæ & Ellipſis, vel Ellepſis vocatur, dicta ex ec & lipo, vel lepo.i.deſero, fit, cũ ſequente vocali cõſonans cũ ſua vocali præcedentis dictionis eliditur, vt multum ille: vbi V, & M eliduntur, & ſic ſcanſio fieret multil.

Emphaſis.i. ſignificatio ſiue demonſtratio dicta ab emphanizo.i.demonſtro, eſt amplior virtus altiorem præbens intellectũ, q̃ quẽ verba p ſe ipſa declarãt Ver. demiſſum lapſi per funem. Nam magnitudo eſt demon

ſtrata equi, & altitudo. Idem cum iam glandes, atq; arbuta ſacræ Deficeret ſyluæ, & uictum Dodona negaret. Significatur enim etiam & id, quod non dicit: hoc eſt non ſolum aliæ, ſed etiam ſacræ ſyluæ negāt victū. Nanq; ſacrarum ſterilitas aliarum denotat infœcunditatem. Enanthioſis, quæ à Cicerone cōtrarium vocatur, eadem eſt, ferè, quæ & Contentio, eſt, cū ex rebus diuerſis duabus alteram breuiter, & facile confirmet, vt qui ſuis rationibus inimicus fuerit ſemper, eum quomodo alienis amicū fore ſperes? Graui præcipue conuenit figuræ & iudiciali generi, probationi, ac reprehēſioni. Hoc orationis genus breuibus, & cōtinuatis uerbis perfectum eſſe debet: & cum commodum eſt auditu propter breuem, & abſolutam cōcluſionem: tum uero vehementer id, quod opus eſt oratori comprobat contraria re, & ex eo, quod dubium non eſt explicat illud, quod dubium eſt aut dilui nō poſſit, aut multo difficillime poſſit. Endiadyo, & nō Endiadis, ut aiunt.i. vnum per duo dicta ab Hen quod eſt vnum, Dia per & Dyo duo, fit, cum reſoluitur ſubſtantiuum in adiectiuū vt pateris libamus & auro.i. pateris aureis. Epanalepſis.i. replicatio, ſiue repetitio dicta ab Epanalabano.i. deſt repeto, à Cicerone Cōduplicatio vocatur, eſt cum ratione amplificationis, aut commiſerationis eiuſdem uerbi, aut plurium uerborum iteratio, & principiū tenet uerſus, & finem, vt, Multa ſuper Priamo rogitās ſup Hectore multa, & cōmotus nō es, cum tibi pedes mater amplexaretur, non es cōmotus. Fit etiā quando cum maiore ſignificato dictio repetitur, vt heu fugaces Poſtume Poſtume labuntur anni. Item nunc etiam audes in horum cōſpectum venire proditor patriæ, proditor inquam patriæ venire audes in hoꝝ cōſpectum? Congruit graui figuræ, iudiciali generi, confirmationi, confutationi, & concluſioni: in quibus loci communes tractari ſolent. Epanados.i. regreſſio dicta ab Epi, &

Grāma. error.

Ana.i.retro, & Odos.i.via quaſi retrouia, à Cicerone Traductio vocatur,eſt,cum idem verbum in eadem crébrius ponitur ſignificatione,vt hunc tu hominē appellas,qui ſi fuiſſet homo nunq̃ hominis uitā petiiſſet: ponitur etiam in diuerſa ſignificatione,vt veniam ad te, ſi mihi ſenatus dat veniam. Conuenit iudiciali, deliberatiuoq; maxime generi,grauiq; figuræ,narrationi, cōfirmationi,& cōfutationi. Epanorthoſis,quæ correctio vocatur à Cicerone,eſt,quæ tollit id,quod dictum eſt, & pro eo id,quod magis idoneum videtur,reponit,ut ſi iſte ſuos hoſpites rogaſſet: immo innuiſſet, modo hoc facile perfici poſſet. Cōuenit omni figuræ,ſed graui præcipue, omniq; generi, ſed iudiciali maxime,oībusq; partibus,ſed confirmationi potiſſimum,& reprehēſioni. Epectaſis.i. porrectio dicta ab Epi.i. ſuper, & Ectino media longa.i.extēdo,produco,hæc,& Epētheſis.i.interpoſitio dicitur deducta ab Epi & En.i.inter,& theſis.i.poſitio, fit, cum in medio additur litera vt relliquiæ,vel ſyllaba vt induperator pro imperator. Ephexegeſis vel Epexegeſis.i.expoſitio, quæ à Cicerone vocatur Interpretatio dicta ab Epi, & exegeſis .i.interpretatio,expoſitio,fit,cū explanat prius actū,vt Tolle fuga Turnum,atq; inſtantibus eripe fatis: atq;.i. Graui conuenit figuræ, & mediocri, iudiciali generi, hiſdem orationis partibus,q̄bus Conduplicatio. Epilizis,quæ à Cicerone vocatur Demonſtratio,eſt, cum ita res verbis exprimitur, vt geri negocium,& res ante oculos eſſe videatur. Id fieri poterit: ſi quæ ante, & poſt in ipſa re facta erunt,cōprehendimus:aut à rebus conſequentibus, aut à circūſtantibus nō recedemus, ut Gracchus vbi ꝑſpexit fluctuare populum verentē, nec ipſe autoritate ſenatus commotus ſententia deſiſteret: iubet aduocari cōcionem. Iſte intereat ſcelere, & malis cogitationibus redundans euolat è templo Iouis ſudans,oculis ardētibus,erecto capillo,cōtorta toga, cū

pluribus aliis ire celerius cœpit. Conuenit omnibus figuris, generibus, narrationi præcipue, & concluſioni, quæ per amplificationem; vel commiſerationem fit.

Epilogus, quæ vocatur Cõcluſio, eſt, quæ breui argumentatione ex his quæ ante dicta ſunt, aut facta, conficit, quod neceſſario conſequitur, vt quòd ſi Danais cum erat oraculum, non poſſe capi Troiam niſi Philo tectæ ſagittis: hæ autem nihil aliud fecerunt, niſi Alexandrũ perculerunt: hunc extinguere, id nimirum fuit capi Troiam. Conuenit omnibus figuris, generibus, confirmationi, & confutationi tantũ. Epimone.i.perſeuerãtia, vel inſiſtentia, dicitur etiã Epizeuſis.i.cõbinatio, ſiue congeminatio, fit, cũ eadẽ dictio in eodem uerſu, ſine aliqua dilatione geminatur cum impetu pronuntiationis, vt Me me adſum, qui feci, in me conuertite ferrum O Rutuli mea ſalus oĩs: hæc à Cicerone vocatur Commoratio, eſt, cum in loco firmiſſimo, quo tota cauſa continetur, manetur diutius, & eodẽ ſæpius reditur Vergilius, Alternis idem tonſas ceſſare nouales, Et ſegnem patiere ſitu dureſcere campum. Graui præcipue conuenit figuræ in confirmatione, & confutatione. Epiphonema dicta ab Epiphonin, ideſt ab acclamando, eſt rei narratæ, uel probatæ ſumma acclamatio. Vergilius: Tantæ molis erat Romanã condere gentem. Epiſynalipha, ideſt coniunctio, eſt conglutinatio duarum ſyllabarum in vnam ſyllabam facta, dicitur ab Epiſynapto.i.coniungo, quod etiam facit Synæreſis.i. contractio dicta ex ſynæreo.i.contraho, congrego, vt eſt apud Varronem, tum te flagranti deiectum fulmine Phæton. Nam ſi eſſet proſa oratio eaſdẽ enunciare literas ueris licebat ſyllabis Phaeton triſyllabum nomen. Epitheton.i.adiectum vel adiectiuũ, ſiue appoſitum dictum ab Epi.i.in, & Theron poſitũ ut pallida mors, & poetæ frequentius, atq; libentius vtũtur: apud oratores niſi aliquid efficitur, redundat; tunc autẽ effi-

citur, ſi ſine illo, quod dicitur, minus eſt, ut ô deformem libidinem, & his ſumitur modis ab aio, ut pius rex, à corpore vt venuſta mulier: à loco vt Lariſſeus Achilles: ab actu, ut Aeneia nutrix. ab euētu, ut diues opum: & differt ab Antonomaſia. Hæc enim nominis ſuſtinet vicem. Epitheton vero nunquàm eſt ſine proprio nomine, & fiunt cum laudamus, aut vituperamus, aut oſtendimus. Epitrope, quæ vocatur à Cicerone Permiſſio, eſt, cum oſtendimus in dicendo nos aliquam rem totam tradere, & concedere alicuius voluntati, ut qm̄ omnibus rebus ſurreptus ſolum mihi ſupereſt animus, & corpus: hæc tempora de multis, quæ mihi ſola relicta ſunt, uobis, & ueſtræ condono poteſtati. Cōuenit graui figuræ, generiq; præcipue iudiciali, concluſioni maxime, in qua commiſerationem cōmouere ſtudemus. Erotema vel Erotima. i. interrogatio dicta ex Erotao interrogo, fit quoties aliquis interrogat, ut qd melius Turdo? vulua quid melius ampla? hæc à Cicerone vocatur Ratiocinatio, eſt, per quā ipſi à nobis rationē poſcimus, quare quidq; dicamus, & crebro noſmet à nobis petimus vniuſcuiuſque propoſitionis explanationem, ut maiores noſtri ſiquam vnius peccati mulierem damnabant ſimplici iudicio multorum maleficiorum conuictam putabant, quo pacto? quoniā quā impudicā iudicabant, eam veneficii quoque damnatam exiſtimabant: quid ita? quia neceſſe eſt eam, quæ ſuum corpus addixerit turpiſſimæ cupiditati, timere per multos: quos? iſtos, virum, parentes, cæterosq; ad quos videt ſui decoris infamiam pertinere. quid poſtea? quos tantopere timeat, eos neceſſe eſt, aut quoquo modo poſſit veneficio petat. Omnibus competit generibus, præcipue iudiciali, omnibus figuris, præcipue humili. Nā ad ſermonē eſt accōmodata vehemēter, aīumq; retinet auditoris attentum tum venuſtate ſermonis, tum rationū expectatione. Euphonia. i. bona ſonoritas ſi-

ne vocalitas,ſiue vox, vt Tytides pro Tydides quãuis etiã legatur Tydides. Exergaſia eſt in efficiẽdo uelut opere propoſitio,cui additur.i.concinna diligentia, ut opus partibus nõ diſcrepet manibus: propterea hãc intelligens Horatius dixit ſe non amare uerba inornata, ſed ſolum dominãtia verba, & nomina. Gnome,quæ vocatur à Cicerone ſentẽtia,eſt oratio ſumpta de uita, quæ aut quid ſit,aut quid eſſe oporteat in uita breuiter oſtendit,ut liber eſt exiſtimandus,qui nulli turpitudini ſeruit. Omnibus conuenit generibus,atq; figuris,exordio,confirmationi,confutationi,amplificationi, ac cõcluſioni.Sententias interponi raro conuenit:ut rei actores,nõ uiuendi præceptores videamur eſſe:cum ita interponuntur,multum afferent ornamenti. Eſt enim neceſſe eam cõprobet tacitus auditor: tum ad cauſam videat accõmodari rem certam ex vita,& moribus ſumptã. Gradatio vide climax. Homœoptoton à Cicerone vocatur,Similiter cadens,dicitur ab Homos,ideſt ſimiliter: Homœos ſimilis eſt & ptoſis caſus,quod & Homoptoton.i.ſimiliũ caſuum dicitur,eſt oratio vno, ſimiliq; caſu compacta, vt mœrentes,flentes, lachrymantes, ac miſerantes,& hoc fit, cũ in eadem conſtructione uerborũ duo,aut plura ſunt uerba quæ ſimiliter hiſdẽ caſibus efferuntur,eo quòd vel in primis inter ſe, vel mediis,uel extremis, vel etiã permutatis his, vt media primis,& ſumma mediis accommodentur,ut hominem laudas egentem virtutis,abundantẽ fœlicitatis: hẽ. huius in pecunia ſpes eſt: à ſapientia eſt animus remotus: diligentia comparat diuitias: negligentia corrumpit animum: vtimur in omni genere, figura, & orationis parte. Homoteleuton, vel Homœoteleuton quod à Cicerone Similiter deſinẽs vocatur, & dicitur ex Homos, & Teleuton, terminatur ſimilibus verbis, vel aduerbiis, uel noibus, ut audacter territas, humiliter placas; viuis inuidioſe; delinquis ſtudioſe; loqueris

odioſe. Competit omnibus figuris, præcipue tamē mediocri, oibus generibus præcipue demōſtratiuo, oibus partibus, maxime tamen narrationi, confirmationi, & confutationi. Hæc duo genera, quoꝗ; alterum in exitu, alterum in caſus ſimilitudine verſatur, inter ſe vehementer conueniunt: & ideo qui vtuntur ſimul in hiſdē orationis partibus collocant, vt non diuiſſima ratio eſt amorem petere, pudorem fugere, diligere formam, negligere famam. Hypallage .i. ſubmutatio dicta ab Hypo .i. ſub, & Allage .i. mutatio, vel ſubalternatio dicta ab Hypallacto .i. ſubalterno, fit, cum uerbū uel per uerbum intelligitur, vt velis demus ventos pro vela uētis. Hyperbatō quæ à Cicerone uocatur uerbi Traſgreſſio dicta ab Hyperbano .i. trāſgredior, eſt, quæ uerborum pertuibat ordinem aut peruerſione, ut hoc uobis arbitror deos immortales dediſſe pietate ꝓ veſtra: aut traiectione, cum quod poni in medio debet, in fine collocatur, vt inſtabilis in iſtum plurimum fortuna ualuit. Omnibus competit figuris, generibus, atq; partibus niſi narrationi. Quoniā hæc exornatio eſt dilucidati contraria: vide quoq; Hirmū. Hyperbole à Cicerone Superlatio vocatur, dicta ab Hyper .i. ſup, & Bole iactus, fit, cum dictio excedens fidem ponitur augendi gratia vt niue candidior, & vento velocior, aut minuendi, vt tardior teſtudine: graui competit præcipue figuræ; omnibusq; generibus, cōfirmationi, atq; confutationi inprimis. Hyphen .i. ſub vno dicta ab Hypo, ideſt ſub & Hen .i. vno, fit, cū duæ dictiones ſub vno legūtur accentu, ut ſemper alienus, & antemalū. Hypozeuſis .i. ſubconiunctio dicta ex Hypo, & zeuſis coniunctio, fit, vbi diuerſa uerba ſingulis redduntur clauſulis, ut quid ue petat, quid ue ipſe ferat Mezentius arma, Quæ ſibi cōciliet, violētaq; pectora Turni Edocet: humanis quæ ſit fiducia rebus; Admonet, immiſcetq; preces. Hypotypoſis, quæ dicitur à Cicerone Deſcriptio, eſt, quæ re-

rum conſequentium continet perſpicuam,& dilucidam cum grauitate expoſitionem, vt ſi de hoc iudices grauē ſententiā tuleritis vno iudicio ſimul multos iugulaueritis:grādis natu parens, cuius ſpes ſenectutis omnis in huius adoleſcētia poſita eſt:qua ſe uelit in uita manere,nō habebit filii parui priuati patris auxilio ludibrio, & deſpectui paternis inimicis erunt oppoſiti: tota domus huius indigna concidet calamitate: inimici ſtatim ſanguinolenta palma,crudeliſſima uictoria potiti inſultabunt: in horum miſerias & ſuperbia ſimul, & uerbis inuehentur:conuenit iudiciali generi,graui figuræ,confutationi,reprehenſioni,& cōcluſioni potiſſimū. Hyrmos dicitur quaſi ſyrmos.i.tractus à Syro.i.traho, longiſſimum eſt hyperbaton.i. constructio continue tenorem ſuum in multos protendens uerſus,ut Eſt in ſeceſſu longo locus. Hiſterologia.i.vltimus poſt ſermo, dicitur etiā Hyſteron.i. ultimū poſt,& Proteron, ideſt prius, ut cū ſententia ordine cōmutatur, ut moriamur, & in media arma ruamus. Prius enim in arma ruimus, quàm morimur. Icon,ſiue Icaſmos, à Cicerone vocatur Imago,eſt formæ cum forma cum quadam ſimilitudine collocatio:hæc ſumitur aut laudis cauſa vt os, humerosq; deo ſimilis, & ibat in prælium corpore tauri uaſtiſſimi impetu Leonis acerrimi: aut vituperationis cauſa, ut in odium,atq; inuidiam adducat,iſte quotidie per forum medium tanquam iubatus draco ſerpit dentibus aduncis,aſpectu venenato, ſpiritu rapido circū ſpectans huc,& illuc ſiquem reperiat,cui aliquid mali faucibus efflare ore attingere,dentibus inſecare, lingua aſpergere poſſit. Conuenit demonſtratiuo præcipue generi,omnibus figuris,confirmationi,& reprehenſioni.

Idiophaſis.i.propria fama, vel dictio dicta ab Idios .i.proprius,& Phaſis fama,uel dictio,fit cū dictio reciprocatur,ſiue iteratur ſecundum uerbi naturam, ut ego diligo me,& tu diligis te. Ironia.i. illuſio ſimulatioq́ue;

dicta ab Ironeuomæ.i.diſſimulo eſt,qua cōtraria oſtēduntur,quæ illuſio intelligitur aut pronunciatione, aut perſona,aut rei natura,quale eſt, Verres prætor vibanus homo ſanctus, & diligens : hæc niſi grauitas pronunciantis adiuuerit, cōfiteri videbitur quod negare intendit. Iſocolon à Cicerone dicitur Cōpar,à quibuſdā vero Pariſon,eſt quod habet in ſe mēbra orationis conſtantia ex pari ferè numero ſyllabaꝝ: hoc nō de numeratione noſtra fiet, ſed exercitatione,ut par membrum ſuperiori inferamus, ut in prælio mortē pater appetebat:domi filius nuptias cōparabat : licet oīa graues caſus adminiſtrabant. Fit etiam,ut nō par ſit numerus ſyllabarum,& tamen eſſe videtur:& hoc eſt;ſi vna,aut altera ſyllaba eſt alterum altero breuius. Vtimur in omni genere,figuraq; & partibus,maxime tamen in narratione. Liptote.i.defectus dicta à Lipo.i.deficio, vocatur à Cicerone Diminutio,eſt,cū minus dicimus,& plura ſignificamus , ut munera nec ſperno.i.maxime laudo:& meo labore feci,vt diſciplinam militarem non in poſtremis tenerem.i.in primis.Conuenit omnibus generibus,figuris,narrationi,confirmationi, reprehenſioni. Macrologia, ut Quint.multa loquens longus ſermo dicta à Macros longus,& logia.i.ſermo fit, cū res ſæpe non neceſſarias cōprehendit, ut Poſtera lux ſummo ſpargebat lumine terras Orta dies : primo alto ſe gurgite tollunt Solis equi , lucéq; elatis naribus efflāt: cum ſatis fuiſſet dixiſſe orto Sole : in poeta habet excuſationem:in ſoluta oratione eſt odioſum genus. Metabaſis,quæ vocatur à Cicerone Tranſitio,eſt, quæ cū oſtendit breuiter , quod dictum ſit , proponit breuiter quod conſequatur,ut mea in iſtum beneficia cognoſcitis : nunc quomodo iſte mihi gratiam retulit , accipite: vtimur in omni genere, figuraq; in cōfirmatione,& cōfutatione frequentius,in cōcluſione nunq̄. Metaphora,quæ Tranſlatio vocatur à Cicerone dicitur à Meta-

Id eſt trans, & Phora latio: fit cum transfertur nomen aut verbum a propria ſignificatione ad non propriam per ſimilitudinem: & hoc fiet, cum aut proprium nomen, ſiue verbum deeſt: aut tranſlatum proprio melius id facimus vel neceſſitate, vt gemma in vitibus: vel ornatu, vt concionum procellas, & claſſiq; immittit habenas: vel breuitate, vt recens aduentus exercitus ſubito ciuitatem extinxit: vel euitandæ obſcœnitatis cauſa, vt cuius mater quotidianis nuptiis delectatur.i.adulteriis: vel cauſa agendi, vt nullius vrbis calamitas iſtius explere inimicitias, & nefariam crudelitatem ſaturare potuit: vel minuendi cauſa, vt magno ſe prædicat auxilio fuiſſe, quia paululum in rebus facillimis aſpirauit: fit quoq; ab animali ad animale, vt Typhin aurigam celeres fecere carinæ. Auriga nanq;, & gubernator nauis animam habent: ab animali ad inanimal, vt pelagus tenuere rates. Rates enim.i naues & pelagus animam non habent: ab animali ad animal, vt Atlantis cinctum aſſidue cui nubibus atris Piniferum caput & vento pulſatur, & imbri. Atlas mons eſt, non habet animam, cui membra hominis attribuuntur: ab animali ad inanimal, tantum in pectore robur concipis. Robur animam non habet: cũ Turnus, cui hæc dicuntur, animam habeat. Sunt quædam metaphoræ reciprocæ, vt æquor pro campo, & campus pro æquore, altum pro profundo, & profundum pro alto. Omnibus congruit figuris, generibus, atq; partibus niſi diuiſioni. Metalepſis: id eſt tranſumptio dicta a metalambano, fit, tum aliqua dictio aliud a ſua propria ſignificatione ex his, quæ præceſſerunt, denotat, vt Poſt aliquot mea regna videns mirabor ariſtas: hoc eſt annos. Metaplaſmus vide Barbariſmum. Metatheſis.i.tranſpoſitio dicta a meta, & theſis poſitio, eſt literarum ordo mutatus nulla tamen litera ex ea dictione ſublata, vt At tibi Tymbre caput pro Tymber. Metonymia.i.tranſmutatio, vocatur a Cicerone

Denominatio, fit, cum ponitur contentum pro continente, vt vina coronant.i.crateras: aut continens pro contento, vt cœlo gratiſſimus amnis.i.diis: aut inuentor pro inuento, vt Bacchus i.vinum: aut inuētum pro inuentore, vt vinum precemur.i.Bacchum: aut quod facit pro eo quod fit. vt pallida mors.i.faciēs pallidos: aut inſtrumentum pro domino, vt Sariſſa.i.Macedon. Magis poetis, quàm oratoribus conuenit, & omnibus figuris, generibus, atq; partibus. Mimiſis, quæ & Ethopoeia dicitur, eſt quæ vocatur a Cicerone Notatio, ſiue imitatio morum aliorum: quoniam naturam, mores, & conſuetudinem exprimit, vt Effectio corpus effingit; fit, cum alicuius natura certis deſcribitur ſignis, quæ ſicuti notæ quædā naturæ ſunt attributa, exemplū erit de oſtentatore, vt videte Iudices cum ſiniſtra mentum ſubleuat, exiſtimat ſe gemmæ nitore, & auri ſplendore aſpectus omnium perſtringere: & cum puerum alloquitur, quem vnum habet, inquit, vide Sannio: ne quid iſti barbari turbent, vt ignoti, qui audiunt: vnum putent ſelegi de multis: confeſtim veniunt hoſpites, quos cum peregrinaretur, inuitauit: quamuis conturbatur: tamen a vitio naturæ non recedit: bene inquit facitis, cum venitis, ſed rectius feciſſetis, ſi ad meam domum recta adiiſſetis: id feciſſemus inquiunt illi, ſi domum nouiſſemus: at iſtud quidem facile fuit vndelibet inuenire. Conuenit mediocri figuræ, & demonſtratiuo præcipue generi, confirmationi, & reprehenſioni. Omiologia.i.ſimilitudo ſermonis dicta ab Omios.i.ſimilis & logos ſermo: eſt, quæ nulla varietatis gratia leuat tædium: atque tota eſt coloris vnius quæ maxime caret arte oratoria animis & auribus ingratiſſima, vt amo oēm hoīem, qui me amat omnē. Eſt vitiū attenuatæ ſicut illud, nam ille balneas acceſſit: ad hūc poſtea dixit hic tuus ſeruus me pulſauit: poſtea dixit hæc illi: cōſiderabo: poſt ille conuitiū fecit, & magis magiſq; multis aſtantibus clamauit.

Oportet enim,inquit Cicero,figuram in dicendo commutare vt grauem mediocris, & mediocrem excipiat attenuata:identidem cõmutentur,vt facile ſatietas varietate vitetur.Sub hac figura vitium eſt mediocris generis quo oratio diſſoluta fit,& ſine neruis,atq; vt ait Cicero articulis, hoc modo: ſocii noſtri cum belligerare nobiſcum vellent:profectó ratiocinati eſſent etiam atq; etiam quid poſſent facere:ſiquidem ſua ſponte facerēt: & non haberent hinc multos malos homines,& audaces.Solent enim diu cogitare omnes,qui magna negocia volunt agere. Hic dicendi modus eſt vitioſus,& penitus fugiendus. Omioſis, quæ vocatur a Cicerone Similitudo,eſt oratio traducens ad rem quampiam aliquid ex re diſpari ſimile ita,vt hirundines æſtiuo tēpore præſtó ſunt:frigore pulſæ recedunt:ita falſi amici ſereno vitæ in tempore præſto ſunt, ſimulatq; hyemem fortunæ viderint.deuolant omnes.Sed inuentio ſimilitudinũ facilis erit:ſiquis omnes ſibi res animatas, & inanimatas,mutas,& loquentes,feras,& manſuetas,terreſtres,& cœleſtes,maritimas artificio,caſu, natura comparatas,vſitatas, atq; inuſitatas frequenter ante oculos poterit ponere: & ex his aliquam inquirere ſimilitudinem,quæ aut ornare,aut docere, aut apertiorē rem facere,aut ponere rem ante oculos poſſit. Non enim res tota toti rei neceſſe eſt ſimilis ſit, ſed ipſum,quod conferetur ſimilitudinem habeat,oportet. Conuenit præcipue demonſtratiuo generi,cum maxime ad laudem, vituperiumq; pertineat,confirmationi, & reprehenſioni,exordio nonnunq̃, & narrationi. Onomatopœia, q̃ vocatur a Cicerone Nominatio, eſt onomatos pœia.i.nominis fictio,fit cum vocis confuſæ nomē ad imitandũ ſonum affingimus vt clamorq; virum, clangorq; tubarum,& ouium balatus & equorũ hinnitus:fit quoque ſignificandæ rei cauſa, vt fragor ciuitatis pro ſtrepitu,& tumultu,hac rariſſime vtimur figura. Oros,q̃

vocatur a Cicerone Definitio,eſt quæ rei alicuius proprias amplectitur poteſtates breuiter,& abſolute,vt nō eſt iſta diligētia,ſed auaritia:eò quòd diligētia eſt accurata conſeruatio ſuorū: Auaritia iniurioſa appetitio aliorum. Competit graui figuræ,iudiciali ſemper generi cōfirmationi,& cōfutationi. Paragoge.i.deductio a Parago deduco,quæ vocatur & Proparalepſis.i.iuxta ante acceptio dicta ex pro.i.ante & para.i.iuxta:lepſis acceptio,fit, cum in fine additur ſyllaba, vt amarier pro amari apud comicos,& poetas. Cice.vero Tuſc.prima prata cōueſtirier ait. Paronomaſia,quæ vocatur Denominatio,ſed a Cicerone Agnominatio,fit, cū dictio iteratur mutata tamen aut litera,aut ſyllaba in ſignificatione diuerſa, vt amantium,amentium, abire an obire conuenit:te non prætorem, ſed prædonem vocamus. Fit quoque, cum præcedenti nomini nomen, aut verbum annectitur ex eodem figuratum,vt fugam fugit,& pugna pugnata eſt.Fit etiam addendis literis, vt hic ſibi poſſet temperare,niſi amori vellet obtemperare: & demendis literis,vt ſi lenones quemadmodum leones vitaſſet. Fit quoque in caſuum cōmutatione vnius, aut plurium nominum, vt Alexander ad virtutes animum coniecit: Alexandri virtutes diuulgatæ ſunt: Alexandrū omnes metuebant. Conuenit humili, & mediocri figuræ,demonſtratiuo generi confirmationi,& confutationi:graui non competit, cum eius ſignificatio iucunda ſit. Hac & ſimiliter cadentibus, ſimiliter definentibus perraro vtimur. Quia fides,& grauitas,& ſeueritas oratoria minuitur:his exornationibus frequēter collocatis non modo tollitur autoritas dicendi, ſed offenditur quoque in eiuſmodi oratione auditor. propterea quòd eſt in his lepos,& feſtiuitas, non dignitas, neque pulchritudo. Quare quæ ſunt ampla, & pulchra diu placere poſſunt:quæ lepida,& continua cito ſatietate afficiunt aurium ſenſum faſtidioſiſſimum. Ne his igitur cre-

bro vtamur,ſed commode luminibus diſtinctis illuſtremus orationem. Parabola:id eſt exemplum vel ſimilitudo,vel comparatio,vel iuxta ſententiam,eſt quaſi rerum diſſimilium cõparatio:dicta à para:id eſt iuxta ,& Bule ſententia ſiue conſilium. Vergilius qualeis mugitus fugit cum ſaucius aram Taurus, & incertam excuſſit ceruice ſecurim. Paradigma ex Cicerone vocatur Exẽplum,dicitur a Paradignyo.i.exemplifico , eſt alicuius facti,aut dicti præteriti cum certi autoris nomine propoſitio ad hortationem,vt Antenor potuit mediis elapſus Achiuis Illyricos penetrare ſinus,& quæ ſequuntur,& ad dehortationem,vt non ſic Phrygius penetrauit Lacedæmona paſtor. Congruit omnibus generibus,figuris,confirmationi, & reprehenſioni præcipue. Paradiaſtole:id eſt iuxta dilatatio dicta a para : id eſt iuxta & Diaſtole, fit,cum rem noſtram interpretatione dilatamus ſic prodigum dicimus liberalem,temerarium fortem. Parallage i.mutatio vide Protheſeon. Paralepſe a Cicerone occupatio vocatur , eſt, cum dicimus non præterire,aut non ſcire,aut nolle dicere id , quod tunc maxime dicimus , vt non dico te a ſociis pecunias accepiſſe:non ſum occupatus in eo,quòd ciuitates , regna,domos oĩum depeculatus es:furta,rapinas omnes tuas omitto. Conuenit graui figuræ , omnibus generibus,ac partibus excepta diuiſione. Parelcon eſt ſyllabica adiectio,vt adeſdum:vbi dum nihil ſignificat,& comici vtuntur. Fit etiam additione vnius dictionis , vel abundantis. Terẽtius cõperiebã nihil quidq̃ ad Pãphilum attinere. Parentheſis.i.interpoſitio , vel intercluſio dicta a para & En.i.inter, & theſis poſitio , fit,cum cõtinuationi ſermonis medius aliquis ſenſus interuenit vt Aeneas (neq; enim patrius conſiſtere mentẽ Paſſus amor) rapidum ad naues præmittit Achaten : hæc etiã Dialyſis.i.diſſolutio vocatur. Pariſon vide Iſocolon, Parrifia, quæ vocatur a Cicerone Licentia, eſt , cum

apud eos, quos aut vereri, aut metuere debemus, tamē aliqd pro iure noſtro dicimus, quod eos minime offēdit, aut quos hi diligunt cum in aliquo errato vere reprehendi poſſe videantur, vt miremini Quirites, quòd ab oībus veſtræ rationes deſerãtur: quòd cauſam veſtrã nemo ſuſcipiat: quod ſe nemo veſtri defenſorem profiteatur, tribuite veſtræ culpæ: definite iſtud mirari. Quid enim eſt, quare non omnis iſtam rem fugere, ac vitare debeat? Recordamini, quos habueritis defenſores: ſtudia eorum vobis ante oculos proponite: deinde oīum exitus conſiderate: tum vobis veniat in mentem, vt vere dicam negligentia veſtra, ſiue ignauia potius illos omnes ante oculos veſtros trucidatos eſſe, inimicos eorum veſtris ſuffragiis in ampliſſimum locum proueniſſe. Aduertendum eſt: quòd illud, quod erit cõmotum licentia, mitigetur laude, vt hic ego virtutem veſtram quæro, ſapientiam conſidero, veterem conſuetudinem requiro. Graui conuenit figuræ, iudiciali generi, confirmationi, & confutationi potiſſimum. Parœmia: id eſt prouerbium rebus, atq; temporibus: accommodatum eſt, vt lupus eſt in fabula: tunc dicitur: quoties ſuperuenit ille, de quo loquimur: vt a nobis ſui præſentia loquendi remoueat facultatem. Paromœon: id eſt ſimile, fit, cum ſimilis litera multis tamen vocibus præbet initium, vt o Tite tute Tati tibi tanta tyranne tuliſti: & Machina multa minax minatur maxima muris, & Multà viri virtus animo, multusq; recurſat Gentis honos.

Paropodoſis, id eſt redditio orationis fit cum verbum, quo cœpit membrum: in fine iteratur, vt publica tibi imputare debet reſpublica. Periphraſis, quæ vocatur a Cicerone Circuitio, eſt Circũlocutio dicta a Peri: id eſt circum vel circa, & Phraſis locutio, fit, cum id, quod vno, aut paucioribus dici poteſt verbis, pluribus explicatur, vt Tempus erat, quo prima quies mortalibus ægris Incipit, & dono diuum gratiſſima ſerpit.

Conuenit poetis. Oratoribus enim eſt aſtrictior, vt Sci-pionis prouidentia Carthaginis opes fregit: ſuffeciſſent Scipio, & Carthago. Nonnunq̃ eſt neceſſaria: cum dictu deformia tegit. Salluſtius at reliqua ſunt intima naturæ. Conuenit graui, & mediocri figuræ, demonſtratiuo præcipue generi, vbi maior eſt ornandæ orationis cura. Periſſologia eſt ſuperflua multarum dictionum locutio dicta a Periſſos .i. ſuperflua, & Logia locutio, vt aiunt, ſed non recte. Dicitur enim a Periſſaomæ .i. distrahor, occupor. Eſt nanq; ſermo circa multa occupatus, inaniterq; diſtractus, vt ibant qua poterant, ſed qua non poterant, non ibant: hic omnia excepto ibant ſuperflua ſunt. Pleonaſmos .i. ſuperabundantia dicta a pleonazo .i. ſuperabundo, eſt abundans vnius vocis ſupra neceſſitatem oratio, vt ore locuta eſt, & oculis vidit: & qualiſcunq; geminatio, repetitio, & adiectio Pleonaſmos videtur. Ploce eſt frequenter repetitio: quando primo verbo longum poſt interuallum, redditum eſt vltimum, & media primis, & mediis vltima congruunt. Cicero, veſtri his factum deprehenditur patres cõſcripti, non meum quidem pulcherrimum quidem factum, verum, vt dixi, non meum. hanc Martianus Copulationẽ vocat, in qua idem nomen, aut verbum continue poſitum diuerſa ſignificat, vt eſt ſed tamen ad illam diem Meuius, ad illud tempus Meuius. Polyptoton .i. multus caſus, dicta a Polys: id eſt multus, & Ptoſis caſus: eſt oratio caſuum varietate diſtincta, vt Littora littoribus contraria, fluctibus vndas Imprecor, arma armis pugnent, ipſiq; nepotes. Polyſyndeton: id eſt multipliciter coniunctum dictum a Polys: id eſt multum Syndeſmos coniunctum, & colligatum: licet quidam, ſed non bene, polyſyntheton dicant, eſt oratio multis nexa coniunctionibus. Athamasq;, Thoasq;, Pelidesq;, Neoptolemus, primusq; Machaon. Poſma, quæ vocatur a Cicerone Interrogatio, non ois grauis eſt neq; orna-

Grãmat. error.

Grãma. error.

ta,ſed hæc, quæ, cum enumerata ſunt ea,quæ obſunt cauſæ aduerſariorum confirmat ſuperiorem orationẽ, vt cum igitur hæc omnia faceres, diceres, adminiſtrares; vtrum animos ſociorum ab re publica remouebas, & alienabas,an non? Graui præcipue competit figuræ, iudicialiq; generi, & cum probamus. Propatalepſis vide Paragogen. Proſapodoſis. i. aſſignatio, redditioq; quæ vocatur a Cicerone Subiectio,cum interrogamus aduerſarios, aut quærimus quid ipſi ab illis, aut quid contra nos dici poſſit: deinde ſubijcimus id quod oportet dici, aut quod non poteſt, aut nobis adiumento futurum ex contrario, vt quæro igitur vnde iſte tam pecunioſus ſit factus, amplum patrimonium relictum eſt? patris bona venierunt. hæreditas aliqua obuenit? non poteſt dici: ſed a neceſſariis omnibus exhæredatus eſt: præmium aliquod ex lite, aut iudicio cœpit? non modo id non fecit, ſed etiam inſuper ipſe grandi ſponſione vinctus eſt. Ergo ſi his rationibus locupletatus non eſt, ſicut omnes videtis: aut domi naſcitur aurum, aut vnde non eſt licitum, capit. Conuenit graui figuræ, deliberatiuo generi præcipue, & nonnunq̃ iudiciali, vix vnquam demonſtratiuo, confirmationi maxime, & confutationi. Multum ineſt acrimoniæ, & grauitatis in hac exornatione: propterea quòd cum quæſitum eſt, quid oporteat: ſubijcitur id non eſſe factum. Quare facillime fit: vt exaugeatur indignitas negocii. Proſopopœia. i. perſonæ fictio dicta a Proſopon. i. perſona, & Pœio. i. fingo, a Cicerone vocatur Conformatio, fit, cum aliqua, quæ non adeſt perſona confingitur, quaſi adſit, aut cum res muta, aut informis fit eloquens, & formata, & ei oratio attribuitur ad dignitatem accommodata, aut actio quædam, vt vrbs ſic loquatur plurimis trophæis ornata triumphis ditata certiſſimis, clariſſimis locupletata victoriis, nunc veſtris ſeditionibus vexor o Ciues, q̃ dolis malitioſa Carthago, viri-

bus probata Numantia, diſciplinis erudita Corinthus labefactare non potuit, eam patimini nunc ab homunculis teterrimis proteri, atque conculcari. Graui præcipue conuenit figuræ, iudiciali generi, concluſioni, quæ per cõqueſtionem, aut indignationẽ fit. Protheſeon præpoſitura, quæ & Parallage dicitur, fit cũ litera mutatur, ut aſuenio pro aduenio: uel quando dictio ponitur non ꝓpria, vt cui tantum de te licuit, pro in te. Protheſis.i. appoſitio dicta à Pros.i. ad & Theſis poſitio, fit, cum dictioni additur litera, aut ſyllaba, ut gnatus ꝓ natus, quo nomine poetæ, & maxime comici vtuntur: cum componuntur præpoſitiones, & nihil ſignificãt, vt adnoto pro noto, refero ꝓ fero. Sarcoſmos eſt plena odio, atq; hoſtilis irriſio nõ quæcunq;, ſed quæ à capitali odio ꝓficiſcitur, dicta à ſarx ſarcos.i. caro, quod qui ea vtitur, vitam petit illius, in quem inuehitur, ut referes ergo hæc, & nũcius ibis Pelidæ genitori, illi mea triſtia facta. Scheſiſonomaton dicta à Scheſis.i. habitus, & Onomaton.i. nominum, eſt, cum ſingulis nominibus epitheta coniuncta ſunt, vt Marſa manus, Peligna cohors, feſtina uirum uis: fit etiam, cum in cõnexu ſententiarum plures ponũtur Antinomaſiæ, vt armipotens Tritonia virgo. Solœcophanes dicta à Solœco, ideſt Solœciſmo, & Phano.i. claro: eſt figura, quæ ſub Solœciſmi claritate, & demonſtratione diuerſa genera inordinate, & obſcure cõiungit, & caſus nulla rationis cauſa niſi obſcuritatis vitio. Verg. viii. Corripit in nodũ complexus, & angit inhærens Eliſos oculos, & ſic cum ſanguine guttur: ordo eſt angit guttur, & eliſos oculos, ſcilicet facit, guttur dico ſiccum ſanguine p hoc cadauer oſtendit. Fit ergo ex ordine inconcinno, & parit obſcuritatẽ contra virtutem orationis, quæ dilucidatur. Solœciſmus dicitur à Solone, qui à Crœſo diſcedens in Cilicia vrbẽ Solon condidit: tractu tẽporis cũ alieni populi accederent, vocem corruperunt, eſt incõ-

uenιens Romano ſermoni verborum iunctura cōtra artis grāmaticæ regulam poſita in contextu partium orationis à latinis Imparilitas, à vetuſtioribus Stribiligo tanq̃ ſterobiligo vel ſtribiligo, à ſteblo.i.torqueo, ac deprauo dicebatur. Quia ob prauitatē,& verſutiā orationis tortuoſæ prauus peruerſus,& verſutus erat, & qui ſimili vitio aliquādo peccaſſent: Soloecizare, quod lingua ſcytica eſt corrupte loqui diceretur:& fit in noie generis mutatione, vt purpurea Narciſſus pro purpureus: immutatione caſuum, vt vrbem, quam ſtatuo, veſtra eſt, pro vrbs: immutatione numerorum, vt pars in fruſta ſecant pro ſecat, & hoc in carmine vtimur frequētius, q̃ in oratione ſoluta, ut patuit: immutatione perſonarum, vt Danai qui parent Atridis q̃ primum arma ſumite pro qui paretis: mutatione temporum, ut fumat Neptunia Troia, pro fumauit: poteſt eſſe hic ſyncope: per qualitates, ſiue ſignificationes uerborū, ut Expoliātur eos, & corpora nuda relinquunt: per modos verborum, ut At Rutulo regi ducibusq; ea mira videri Auſoniis pro uidebatur. per aduerbia localia, ut intus eo & foras ſum pro intro eo, & foris ſum: per præpoſitiões ut ſub lucem ibant pro ante lucē: per gradus ut bonus, aut melior omnium pro optimus: per coniunctiones ſubiectisq; vrere flammis. q; pro ue: per geminationē abnuēdi, vt nihil nunq̃ peccaui pro nihil uel nihil unq̃ peccaui: per accentus, ut ſiquis pronunciaret ſine accentu in fine pone, falſo, quæ differentiæ cauſa in vltima habent accentum: per ordinis immutationem, ut enim fieri non debet pro fieri enim. Fit etiam Soloeciſmus (ut aiunt) ſi uirum monſtramus, hanc dicimus, aut foeminā hunc: aut ſi interrogamus quò pergis? reſpondes

Grāma. error.

Romæ: aut ſi unum ſalutamus ſaluete dicimus: quod nō probo: cum præcedens demonſtratio uel interrogatio, uel ſalutatio cōtextæ uim orationis obtineat. Syllogiſmus uero eſt argumentationis ſpecies alias & di-

uerſas ſub ſe ſpecies detinens, dicitur à ſyllogiſomæ.i. ratiocinor. Synatriſmos, quæ uocatur à Cicerone Frequentatio, eſt cum res in tota cauſa diſperſæ coguntur vnū in locū, in quo grauior, aut acrior, aut criminoſior oratio ſit: quæ frequentatio plurimum coniecturalibus cauſis opitulatur: cū ſuſpiciones, quæ ſeparatim diſiunctæ, imminutæ, & infirmæ erant, unum in locū coactæ, ſé uidentur perſpicuam facere non ſuſpicioſam, ut nolite igitur, nolite Iudices ea, quæ dixi ſeparatim ſpectare, ſed oīa colligite, & conferte in unum, ſi & commodum ad iſtum ex morte illius ueniebat, & uita eſt turpiſſima hominis, animus auariſſimus, fortunæ familiares attenuatiſſime, & res iſta nemini bono præter iſtū fuit: neque aliis iſte commodioribus rationibus facere potuit, neq; præteritū eſt ab illo quidquā, quod opus fuerat, neq; factum, quod opus non fuit ad maleficiū: & tum locus idoneus maxime quæſitus, tum occaſio aggrediendi commoda, tempus adeundi opportuniſſimum, ſpatium conficiendi longiſſimum ſumptum eſt non ſine occultandi, & perficiendi ſpe maleficii maxima, & præterea ante q̃ occiſus homo is eſt, iſte uiſus eſt in eo loco, in quo eſt occiſio facta, ſolus: paulopoſt in ipſo maleficio uox illius, qui occidebatur, audita eſt: deinde poſt occiſionem iſtum multa nocte domum rediiſſe conſtat, poſtera die titubanter, & inconſtanter de occiſione illius locutum. Hæc partim teſtimoniis, partim quæſtionibus & argumentis omnia comprobantur: & rumore populi, quem ex argumētis natum, neceſſe eſt, eſſe uerum. Veſtrum Iudices eſt his locum, in unum collocatis certam ſumere ſententiam, non ſuſpicionem maleficii. Conuenit omnibus figuris, maxime graui, generibus, iudiciali præcipue, confirmationi, & reprehenſioni, & concluſioni, ſed diſpari ratione. Nam illic augendi criminis cauſa: hic uero admonendi: in cōfirmatione præterea, & reprehenſione omnia

argumenta, quæ in tota fuerant oratione breuiter in vno loco colliguntur: in concluſione ea tantum, quæ ualidiſſima ſunt. Synalepha, vel Synalipho.i.complexio, vel coniunctio, dicta à Synalipho.i.coniungo, vel compreſſio à Syn.i.con, & Alœphe.i.preſſio, fit, cum uocalis aliqua in fine dictionis per ſubſequentem uocalem abiicitur in metro, ut ille & terris: fit enim ſcanſio letter: vbi primum E præcedens eliditur. Synchioſis eſt, quæ duas diuerſas res colligit, ut tam deeſt auaro quod habet, q̃ quod non habet: huic contraria, eſt diuiſio quo duo unum ualere oſtendimus, quæ uidentur eſſe diuerſa, ut non demum ſit is veneficus, qui vitam potione data abſtulit, ſed qui mentem. Syncope .i.conciſio dicta à Syn.i.con, & copto incido, fit, cũ de medio tollitur litera, ut audacter ꝓ audaciter, uel ſyllaba, ut glutiſſe pro glutiuiſſe. Synæreſis uide Epiſynalipha. Syncheſis.i.cõfuſio dicta à Syn.i.con, & Cheſis fuſio, eſt Hyperbaton obſcurum ex oĩ parte, ut vina bonus, quæ deinde cadis & cætera: ut ſit ordo deinde heros diuidit vina, quæ bonus Aceſtes onerarat cadis, & de Trinacrio littore abeuntibus dederat. Idem in.ii. Iuuenes fortiſſima fruſtra pectora & cætera, eſt ordo Iuuenes fortiſſima pectora fruſtra ſuccurritis vrbi incenſæ, omnes dii, quibus imperium hoc ſteterat, exceſſere adytis, arisq; relictis, videtis, quæ fortuna ſit rebus, ſi vobis certa cupido ſequi me audẽtem extrema irruamus ĩ media arma, & moriamur. Syſtole.i.correptio dicta à Syſtello.i.corripio fit, cum ſyllaba natura longa corripitur, vt ſteteruntq; comæ: hic te longa breuiatur: vt ſubitã denotaret rem quod ſine exemplis fieri non debet. Tapinoſis.i.humiliatio, fit, cum rei magnæ humilis ſit expoſitio, ut gurges pro mari: vel fit, cũ ſingularis ponitur pro plurali, ut armato milite complent pro armatis militibus. Hoc vitiũ in graui figura ponitur à Cicerone, cum grauioribus verbis, q̃ res poſtulat, aliquid

dicitur. Tautologia.i.idem ſermo non dicitur Tauto logia, vt aiunt. Tautotes enim iteratio dicitur, à Cicerone vocatur expolitio eſt eiuſdem verbi, aut ſermonis de eodem iteratio, vt egomet ipſe uenio, vel cum idẽ per diuerſa exprimitur. Verg. quem ſi fata viiū ſeruant, ſi veſcitur aura Aetherea, nec adhuc crudelibus occubat vndis. non vmbris eſt legendum: fit etiam, cum de eodem ſed diuerſe dicimus. Verg Rex erat Aeneas nobis, quo iuſtior alter Nec pietate fuit, nec bello maior, & armis.i. qui iuſtitia, qui pietate, qui bello pollebat. Omni conuenit figuræ præcipue graui, omniq; generi, in confirmatione, atq; reprehenſione. Tmeſis.i.ſectio, diuiſio dicta à Temo.i. incido eſt unius cōpoſiti, vel ſimplicis ſectio vna dictione, vel plurimis interiectis, ut hac fortuna tenus.i. hactenus. Topographia .i. loci deſcriptio dicta à Topos.i. locus, & Graphia.i. ſcriptura, fit, cū verum ſcribimus locū, ſicut Topothesia .i. ficti loci deſcriptio dicta à topos, & theſis poſitio, fit, cū fictum pro uero ſcribimus locū. Tropus dictus à trepin, hoc eſt à vertendo. eſt uerbi, vel ſermonis à propria ſignificatione in aliam non propriam cum virtute mutatio cauſa neceſſitatis, cum proprium non habemus vocabulum: & cauſa ornatus, & hoc eſt cū tranſlatum ſignificantius, q̃ proprium exprimit.

Grāma. error.

ℭDe Patronymicis.

PAtronymicū, quod à patre, & onoma, ideſt noie, O in y cauſa melioris ſoni mutata dicitur, eſt, quod non à propriis tantum deriuatur patrū nominibus, ſed etiam ab aliis, vt patebit, & ſignificat cum genitiuo primitiui filiū vel nepotẽ filiā uel neptem, interdum alios deſcendentes, vt Aeacides filius vel nepos Aeaci, & & Belidæ, ideſt Palamedis habentis originem à Belo. His autem patronymicis vtuntur poetæ, & interdū hiſtorici, quibus etiam aliquando permittitur licentia, & nō oratoribus, ut aiunt. Quint. tamen inquit de Tynda

Grāma. error.

ridis fabuloſum. Cice. Tyndaridæ fratres. Idem à ſuis Tyndaridis. Lactāt. in prio cap. v. Tyndaridis. Var. me Pruſiades tradere uolebāt: & formantur à noībus duntaxat græcis non autē latinis, niſi in admodū paucis, vt Romulidæ Scipiades, Menniades, & fuit inuentum ornatus cauſa & metri neceſſitate. Patronymico accidunt tria deriuatio, terminatio, & forma. Deriuatio patronymici eſt qualitas quæ ſui originem oſtendit. Nam aut deriuatur à patre, ut Pelides Pelei filius, aut à matre, ut Phyllirides Phylliræ filius, aut à fratribus Phaetontiades Phaetontis ſorores, aut ab auo, ut Aeacides nepos Aeaci, aut ab Auo materno, ut Atlantides filius filiæ Atlantis, aut à vitrico, ut Amphitryoniades Amphitryōnis priuignus, aut à regibus, ut Romulidæ aut à filiis, ut Meleagris Altea Meleagri mater, aut à maritis, ut Menelais Helena Menelai vxor, aut ab vrbe ut Argolis, aut à gēte, ut Troas, aut à regione, ut Theſſalis, Colchis, quæ ab vrbe, gente, & regione, ſunt potius patria patronymicis ſimilia, & ſignificant rem in patria genitam, ut equa, muſcæ. Quæ omnia ſtudioſe Lector apud autores ſæpiſſime leges. Terminatio eſt qualitas, quæ patronymici vocem oſtendit, & eſt bipartita. Nā aut maſculina ſunt, aut fœminina. Maſculina apud Græcos tres habent terminationes in Des, in Adios & in Ion. Maſculina in Des terminata, vt Atrides ſunt cōmunia apud Græcos, non apud nos, qua ſola terminātione noſtri vtuntur. Nam aliis duabus non vtuntur. i. Ion, vt Pelion pro Pelides, & in Adios, vt Hyrtadios Hyrtæ filius: & pro Des quoque Romani cognominibus familiaribus vtuntur, vt Cornelii, Marcelli à primo Cornelio & Marcello, ſicut Græci Theſidas, omnes Theſei minores appellarunt. Inueniuntur etiā quædā nomina forma patronymica ſignificatione denominatiua, vt Euripides proprium, non Euripi filius, ſed ab Euripo, ideſt canali, & aquarum aliunde ductarum, &

Grāma. error.

in ſublime ſalientium ductū nominatus. Legūtur quoq; quædam nomina, quæ & patronymica ſunt, & ꝓpria, vt Heraclides patronymicum, & propriū, ſic Iulianus poſſeſſiuum & proprium. In Nus, & Ius ſunt poſſeſſiua non patronymica, ut aiunt, ſed inueniuntur apud latinos vſurpata pro patronymicis, vt Aemilianus Scipio pro Aemilii filius, & Saturnia Iuno pro Saturni filia: & patronymica pro poſſeſſiuis. Ouidius in primo, ludere ſæpe ſolebat inachidas ripas pro inachias, ſed hoc rarius. Fœminina patronymica apud Græcos treis habent terminationes in Es, in As, in Ne ꝓductā, quæ apud nos tranſeunt, vt inferius oſtendemus. Forma eſt modus, quo à primitiuis patronymica deſcendunt, & eſt maſculina, & fœminina. Patronymica maſculina formantur à nominibus primæ, ſecundæ, & tertiæ declinationis tantum, & non quartæ & quintæ. Quoniam quarta & quinta declinatio non habet, ut ſuperius patuit, nomina propria. Si primitiuum eſt declinationis primæ æ genitiui vertitur in A, & additur des vt Andreæ Andreades, Maiæ Maiades, Anchiſiades ſecundum regulam, ſed additur I ante A, & fit Anchiſiades, quaſi veniret à recto Anchiſios: remota de fit fœmininum Anchiſias. Si primitiuum eſt ſecundæ declinationis, & genitiuus in I ſolam definit, genitiuo additur des, ut Priami Priamides penultima correpta, q̄uis legantur etiam penultima longa, ut Eelides. Si primitiuum eſt declinationis ſecundæ, & genitiuus in geminum I definit, vltimum I genitiui vertitur in A, & additur des, vt Menœtii Menœtiades penultima correpta. Si primitiuum eſt declinationis ſecundæ, & genitiuus in Ei definit, Ei genitiui mutatur in I longum, & additur des, vt Mattei Mattides. Si primitiuum eſt declinationis tertiæ in genitiuo inter I, & S interponitur de, ut Neſtoris Neſtorides penultima correpta. Scipio tamen q̄q̄ latinum nomē ſit, Scipiades facit pro Scipio-

nides: ſed poetæ interdum addunt E ante I, & dicunt Achilleides, & remota de fit fœmininū Achilleis, multi tamē volunt formari à noīatiuo Achilleus, ſicut Theſeis à nominatiuo Theſeus, & ſignificat filiam, vel neptem, uel fabulā, ſeu hiſtoriā de Achille, ſicut Aeneis, & ſimilia: aliquādo addunt A poſt I, ut Atlantiades, remota de fit fœmininū Atlantias, ſic & Phaetontiades Phaetontias, Amphytrioniades Amphytrionias, ſed non ſemper faciunt abuſionem. Nam ſequuntur quoq; regulam. Patronymica fœminina formantur à maſculinis remota de, vt Priamides Priamis. Sed ſi maſculina I longam per ſynæreſim factam habuerint: illud I in Ei vertunt, vt Theſides pro Theſeides Theſeis, inueniuntur etiam multa huius quoque formæ nomina gentem ſignificantia, vt Theſſalis, Colchis. Notandū eſt: quod Aeneis, vt legitur, non eſt à nominatiuo Aeneas mutando A in I, vt aiunt, ſed à nominatiuo Aeneus, vt

Grāma. error.

antiqui teſtibus Phoca, Seruio, & Priſciano dicebant: hinc ænidæ. Verg. nec ſatis ænidæ telis. Patronymica fœminina in Ne formantur à genitiuis primitiuorū addita ne penultima ꝓducta, vt Adraſti Adraſtine. Si genitiuus habuerit Ei, Ei in I longum per ſynæreſin mutabit, vt Nerei Nerine: ſi habuerit genitiuum I, vltimum I mutatur ī O, vt Acriſii Acriſione, hinc Achriſioneus poſſeſſiuum. Abuſio quoque fit in patronymico additione, cum aliquid contra regulam additur, vt Atlantiades pro Atlantides: uel diminutione, cum aliquid contra regulam minuitur, vt Deucalides pro Deucalionides, Scipiades pro Scipionides. Patronymica maſculina ſunt declinationis primæ, ut nominatiuo hic Priamides, genitiuo Priamidæ, datiuo Priamidæ, accuſatiuo Priamiden: vocatiuo ò Priamide: ablatiuo à Priamide: pluraliter nominatiuo Priamidæ: genitiuo Priamidarum, & Priamidū: datiuo Priamidis: accuſatiuo Priamidas: vocatiuo ò Priamidæ: ablatiuo à Priamidis. Pa-

tronymica vero fœminina ſunt tertiæ declinationis, vt hæc Priamis: genitiuo Priamidis vel Priamidos: datiuo Priamidi: accuſatiuo Priamida: vocatiuo o Priami: ablatiuo a Priamide: pluraliter nominatiuo Priamides genitiuo Priamidum: datiuo Priamidibus: accuſatiuo Priamides, & Priamidas: vocatiuo o Priamides ablatiuo a Priamidibus. Nominatiuo Nerine: genitiuo Nerines: datiuo Nerine: accuſatiuo Nerinen: vocatiuo o Nerine: ablatiuo a Nerine: pluraliter nominatiuo Nerinæ genitiuo Nerinon: datiuo Nerines: accuſatiuo Nerinas: vocatiuo o Nerinæ: ablatiuo a Nerines.

¶De Poſſeſſiuis.

POſſeſſiuum eſt illud, quod cũ gtõ principali ſignificat aliquid ex iis, quæ poſſidentur, vt regius. Poſſeſſiuo accidunt deriuatio, terminatio, & forma. Deriuatio poſſeſſiui eſt qualitas, quæ ſui originem oſtendit. Nam alia fiunt a nominibus, vt Cæſar Cæſareus: alia a verbis, vt egeo egenus, alia ab aduerbiis, vt cras craſtinus. Terminatio eſt qualitas, quæ poſſeſſiui vocem oſtendit. Poſſeſſiua namq; aut a Græcis, aut a Latinis ſumpta ſunt: a Græcis ſumpta terminationes habent, in Cus & Vs puta. In Cus in treis diuiduntur ſpecies: alia namq; a diſciplinis, vt Socraticus, alia a profeſſionibus, vt grãmaticus: alia a morbis formantur, vt cardiacus. In Vs putam in duas diuiditur ſpecies. Nam alia primitiui ſignificationem habere poſſunt, vt Thracius pro Thrax, alia ex materia principalium, vt ligneus. Poſſeſſiua a latinis in rius, & nus terminantur: in Rius terminata aut ab officiis veniunt vt argentarius, aut a dignitatibus vt prætorius: quæ poſſeſſiuam etiam habent ſignificationem. Poſſeſſiua enim dicimus non ſolum poſſeſſionem ſignificantia, ſed etiam quæ formam habent poſſeſſiuorum: aut a rebus in quibus ſunt vt collarium, quod eſt in collo: aut a rebus, de quibus ſunt, vt lex frumentaria de frumento: aut a rebus, quas continent, vt cella vinaria, quæ

uinum continet, ſic tabularinm, ſacrarium, ærarium, armarium, armentarium, atramentarium, calamarium, pennarium, penarium ubi reponitur penus, hoc eſt omnia edulia ad victum pertinentia, uiuaria ubi ſeruantur aues piſces, feræ, & animalia uiua, quæ ad uictum ſpectant. Eſt notandum, quòd neutra in arium partim, ut prædicta locum, partim rerum copiã, partim utrunq;, & rem ipſam ſignificant. Pomarium eſt locus reponendorum pomorum, uel locus conſitus pomis, & ipſa poma, q̃uis negent. Ouid. in epiſto. Eſt aliquid plenis pomaria carpere ramis: aluearium locus, ubi ſunt aluei apum, & copia alueorum: roſarium, & roſetum magis eſt copia roſarium, q̃ ipſe locus: plantarium eſt copia plãtarum, vel ĩpſæ plantæ, & locus plãtarum. Pli. in. xvii. ca. xii. quædam in plantario inſitæ: ſeminarium eſt ſemen ipſum: id eſt plantæ, & locus quãuis negent. Plin. xvii. cap. xi. plantas a ſeminario, & cap. xx. ex hoc ſeminario: pampinarium eſt congeries pampinorum: hoc calcearium pro calceis, ueſtiarium pro ueſtibus: cibarium pro cibis, pulmentarium pro pulmento, fuſtuarium pro fuſtigatione. Liu. fuſtuarium meretur: carnarium eſt ipſa caro, & locus ubi ſuſpenditur caro. Colu. lib. xiii. cap. iii. & paulum aſſicatum in carnario ſuſpendi. Var. de re ruſt. ii. ſuccidiam in carnario ſuſpenderit. Verg. in Moreto carnaria iuxta. Pulmentarium pro pulmento. Velarium pro uelis, donarium ipſum donum, & locum ſignificat, in quo dona deorum reponuntur. Gel. lib. ii. cap. x & alia quædam religioſe donariis conſecrata. Apul. li. ix. cantharoq;, & ipſo ſimulachro, quod gerebam apud fani donarium: palmarium dignum palma. In Nus terminata poſſeſſiua, vt Cæſarianus miles: patria & poſſeſſiua, vt Nolanus ciuis, & Nolanus ager: agnomina poſſeſſiuis ſimilia, ut Africanus Scipio: propria tantum formæ poſſeſſiuæ, vt Adrianus: propria eadem & patria & poſſeſſiua, ut Larinus Fauni filius, & Latinus ciuis, &

Grãma. error.

Grãma. error.

Latinus ager:poſſeſſiua loco patronymicorum, vt Aemilianus Scipio Aemilii filius,ex eadem forma agnomina quoque multa inuenies,vt Africanus, Perſicus,Getulicus, Creticus:a locis uenientia, ut ruſticanus:a dignitatibus, & officiis ut tribunus: a temporibus, ut diurnus: a generibus ut maſculinus: a mutis animalibus,ut taurinus, ex materia: ex qua conſtamus ut humanus,a fortuna ut libertinus,a nominibus, ut Romanus, a numeris,ut bini,terni,quaterni, quini,ſeni, ſepteni, & ſic de ſimilibus. Forma eſt modus, quo a primitiuis poſſeſſiua deſcendunt: & eſt a Græcis, & a Latinis ſumpta:forma a Græcis ſumpta aut in Cus, aut in Vs puram(ut patuit)exit: In Cus poſſeſſiua ſic formantur:ſi primitiuum C literam habuerit in nominatino, ultima ſyllaba uerſa in Vs C remanente faciet poſſeſſiuum primitiuo æquiſyllabum, id eſt parium ſyllabarum, ut Ithaca Ithacus. Si uero primitiuum habuerit I ante Vs uertit in Acus, ut Cyprius Cypriacus: nam Cyprus Cypricus facit: Ilion Iliacus dicitur & Ilienſis, & Iliades.Si Os mutat illud in I,& ſumit Cus, ut rhetoros rhetoricus. Eſt ſciendum, quòd non ſolum a primitiuis, ſed etiam a deriuatiuis deriuantur huiuſcemodi poſſeſſiua a primo caſu ſecundæ, & tertiæ declinationis terminatæ in I,& addita Cus,ut Perſis Perſicus, mulionis mulionicus. Cicero pro Seſtio mulionicam penulam: Afri Africus,Italus Italicus:primæ uero nomen habens I ante A nominatiuo addita Cus, ut cardia cardiacus: ſi conſonantem ante A mutant A in I, & addita cus, ut Creta Creticus: dicitur & cretenſis: quæ nomina ſemper habent penultimam breuem. In Vs puram exeuntia poſſeſſiua ſi formantur. Nomina in A terminata latina,& græca fœminina in E longam deſinentia A,uel E mutant in æ diphthongon, & ſumunt Vs, ut Creta Cretæus Ariadna. Ouidius Cretæam bellua ſtrauit humum: Dione Dionæus: herba

herbæus, ſed a nominibus appellatiuis magis totam ſignificant materiam: dicitur tamen potius terrenus mōs quàm terræus. In Ceus vero deſinentia materiam ſignificant, ſed admiſtam, vt herbaceus, id eſt partim ex herba & formantur hoc modo Nomina primæ declinationis in nominatiuo aſſumūt Ceus, vt herbaceus, tertiæ vero, & ſecundæ a primo caſu habent I, & illud I vertitur in A, & ſumunt Ceus arundinaceus, tophaceus: quamuis euphoniæ cauſa quædam ſemper vno dicantur modo, vt tophaceus non topheus, hordeaceus non hordeus, ſiue totam materiam, ſiue partem ſignificent. Nomina quoq; tertiæ, & ſecundæ declinationis ad materiam pertinentia I verſa in E breuem in quo caſu fuerit I finale, & addita Vs faciunt poſſeſſiua, vt marmor marmoreus, plumbi plumbeus: pauca ſunt nō habentia E vt quernus, colurnus, abiegnus, oleaginus, & faginus. Propria tertiæ declinationis a datiuo mutando I in E, vt Apollineus. Verg. mentis Apollineæ. Sta. primo ſyl. parua Neronea, dicitur & Neronianus. Mart. Thermas tibi habe Neronianas. Hectoreus. Herculeus dicitur & Herculanus Iuue. vero græco poſſeſſiuo vtitur, ſiquis Diomedeas aut Heracleas, Agenoreus, Iones abiiciunt I in huiuſmodi nominibus ſi genitiuus primitiui non ſit par nominatiuo poſſeſſiui quare ἀχιλλῆος dicunt, ne ſi ἀχιλλέος dicant, putetur primitiui genitiuus: quos ſequentes in hoc etiam pro ei diphthongo E longa ponimus Achilleus dicentes: quamuis E correptam in huiuſmodi deriuatis legatur. Verg. Tela Typhoea temnis: & eſt dictio quatriſyllaba, aliter carmen claudicaret. Græca nomina habentia ei diphthongon ante O ei vertunt modo in E longam more ionico, vel attico, vt σπονδῆος ſpondeus modo in E breuem πυθαγόρεος Pythagoreus, modo in I longam ſequente digammate vt ἀργῆος Argius: dicitur quoque argeus, & argiuus: quod in latinis etiam deriuationibus

inuenitur I longa in penultima ante V conſonantem, vt indicatiuus, nominatiuus: modo in I longã interpoſita ſimiliter V conſonante vt Achiuus pro ἀχαιὸς. Nomina propria a gtõ, vel dtõ ubicunq; I litera finalis fuerit addita V s faciũt poſſeſſiua, ut Marti Martius, Cæſari Cæſarius facere debuit, ſed Cæſareus per E dicimus & nõ per I differentiæ cauſa nominis proprii Cæſarius. Nomina appellatiua in V s finita recipientia ei diuiſas ſyllabas ante us faciunt poſſeſſiua, ut patulus patuleius. Nomina in O s deſinentia inter O & S interpoſita V formant poſſeſſiua ut arctos arctous. Noia O, & E in penultima habentia ultima litera in V s uerſa formãt poſſeſſiua ut Euboea Euboeus. Forma a Latinis ſumpta aut in rius aut in us habet poſſeſſiua. In rius noia terminata in A addita rius faciũt poſſeſſiua, vt tabella tabellarius, capra caprarius: ſic & noia tertiæ declinationis in A s, & in Is terminata remota S, & accepta Rius, vt hæreditas hæreditarius, proprietas proprietarius, voluptas voluptarius. Caius. v. digeſtor. cæterarum voluptariarum: claſſis claſſiarius. Nomina ſecundæ declinationis, vel a nominatiuo mutatis duabus vltimis literis, vel a genitiuo mutata vltima litera in A, vt campus campa rius, legatum legatarius. Nomina quartæ a nominatiuo mutata S in arius, vt ſaltus ſaltuarius: tumultus tumultuarius. Liuius tumultuario opere. Nomina tertiæ in V s finita a genitiuo mutata S vltima in A, vt muneris munerarius. Eſt notãdũ, quòd maſculina, & fœminina in arius & aria ſignificant officium, vt veſtiarius, id eſt venditor, & cuſtos veſtium, caprarius, id eſt cuſtos caprarum: excipiuntur proprietarius, fructuarius, vſuarius, legatarius, commodatarius, depoſitarius, fideicommiſſarius, beneficarius, qui proprietatẽ, fructum, vſum, legatum, commodum, depoſitum, fideicommiſſum, beneficium in aliqua re accipit: interdum ponuntur paſſiue, ut palmes emiſſarius, qui emittitur, uel alii qui

emiſſus eſt: equus admiſſarius qui admittitur ad coitum equarum. Tribuarius, ſtipendiarius, & depoſitarius qui ſoluendo tributo, ſtipendio, depoſito eſt obnoxius, ut munerarius, q dat munera gladiatoribus in arena apud populum certantibus. Sunt quædam fœminina nomina rerum, ut hæc calcaria, hæc ſulphuraria ubi calx coquitur, & ſulphur fit. Nomina tertiæ declinationis a datiuo addita Vs formant, ut cenſor cenſorius, olitor olitorius. Vlpia. vii. dige. hortos olitorios. Eſt ſciendum: quod nomina in orius, oria, orium, ſignificant officium ut prætorius: tributorius autem, & depoſitorius ſunt, qui tributo ſoluendo, & depoſito reſtituendo ſunt obnoxii: & deſcendunt a nominibus uerbalibus Cenſor: ſed nomina ſecundæ declinationis formata a genitiuo mutata I, uel o neutro mutata Vm in Orius ut tributorius. Quæ ueniunt a uerbis plerunque ſignificant locum, vt deambulatorium, dormitorium, repoſitorium, & formantur a primo ſupino Vm verſa in orium, ſunt qui volunt ab vltima V litera verſa in orium. Tentorium vbi tenduntur vela vel potius ipſa vela, ſeu velamenta contra pluuias. Excipiuntur amatorium, quod eſt potio inducens hominem ad amorem, & ad inſaniam: tectorium, quod eſt illinimentum: id eſt parietis incruſtatio: portorium eſt vectigal portus, vel fluuiorum vel aliorum tranſituum, & portitor dictus non a porto, ſed a portu, vel porta, eſt qui portorium: id eſt vectigal portus, & portæ exigit. Vergilius in ſexto & qui portat aliquid. Sta. glacialis portitor Vrſæ, & qui portatur, tunc dicitur a porto. In nus poſſeſſiua. Nomina in A finita niſi ſint mutorum animalium producta A, & addita Nus, vt Roma Romanus. Quædam mutant A in enus vt terra terrenus. Quædam in Inus, vt Iugurta Iugurtinus, Meſſala Meſſalinus, fœmina fœmininus & fœmineus. Pluralia in æ diphthongum, vel in A terminata remota E, & addita Nus, vt Thebæ Thebanus, mem-

bra membrana,& eſt fœmininum: Venetiæ vero Venetus facit. In Ius deſinentia vltima I genitiui in A conuerſa, & addita Nus, vt Pompeii Pompeianus: quædam abiiciunt A, vt Ambroſius Ambroſinus. Aduerbia temporalia in E longa finita E in A mutata, & addita nus, vt quotidie quotidianus, ſed hodie hodiernus facit. Biſſyllaba in cus deſinentia a genitiuo, vel alio caſu vbi finalis fuerit vocalis addita nus, ut mancus mācinus, ſed lacus lacuna, priſcus priſtinus, Tuſcus Tuſcanus facit, & ſiquod aliud reperitur. Polyſyllaba: id eſt multarum ſyllabarum in cus, vel in culus terminata I genitiui in A mutata, & addita nus, ut ruſticus ruſticanus, tuſculus tuſculanus, ſed maſculus maſculinus habet. Neutra in Vm finita antecedente conſonante I genitiui in A conuerſa, & addita nus, vt oppidi oppidanus: ſed quædam vrbium nomina ſumunt tanus in genitiuo vt Drepanum Drepanitanus, Salernum Salernitanus, & ſimilia: & quædam in nus, vt Tarentum Tarētinus, Grumentum Grumentinus, Sirentum Sirentinus, Spoletum Spoletinus non Spoletanus, vt aiunt, Priſ. & alii, & ſimilia. Maſculina vel fœminina tertiæ declinationis appellatiua creſcentia in genitiuo I datiui in A mutata, & addita nus, vt fonti fontanus, & fontinalis. Liu. in primo de bello Macedo. ad portam fontinalem: luci lucanus: præter ætas æternus: antiqui æuitas, & æuiternus habebant ab æuo, vetus veternus, & veteranus ſed diuerſas habēt ſignificationes: menſis menſtruus. Cicero primo Rhet. & menſtruus. Hyems vero hyemalis, & non hybernus, ut aiunt. Nam hybernus dicitur ab hymber ſicut pater paternus, ſed amittit M cauſa euphoniæ, cenſor cenſorinus, & ſimilia, quæ ex poetarum autoritate contra regulam leguntur: ſed ipſe ſemper cenſorius dixero: ſed a propriis deriuata plerunq; I ante A habent vt Iouis Iouianus, Cæſar Cæſarianus, Piſo Piſonianus Milo Milonianus dixerunt: poſſumus dicere quòd a

Priſcia. & alior. error.

Grāma. error.

Cæſarius, Milonius, Piſonius, & Iouius ſi hæc inuenirentur, ſunt deriuata. Neutra tertiæ declinationis in E finita datiuo addita nus penultima longa, vt mare marinus, & maritimus. Noia tertiæ declinationis æquiſyllabica a datiuo ſumpta Nus, vt collis collinus, uerres uerrinus. Nomina in Er ſecundæ declinationis addita Nus penultima longa ut adulter adulterinus, ſed hauſter hauſtrinus ſcribitur cum H quia uenit ab haurio, & ueſper ueſpertinus faciunt. Nomina in Ium propria ſecundæ declinationis ultima I genitiui remota, & addita Nus ut Canuſium Canuſinus. Nomina in Vs ſecundæ declinationis præcedente conſonante niſi deſinat in Cus ſupra duas ſyllabas, uel in Culus a genitiuo addita Nus, ut carus carinus. Marcellus Marcellinus: excipiuntur mundanus, humanus, Priſcianus a priſco, uel potius a Priſcio, & taciturnus. Græca patria in Tes finita uerſa Es in A, addita Nus, ut Neapolites Neapolitanus, Anconitanus: poteſt eſſe ab Anconites, Gadis Gaditanus quaſi a Gadites. Nomina mutorum animalium ſi fuerint primæ declinationis æ genitiui in I uertentia, ſi ſecundæ a genitiuo, ſi tertiæ a datiuo addita Nus penultima longa, ut capra caprinus, formica formicinus. Plautus mouet formicinum gradum, muſtella muſtellinus, & muſtellarius. Plautus hara muſtellaria, taurus taurinus, aper aprinus, quod ueteres aprugnus dixerunt. Plaut. in Pœ. callum aprugnum. Plinius Catonis Cenſoris orationes aprugnum exprobrant: canis caninus, paſſer paſſerinus, anſer anſerinus. Nomina in E tertiæ declinationis, uel mittentia genitiuum in ius niſi ſunt mutorum animalium a nominatiuo addita Nus vt pater paternus dicitur & patrius, ut bis patriæ cecidere manus. Vergilius in ſexto alter alternus. Nomina in is præcedente N remota ia, & addita Vs penultima longa, ut lauinia lauinus. Hiſpania Hiſpanus. Campania Campanus: Dardanus corripit, & eſt proprium abuſiu

ue pro Dardanio ponunt Poetæ, vt Dardanus Aene-
as.i. Dardanius generoſus & non ut aiunt nullo fulti
autore quòd Dardanus.i. vocabatur Aeneas. Nomina Grāma.
in ia ſi non præceſſerit N mutant A in nus penultima error.
longa, vt Alexandria Alexandrinus. Noia in teria fini-
ta, ia remota, & addita nus, vt Fabrateria Fabraternus.
Noia arborũ in ginus formant, vt olea oleaginus, fagus
faginus, ſed ilex iligneus, & iliceus, Ter.i. A del. iligneis
pedibus. Sta. iliceæq; trabes, ſalix ſalignus. Hora. in ſer.
lumbosq; ſaligno fuſte dolat, abies abiegnus, corilus co
lurnus, quercus quernus & querneus, ficus ficulnus &
ficulneus licet negent, ut in Collectaneis diximus. Ad-
uerbia tẽporalia in Tinus, vel Vrnus, vt craſtinus, diuti-
nus diurnus & diuturnus: heri tñ heſternus. Aduerbia Grāma.
quædã in Gnus faciunt poſſeſſiua penultima longa, vt error.
bene benignus, male malignus. Præpoſitiones in Ra
uertunt Ra in Er, & ſumunt Nus, vt infra infernus, ex-
tra externus, vt aiunt, ſed nõ bene. Nos uero à noibus Grāma.
formari, & non à præpoſitionibus cõtendimus ab ex- error.
ter externus, ab infer infernus. Inueniuntur quoque au-
toritate veterum, uel euphoniæ cauſa, & maxime in ꝓ-
priis quædã prædictas regulas non ſeruantia, ut Ligur
& Ligus Liguris Ligurinus Liguſticus & Liguſtinus.
Liu. in primo de bello Macedo. Liguſtinis populis. &
in.v. bellum Liguſtinum nõ Ligurianus, vt aiunt. Cen- Grāma.
ſor cenſoris cenſorinus, & cenſorius, & non cenſoria- error.
nus, ut aiunt, quamuis diuerſas habeant ſignificationes
nomina ſupradictæ formæ: tamen quia maxima pars
eorum apud latinos poſſeſſiuorum habet demonſtra-
tionem: ideo hæc quoq; inter poſſeſſiuoꝝ ſpecies po-
ſuimus. Eſt ſciendũ quod etiã in Is, & Er terminantium
deriuatorum multa inueniuntur ſignificationis poſſeſ-
ſiuæ apud Latinos, vt Ciuilis dicitur & ciuicus. Ouid.
in Fa. ciuica pro trepido: hoſtilis: cœleſtis, lunaris, ca-
ſtrenſis, equeſter, pedeſter, paludaſter, & paluſter, quæ

vnciola, in Ella,ut capella,in Xilla,ut maxilla: anguilla nõ eſt diminutiuum,ut Priſc.ſed denominatiuum. Anguis enim anguiculus facit. Cic de Fi.lib.v.ſerpere anguiculos,natare anaticulos. Neutra in Culũ, ut corculum,in Ellum,ut lucellum,in Olum, ut palliolum.Laureolus non eſt diminutiuum à lauro,vt Priſc.& alii tradunt,ſed eſt proprium nomen.Mart.nõ falſa pendens in cruce Laureolus. & Iuue.in.viii in Vlum, vt capitulum,in Ilium,ut uillum,in Xillum,ut uexillum. Eſt ſciẽdum noīa tertiæ,uel quartæ, uel quintæ declinationis pleraq; non tñ omnia(ut quidam putauerunt) diminutiuorũ, Maſculina in Culus , Fœminina in Cula, Neutra in Culũ terminare:à primæ vero declinationis nominibus nullũ inuenitur diminutiuũ in has definẽs formas niſi in primitiuo habeat C, ut furca furcula,ſic & à noībus ſecũdæ, vt græcus græculus:quod ſine C etiã legitur,ut coruus coruiculus. Plin.de coruis: & de apibus ab utre.i.uentre uterculum dixit. Apule.vero in primo ab utre.i.pelle,in qua vinũ, aut oleum deferri ſolet vterculo utitur.Forma diminutiui eſt modus,quo à primitiuis deriuatiua deſcẽdunt. Monoſyllaba in S finita, & noīa in Er tertiæ declinationis,& noīa in Vs neutra noīatiuo addita in maſculino culus, in fœminino cula, in neutro culum faciunt diminutiua, ut plus pluſculus. Terẽ.pluſculos dies,os oſculum,ex quo oſcillum. pauperculus paupercula pauperculũ: venter uero uentriculus,munus munuſculũ. Comparatiua à maius maiuſculus, à ſæpius ſæpiuſcule , & à celerius celeriuſcule aduerbiũ.Cic. Rhe.iii.poſuit,ſicut à ſæpe ſæpicule.Plau. in Caſ.Lepus quod ſolum eſt maſculinum in us tertiæ declinationis lepuſculus , & vetus uetulus uetula uetulum,& ſus ſucula & ſuilla. Nomina in Or,uel à nõ ac cepta culus , vt ſoror ſororcula , amator amatorculus, uel mu ãt Or in Vs rumor rumuſculus. Cic.pro Cluẽtio.Noīa in Is,uel in E,& monoſyllaba I Ns, & in Rs

Priſciani error

Priſciani & aliorum error.

Quorũdã error

à datiuo corripientia I, & addita culus, ut ignis igniculus, nauis nauicula, rete reticulum, fons fonticulus, pars particula, unguis unguicula: vngula uero eſt denominatiuum, lapis autem lapillus, ſed lapidiculus facere debuit: finis, & cætera quæ extremitatē ſignificant, ut extremus nō faciunt diminutiua finiculus & extremulus: quia quæ ſunt in fine, diminui nō poſſunt. Noia quartæ declinationis à nominatiuo mutata Vs vel V in I correptam & addita culus cula culum, ut currus curriculus, dicitur & hoc curriculum, anus anicula, cornu corniculum: excipiuntur domus domuncula, & acus aculeus. Nomina in X. & in T & polyſyllaba in Ns à genitiuo conuerſa Is in V & addita lus la lum, ut rex regulus, codex codiculus & ex eo codicillus, fornax fornacula, ceruix ceruicula, adoleſcens adoleſcentulus, caput capitulum. Fœminina in Es longam deſinentia à nominatiuo remota S, & addita cula, vt nubes nubecula, res recula, apud Plaut. Merces vero Mercedula, cædes cædicula, quæ I longam ſeruant, & à datiuo potius, q̃ à noiatiuo formantur. Nomina in O finita à nominatiuo uerſa O in Vn, & addita culus cula culum, vt homo homunculus: dicitur etiā homullus, homullulus, & homuncio: leno lenunculus, & lenulus. Plaut. ita ut cœpi dicere lenule, tyro tyrunculus, virgo virguncula, virgūcula Iuno. Iuuen. caro caruncula: carnis vero carnicula. Antiquitus enim carnis dicebatur. Liu. xxv. ab vrbe laurentibus carnis, quæ dari debet, non data fuerat: fur quoq; furunculus facit. Noia in Nus na num ſi biſyllaba fuerint vocalem ante Nus, niſi E fuerit in E, & Nus i L Lus vertunt, & pares primitiuis ſyllabas habent, vt bonus bellus: excipiuntur habentia in oī genere penultimam natura longam, quæ ſuā ſeruāt vocalem, vt vnus vna vnum, vllus vlla vllum: vinum villum: rana vero ranunculus facit: ſi habēt conſonantē ante Nus abiiciunt N, & duo aſſumūt LL, & aſſumpta vna ſyllaba in ellus

deſinunt ſed agnus agnellus: ideo ſeruauit N, vt ſit differentia inter agri diminutiuum, quod eſt agellus, & oĩa E habent in penultima niſi pugnus, quod pugillus facit, & pannus panniculus. Neutra in Num deſinentia geminãt LL ante Vm, & retinẽt E, ut bonum bellũ, niſi habeant penultimã natura longam tunc ſuam (vt docuimus) vocalem ſeruant: ſi habent conſonantem ante Num Vm in Ellum mutant, ut ſcannum ſcannellum, & ſcabellum: legitur & ſcãnillum. Apuleius in primo Hermagoræ infirma ſcannillorũ: ſi habent G ante N in penultima diminutiui ſyllaba I, nõ E accipiunt, ut tignum tigillum. ſignum ſigillum: ſi uero triſyllaba fuerint pares primitiuis ſyllabas diminutiua habẽt gemin⁹ gemellus, aſinus aſellus, catinus catillus, Aſinius catinulus. Varro ad Ciceronem m. xi. Aſina aſella: habentia conſonantem ſyllabam aſſumunt, vt columna columella, quod N amittit. Nomina in lus, uel in la, niſi habent geminatum LL vocalem ante lus, uel in la in E mutãt, & accipiunt llus, ut anulus anellus, populus popellus, catulus catellus, tabula tabella, fabula fabella: excipitur paulus, quod nõ geminauit LL in diminutiuo: nec mirum: cum au diphthongus poſt ſe geminari conſonantem prohibeat: facit igitur paulus paululus, & ex hoc pauxillus & pauxillulus, quas formas ſeruant & fœmininum & neutrum eius, vt paula paulula pauxilla pauxillula, paulum paululum pauxillum pauxillulum: ſimiliter velum vexillũ, mala maxilla, ala axilla, & talus taxillus. Sunt negantes eſſe diminutiua, quibus adſtipulatur Cicero de Orato. cum inquit, quomodo enim veſter axilla ala factus eſt, niſi fuga literæ vaſtioris, quam literam etiam è maxillis & taxillis, & vexillo, pauxillo conſuetudo elegans latini ſermonis euellit? Ergo axilla primitiuum, & ala ab eo per conciſionem factum. Nomina in Lum neutra vocalem ante lum in I mutant, & lum in illum, ut tantulum tantillum, quantulum quãtil-

Grāma. error.

lum, poculum pocillum. Li. Ioui pocillum vini. Nomina in Er ſecundæ declinationis, uel in Ra, uel in Rum mutant Er uel Ra, uel Rum in Ellus Ella Ellum, ut miſer miſera miſerum, miſellus miſella miſellum, ſacer ſacra ſacrum, ſacellus ſacella ſacellum, liber libellus, libra libella, puer puera antiquitus, ex qua puella: lucrum lucellum, flabrū flabellum, flagrū flagellum. Excipiuntur noīa in Ra, quæ non ſunt à maſculinis in Er, nec ante Er in eadem ſyllaba aliā recipiunt conſonantem, ut ara arula, terra terrula, litera literula. Nomina in Vs ſecundæ declinationis, uel in A, uel Vm antecedente E uel I vltima ſyllaba in O uerſa, & addita lus, ut urceus urceolus, alueus alueolus: capreolus quoq; uidetur eſſe à nominatiuo capreus. Nam ex capra & capro fit capellus, & capella: à propriis Sergius Sergiolus, Tullius Tulliolus, patricius patriciolus, laurea laureola, lutea luteola. Verg. in Buc. luteola caltha, palliū palliolum: præter glandium glandula, quæ eſt inteſtinorum pars.

Nomina in Vs in A, vel in Vm antecedente cōſonante vltima litera verſa in lus la lum, vt ventus ventulus, ſeruus ſeruulus, primus primulus, ſylua ſyluula, luna lunula. Plau. autē in Epi. vtitur. Idē equula in Cur. & equula Muſt. ſeruula. Cicero pro Cluen. tantum tantulū, ſcutū ſcutula, hinc ſcutella. Diminutiua in leus deſinentia ſunt pauca, vt acus aculeus, oculus oculeus & ocellus. equus equuleus, quo vtitur Ci. in Verrinis, & equulus.

Diminutiua in Cio finita ſunt pauca, vt homo homuncio, ſenex ſenecio, legitur & ſeniculus. Apul. in primo.

Diminutiua primitiuoꝝ genus ſeruāt, vt hic culter hic cultellus: excipiuntur hic puluis hoc puluiſculū, dicitur etiam hæc membrana membranula, & hoc mēbranulū. Apul. in. vi. hæc rana hic ranūculus: hic conuentus hoc conuenticulum, hic canis hæc canicula, hæc terebra, & hoc terebrū terebellum, hoc ſcutū hæc ſcutula, vel ſcutella, hoc baculū hoc bacillū, nō à noīatiuo hic baculus,

vt aiunt: hic vel hæc dies hæc diecula, hic qualus hoc quaſillũ, hæc acus hic aculeus, hoc piſtrinũ hæc piſtilla, hic enſis enſiculus, & hæc enſicula, hic pãnus hæc pãnula & pánicula, hoc glandium hæc glandula: inueniũtur multa propria ſiue appellatiua, quæ cum nõ ſint diminutiua, formas tamen habent diminutiuorũ, vt Camillus, Metellus, auũculus, cuniculus, pediculus vel pedunculus, cuculus, muſculus quando non ſignificat paruum murem, ſed capita neruorũ, & neruos: hæc maſculina. Quæ ſequuntur fœminina Camilla, cicercula, nouacula, acicula, mentula, auricula quando non eſt parua auris, dicitur cartilago illa circa aurium concauitatem: léticula quãdo nõ eſt parua lens, dicitur vaſculi genus. Hæc vero ſunt neutra vmbraculum, tabernaculũ, periculum, habitaculũ, cœnaculum, crepuſculũ, diluculum, crepitaculum, vinculum, anniculum, curriculũ, cubiculũ. geniculũ quando non eſt paruũ genu, germen dicitur, id eſt herba creſcens. Adiectiua anniculus annicula anniculũ, bimulus bimula bimulũ, trimulus trimula trimulũ, quadrimulus drimula lum, ridiculus la lum, id eſt dignus vt derideatur: hoc vero ridiculũ eſt facere dictum mouens riſum auditoribus, vernaculus la lum.

¶De Denominatiuis.

DEnominatiuum nomen eſt illud, quod à primitiui voce nõ ab aliqua ſpeciali ſignificatione ſic appellatur: habet igitur generalem nominationem omnium formarũ, quæ à nomine deriuantur: & quia multæ inueniũtur formæ tam denominatiuis, quàm verbalibus, participialibus, aduerbialibꝰ, & patronymis cõmunes: non incongruum vno in loco de his omnibus tractare iudico: ideo per ſe ſingula prius definientur. Verbale nomẽ eſt illud, quod à verbo naſcitur, ut ſcribo ſcriba, Participiale eſt, quod à participio venit, vt lectus lector. Aduerbiale eſt, quod ab aduerbio naſcitur vt cras craſtinus. Patronymicũ eſt, quod ab alio quodam tra-

hitur, & nihil de memoratis ſignificat, vt equus eques. his quinq; nominũ ſpeciebus duo accidunt terminatio, & forma. Terminatio denominatiui eſt qualitas, quæ finitã ſui vocem oſtendit. Denominatiua aut in A præcedente cõſonante deſinunt, vt cantus cantilena, aut in A præcedẽte uocali, ut durus duritia, aut in E, ut cubo cubile, aut in I fruges frugi, aut in O, vt cicer cicero, aut in V, vt tonitrus tonitru, aut in Al, vt ceruix ceruical, aut in Il, vt uigilo uigil, aut in Vl, vt exulo exul, aut in Am, vt nequeo nequã, aut in Vm, vt oliua oliuetũ, aut in En, vt ſolor ſolamen, aut in Ar, vt lacus lacunar, aut in Er, vt eques equeſter, aut in Or, vt ſenatus ſenator, aut in Vr, vt ſaturo ſatur, aut in As, vt primus primas, aut I es correptam, vt pes pedis, aut in Es productam, vt paup pauperies, aut in Is, vt ædes ædilis, aut in Vs, diuerſis cõſonantibus antepoſitis, vt ſaxum ſaxoſus, vito vitabũdus, aut in Vs puram, vt occido occiduus, aut in Ax, vt furor furax, aut in duas cõſonantes, vt picenũ picens. Forma denominatiuorum eſt modus quo à primitiuis denominatiua deſcendunt, & in tot partes diuiſa eſt, quot ſunt terminationes, quarũ ſingulæ ſuas formas, & regulas (ut patebit) habent. Denominatiua in A finita, aut vocalem, aut conſonantem habent ante A. Habentium vocalem hæc erit regula. Nomina ſecũdæ declinationis à genitiuo, & nomina in Is tertiæ declinationis habentia genitiuũ ſimilem nominatiuo à datiuo addita Cia, formant denominatiua, ut amicus amicitia, lætus lætitia, ſegni ſegnitia, & I breue in penultima, & antepenultima ſemper habent, ſed fidus fiducia facit propter euphoniã: & ne putaretur à fidis: & gratia nõ à gratus (nam diceretur gratia) ſed ab aduerbio gratis. Quoniam gratia nihil eſt aliud, niſi quod gratis datur. Polyſyllaba in Vs deſinentia ſecundæ declinationis, & pleraq; regionum nomina, quoniam corſus facit corſica, & apher aphrica à genitiuo: noia uero tertiæ creſcentia

ſcentia

ſcentia in genitiuo, & participiis ſimilia eiuſdem declinationis a datiuo addita A, vt controuerſiis controuerſia, violentus violentia, Italus Itala, miſericors miſericordia, ſapiens ſapientia, ius iuri, addita præpoſitione iniuria nomen nomini ignominia: miſer quoq; quāuis in Er deſinat miſeria: auarus autem auaritia facit ob euphoniam. Inueniuntur quædam denominatiua in monia deſinentia a noibus, ſiue a verbis deriuata, ſi a nominibus a datiuo, vel genitiuo, acri acrimonia, caſti caſtimonia ſi a verbis primo tempore I habēti, vt parſi parſimonia, qneri querimonia: habentium conſonantem ante A hæc erit regula. Nomina ſecundæ declinationis a genitiuo, & tertiæ a datiuo mutata I in E longam, & addita La, vt tuti tutela, clienti clientela. Verba ſecundæ coniugationis a ſecunda perſona imperatiui addita La, vel a ſecunda perſona præſentis S litera in La conuerſa, vt candeo candela, ſuadeo ſuadela. Horatius primo odarum: tertiæ vero coniugationis mutant ris in la, vt obſequeris obſequela, vt in A fin. Plau. Denominatiua in na penultimam producunt, & formantur a genitiuo ſecundæ declinationis, vt coquus coquina, medicus medicina, officium officina. Nomina in ex tertiæ declinationis S genitiui in na vertunt, vt rex regina: in Strix a nominatiuo remouent x & ſumunt na, vt tonſtrix tonſtrina, doctrix doctrina. Nomina in O mutant O in æ diphthongon, vt leo leæna, dicitur & lea, draco dracæna. Nomina in ux a datiuo lux lucina: far vero farina, & cantus cantilena. Verba ſecundæ coniugationis mutant O in Rna, vt lateo laterna, luceo lucerna. Quartæ vero mutant Io in A, vt conuenio conuena, aduenio aduena. Inueniuntur pauca maſculina vel communia conſonantes verborum ſeruantia & vocalem, ſeu vocales primæ perſonæ in A mutant niſi in Or deſinant, vt ſcribo hic ſcriba, colligo hic collega, perfugio hic, & hæc perfuga: Aſſecla ab aſſideo vel adſum,

vt aiunt: ipſe a ſequendo, & conuiua a conuiuor conui- Grāma. error. uatis. Denominatiua in ra, vt Priſci. formantur & ab vltimo ſupino penultima longa, vt naſcor natura quod falſum eſt. quoniam ex ablatiuo, non ex ſupino forma- Priſcia. error. tur. Nam ex coniectu: id eſt mentis directione, vt Quintil. venit coniectura, ſic a natu natura, & cenſura, corpo-ratura a corpore. In E neutra ſunt, & a communibus in Is deſinentibus formata mutata Is in E, vt dulcis dulce: de quibus inferius: leguntur & ſubſtantiua penultima longa, vt ſedile, monile, & ſimilia. In I finita duo tantum ſunt, & indeclinabilia, vt a nihilo nihili, a fruge frugi. In O aut maſculina ſunt, aut fœminina. Maſculina pauca ſunt a capite capito, a labiis labeo, non a labe, vt Priſcia. error. Priſci. a cicere cicero, ab eo quod eſt catus cato, a palpando palpo, a lateo latro, ſunt qui a latere deducunt: quoniam a latere aggrediuntur: erant quoque qui regum latera tuebantur: vt alii a latreuin, quod eſt colere: a lenio leno, a comedendo comedo, ab epulando epu- Priſcia. error. lo epulones de Ora. dixit Cicero. In tio fœminina penultima correpta non formantur, vt Priſcianus ait a genitiuo participii addita O, ut accuſatiuus accuſatio, ſed ab vltimo ſupino, vel a primo mutata um, vel u, in io, ut lectu lectio. Nam multa ſic leguntur terminata quæ non habent participia in tus. cantio non dicitur cantus canta cantum, ſtatum ſtatio, non dicitur ſtatus ſtata ſtatum, & ſimilia, ab interitu internitio N litera interpoſita quaſi interitio, & hoc euphoniæ cauſa: ſunt qui ab interiectu deducunt E mutata in I & C litera cauſa ſuauioris ſoni expuncta. Liui. in. ix. Samnites ad internitionē cæſi: leguntur quædā præter regulā, vt ſuſpitio, crepatio, tonatio, opinio dicitur lauatio, nō lotio: cubatio, nō cubitio: domatio, fricatio dicitur Pli. & frictio. Gel. Pli. q̄ verbalia plerunq; ſignificāt rē ipſam, vt poſſeſſio, i. res poſſeſſa, fatio i. res fata. Denominatiua in go penultimā producūt, vt caligo, rubigo, cōpago, virago, lu-

go tamē penultimam corripit. In Edo ſi a noībus vel a verbis deriuātur vltimæ ſyllabæ terminationē in E pro ductā vertūt,& accipiūt do, vt dulcis dulcedo, torpeo torpedo. In do ſi a verbis veniūt extremas ſyllabas, vel ſecūdæ, vel tertiæ pſonæ in i lōgā mutāt,& accipiūt do vt cupio cupido, libet libido, formido tamen eſt ſimile primitiuo: qa poſitio talē formā habuit. In idio a ſecūda vel a tertia pſona mutando vltimas ſyllabas in idio., vt obſidio ab obſideo & ab occido occidio. Li.i.x. de bello Pun. occidione occiſos: dicitur & occiſio licet negēt. Cic. in. iiii. Rhe. C. Graccho occiſio eſt oblata. In tudo ſi a nominibus veniunt, niſi ſint participialia gtō ſecundæ declinationis, tertiæ vero datiuo I in antepenultimā correptā habētia addunt tudo, vt magnus magnitudo, ſimilis ſimilitudo: ſi vero a participiis, vel a participialibus in tus deſinentibus abiecta S aſſumunt do, vt habitus habitudo, ſic & teſta teſtudo: valetudo vero nō a nomine, ſed a verbo remota vltima litera penultima longa. Hora. epiſto. iiii. gratia, fama, valetudo cōtingat abunde. Nam ſi per I ſcriberetur, vt imperiti tradunt penultimam corriperet, quod non legitur. Nec non nomina in do deſinentia, quāuis non ſint deriuata, habentia u producunt eam, vel natura, vel poſitione vt arundo, hirundo, hirudo. In u pauca ſunt a pecus pecu, a tonitrus tonitru, a ſpecus ſpecu, a teſta teſtu, a cornus cornu ſed hæc eandē habēt ſignificationem, quam primitiua: ideo dubiū eſt an ſint deriuata dicēda. In Al a genitiuis mutatione vltimæ poſitionis in Al, vt animæ animal, luperci lupercal: ceruicis ceruical, tribuni tribunal. In Il, vel Vl a primitiuis abiecta vltima litera, vel ſyllaba, vt exulo exul, conſulo cōſul, a vigilo vigil, a pugillus pugil. In Am deſinens vnum tantum legitur Nequam a nequeo nequis. In Etum a nominibus formantur vltima poſitione in Etum conuerſa, ut oliua oliuetum, dumus dumetum, quercus quercetum, myrtus myrtetum,

Grāma. error.

Imperitorū error.

Plaut. tamen neſcio quis ſeruus è myrteta proſiluit dixit: ſignificant tamen hæc nomina & locum & res ipſas. In Bulum ſi in antepenultima habuerint I penultima corripitur: quæ forma eſt ſimilis diminutiuis, & formantur a genitiuo vltima poſitione in bulum, vt thuris thuribulum, proſto proſtibulum, a patet vel patior patibulum: ſi habuerint A a nominatiuo, vt cuna cunabulum, a verbo a ſecunda perſona vltima poſitione in bulum conuerſa, vt concilias conciliabulum, paſcis pabulum: ſunt tamen a nominibus deducentes a concilio, paſcuo, & ſimilibus. In culum a ſecunda verborum perſona remota S ſi ſint a verbis in O: a verbis vero in or remota ris, vt oras oraculum, verris verriculum, miraris miraculum, præter ſpecio ſpecis ſpeculum per ſyncopen quaſi ſpeciculum: a fero tamen ferculum. In lum penultimam corripiunt, vt augur augurium: quædam ſunt continentia vel comprehenſiua ſolarium, pomarium, ſuauium, baſium, odium, remedium, concubium, municipium, iudicium, meritorium, exilium, officium, palladium, conuiuium, præſidium, domiciliũ. In Men a verbis primæ coniugationis venientia formantur a ſecunda perſona remota S vel ris, & addita men penultimam producunt, vt purgas purgamen, ſolaris ſolamen: a ſecundæ vero coniugationis verbis mutant E in V, vt documen, a tertiæ coniugationis remouent S, & ſumunt men penultima correpta, vt regis regimen, ſpecio ſpecis ſpecimen: ſic a quartæ: niſi quòd penultimam producunt, vt lenio lenimen, molior molimen. Quædam vero per ſyncopen dicuntur framen, tegmen, & reliqua: excipiuntur verba in uo, quæ formant denominatiua penultima producta a prima perſona remota O & addita men, ut acuo acumen, luo lumen, quæ omnia Priſci & lumine abluuntur: id eſt purgantur, ut aiunt Priſcianus, aliorum error & alii, ſed non recte: dicitur enim a luceo, vt ſit lumen quaſi lucimen per ſyncopen, nuo numen, fluo flumen,

excipiuntur quædam maſculina, vt pecto pecten, a Cano deriuata quæ in Cen deſinunt penultima correpta, vt tubicen, lyricen, cornicen, fidicen, tibicen autem penultimam producit. In mentum fiunt a verbalibus in Men, & formantur a nominatiuo addita tum, ut documen documentum, fragmentum, monumentum, teſtamen teſtamentum non quaſi teſtatio mentis, ſicut neq; calciamentum quaſi calciatio mentis. In Monium I correptam habētia a genitiuo uel potius datiuo addita Monium, ut patri patrimonium, matrimonium. Denominatiua participiis ſimilia in Vm a participiis neutralibus ueniunt, ut factus facta factum, hoc factum facti. Denominatiua a verbis uenientia à prima uerborum perſona formantur mutata O in Vm, ut regno regnum ſtagno ſtagnum. Denominatiua in Ar formantur à nominatiuo ſecundæ declinationis per immutationem extremæ ſyllabæ in ar, ut laqueus laquear, ut aiunt, quod non probo. Nimium enim ſignificatione differunt: ſed laquear dicitur quaſi lacunar per antiſtichon: id eſt literarum commutationem: nominatiuo vero primæ, & quartæ remota S addunt Nar, ut lupa lupanar: lacus: id eſt plana trabes in ædificiis, qua ſuperiora tecta, & huiuſmodi ornantur, lacus lacunar. Si ueniunt a uerbo O in Ar mutant ut calco calcar. In Er a nominibus uenientia primæ declinationis ſumunt in nominatiuo ſter, uel ſtrum, ut olea oleaſter, menta mentaſtrum. Si ſunt ſecundæ mutant ultimam ſyllabam in aſter, & aſtrum, ut Antonius Antoniaſter, paraſitus paraſitaſter ſurdus ſurdaſter, catulus catulaſter, apium apiaſtrum, ſi uero aliqua fuerit conſonans in Eſter per immutationem ultimæ literæ, uel ſyllabæ in ſter, aut eſter, ut ſylua ſylueſter, eques equeſter, pedes pedeſter, campus campeſter. In Er a uerbis uenientia eorum conſonantes ſeruant, niſi quòd ultimam literam mutant in R, ut rubet ruber rubra rubrum dicitur & rubeus a um.

Grāma. error.

Grāma. error.

Gráma. error. ſed rariſſime licet negent. Plin.li.xv.cap.xiiii.color ru-
beus.Gel li.ii.cap.xxvi.rubei. A pu.in Herbario rubeū
ſuum emaculare poſſemus niſi mendoſi ſint codices co
Gráma. error. lor ruber rubri,rubrum ſuum:piget piger,macet macer,
non a macero,utaiunt.In Or aut a verbis fiunt remota
O,vt honoro honor,laboro labor,aut illis R adiungi
tur,vt amo amor,furo furor: a verbis vero neutris ſe-
cundæ coniugationis fiunt mutata eo in or, vt candeo
candor:palleo pallor,albeo albor, albedo non eſt lati-
num:antiqui tamen albitudinem pro albore dixere: ſic
a rubeo rubor,non rubedo. A pu.vero nigredinem di-
xit. a nominibus in Vs terminatis mutata us in or, vt
quæſtus quæſtor, ſenatus ſenator:aut a primo ſupino
mutata Vm in Or,vt amatum amator, tonſum tonſor,
non a participiis in Tus, vt Priſcia.mutata tus in tor:
Priſciani error quia dicuntur ſtator, viator, & non leguntur ſtatus &
viatus:nec ab vltimo ſupino mutata V in or, vt amatu
amator:quoniam dicitur ſtator: non tamen legitur ſta-
tu & ſimilia: & hæc oīa nomina ſignificant actionem,
præter vector,quod actionem & paſſionem ſignificat,
videlicet qui vehit, & qui vehitur. Luc.in.iiii.vectoris
patiens,& in V vectorem non noſſe ſuum. Mar.tuam
vector laſciue puellam.Sene.in Her. vector Europæ ni
tet.In Vr a verbis fiunt remota O, vt ſaturo ſatur, qđ
habet fœmininum,& neutrum ſatura ſaturum. In As
ſic formantur.Nomina ſecundæ declinationis a geniti-
uo,tertiæ a datiuo ſumpta tas formant penultima cor-
repta, vt nouus nouitas, bonus bonitas, tenax tena-
citas: facientia genitiuum in geminum I, vltimum I
vertunt in E,& ſumunt tas,vt medius medietas anxius
anxietas. Nomina in er habētia B,vel P ſiue S ante Er
& nomina in us nominatiuo aſſumunt,vt puber puber-
tas,huber hubertas: hoc etiam in nominibus ſecundæ
declinationis obſeruare poſſumus,vt liber libertas, ve-
nus venuſtas,vetus vetuſtas,ſaluber tamen ſalubritas,ce

leber celebritas faciunt. Nomina in Or mutant or in Es & addunt tas, vt honor honeſtas, maior maieſtas. Quædam circũflexa in As deſinunt, quæ per ſyncopen antiquorum nominum proferuntur, vt arpinas, põtias, optimas, primas. Dicebant enim antiquitus arpinatis, primatis, & neutra in E primate. In Es aut a nominibus formantur, vt equus eques pes pedes quæ paronyma dicuntur, aut a verbis præſentibus, vt luo lues maceo maties, aut a verbis præteritis vt rupi rupes. Nomina primæ declinationis in A a nominatiuo addita lis, vel le penultima producta faciũt denominatiua, vt pluuia pluuialis, & pluuiatilis. Col. in. x. pluuialem aquam: memoria memorialis, menſa menſale. Noia ſecundæ vel tertiæ declinationis vltimã genitiui finitionẽ mutant in A longam, & ſumũt lis, vt fluuii fluuialis, & fluuiatilis, liberi liberalis, virgo virginalis, cardinis cardinalis, iuuenis iuuenalis. Sue. in Cal. inuenitur quoq; iuuenilis. Nomina quartæ & quintæ declinatiõis a noiatiuo remota S, & addita alis cenſus cẽſualis, manus manualis, ſpecies ſpecialis. Verba primæ cõiugatiõis a ſecunda pſona remota S & addita lis, vt penetras penetralis. In elis a genitiuis vltima terminatione in E verſa, & addita lis penultima producta formantur, vt fidus fidelis, crudus crudelis: frater vero fratruelis in V conuerſa. Noia vel participia a genitiuis vltima terminatione in ilis cõuerſa habentia penultimã longã, vt ædes ædilis, vir virilis, ciuis ciuilis, anus anilis, puer puerilis, gens gentilis, par paris parilis penultimã corripit, quod a verbo paro naſcitur. Neutra quoq; penultimã producunt ouile, monile, ſedile. Verba primæ coniugationis a ſecũda pſona remota S vel ris, & addita bilis, vt amo amas amabilis, miraris mirabilis. & omnia A ante penultimam producunt niſi ſtabilis. Verba ſecundæ coniugationis a ſecunda perſona S in I breuem verſa, & addita bilis vt doceo docibilis, & docilis: habeo autem habilis. Verba tertiæ, &

quartæ coniugationis a ſecunda perſona remota S & addita bilis ut credo credibilis, audio audibilis: & hæ quatuor regulæ ſunt tantum de iis, quæ a uerbis præſentibus formantur. Denominatiua a præteritis uenientia aſſumunt bilis in præterito, ut plauſi plauſibilis, ſenſi ſenſibilis, & ſenſilis. Lucr. Ex inſenſibili ne credas ſenſile naſci. Venientia a futuris mutant bo in bilis habentia E ante B productam, ut flebo flebilis. Eſt notandũ: quòd in bilis terminata aliquando infinitum paſſiuum eius uerbi ſignificant cum dignus ut ſpectabilis: id eſt dignus ſpectari: & non ſemper ſignificant paſſionem, vt Priſ. & alii tradunt, vt amabilis. i. qui amari poteſt, ſed etiam actionem. Verg. in primo Georgi. penetrabile frigus, & in. xii. penetrabile telum. Ouid. in primo de Arte volatile telum, & in. xv. penetrabile fulmen, cruciabile ſuſpirium. Apu. in primo: greſſibilis qui graditur: terribilis, qui terret, riſibilis qui poteſt, & natura eſt aptus ad ridendum, rationabilis actiue, & paſſiue. In Vlis quædam reperiuntur ab ablatiuo formata, ut curru currulis. Nomina a genitiuo ultima terminatione in A longam verſa, & addita ris, vt populi popularis, Apollini Apollinaris, militis militaris, peculii peculiaris, ſic & neutra in are, vt velum velare. Iuue. Et pegma, & pueros inde ad velaria raptos. Verba a ſecunda perſona vltima terminatione in A longam verſa, & addita ris molo molis molaris. Nomina primæ, vel ſecundæ declinationis vltimam nominationem in en mutant, & ſumunt ſis, vt Sardinia Sardinienſis & ſardus, caſtrum caſtrenſis, Locri Locrenſis. Athenæ vero Athenienſis euphoniæ cauſa I habuit in antepenultima. Nomina tertiæ declinationis a genitiuo remota is, & addita Enſis, vt Carthaginis Carthaginenſis. Priſcianus tamen in quarto refert ſin vero tertiæ declinationis ſint abiiciunt S genitiui, & aſſumunt Enſis, vt Piſtor Piſtorienſis, Carthago Carthaginis Carthaginienſis, & erit

Priſci & aliorũ error.

Priſci. error.

ſex ſyllabarũ: ſed prior deriuatio eſt potior, & retinenda: quia à Sulmone Sulmonenſis, nõ Sulmonienſis legitur, & à Tarracone Tarraconẽſis, & à Narbone Narbonenſis, & multa alia, quæ paſſim legentibus ſe offerunt. In Tis penultimã producũt, vt Samnitis, Laurentis hæc aũt nomina apud Latinos non ſunt, ſed pro ſamnitis, laurentis, & tyburtis, Samnis, Laurẽs, & Tyburs dicuntur. Inuenitur habens I correptam. Vergil. prope Ceritis amnem. In is cum duplici conſonante antecedente terminata formãtur à nominibus aut à nominatiuo abiecta vltima litera, & addita bris, vt ſalus ſalubris, mulier muliebris, aut à genitiuo extrema eius parte in E verſa, & addita ſtis vel ſtris, vt cœlum cœleſtis, ager agreſtis, terra terreſtris. Verbalia, ſeu participalia penultimam corripiũt, vt fero fertilis, vtor vtilis, volo volatilis, altus vel alitus altilis, fictus fictilis, cæteraq; omnia I penultimam corripiunt. Nomina deſinentia in tilis, vel in ſilis, vel in xilis ſi veniũt ab actiuis partim reſoluuntur in participium paſſiuum præteriti temporis: partim in tertiam perſonam indicatiui præſentis paſſiui, vt vas fictile, quod fictum eſt, coctiles lateres, qui cocti ſunt, raſiles calathi, qui raſi ſunt. Vergil. tamẽ raſibile buxũ, quaſi raſibile dixit: pẽſiles lichni, balneæ, orti, qui ſuſpenſi ſunt, & in aere pendentes: flexiles rami & vites, quæ flexæ lapſu erratico torquentur: tortilis anſa, quod retorta & replicata eſt: tornatile poculũ, quod tornatum eſt: textilis veſtis, quæ contexta eſt, ſutilis baltheus, qui conſutus eſt: ſutilis cymba, quæ cõſuta eſt, ſculptile ſimulachrũ, quod ſculptum eſt, altilis auis, quadrupes, piſcis, qui altus ſeu alitus eſt. i. pinguefactus: ſtructilis baſis, & colomna. i. ſtructa, tinctile vitrus. i. tinctum, tonſile buxũ, & tonſiles oleæ, quæ tonſæ ſunt: ſectile porrum, quod eſt ſectum, & ſua ſponte conciſum. Quæ omnia per præteritum, ſequentia per præſens reſoluuntur. Apertile latus, quod aperitur vel

aperiri poteſt, licet aliter Laurentius Val. ſed nō rectè ſentiat: altilia animalia, quæ aluntur, verſatilis, verſilis, ductilis ſcena, quæ uerſatur huc & illuc ductis tabulis, in quibus varia picturarum ſpecies nudabatur: plicatilis criſta, quæ plicatur: plicatilis nauis, quæ ex coriis plicatur, ſolutilis nauis, quæ facile diſſoluitur. Nomina uenientia à neutris reſoluūtur per participium præſentis temporis, ut auis uolatilis, quaſi uolans: ſeſſiles lactucæ, quaſi ſedentes: futilis, quaſi futiens, i. vanus, futile vas. i. fundens aquā, & nihil retinens. Quæ ueniunt à nominibus ſignificant actum, & conſuetudinem, ut aquatilis. i. in aqua viuens: ſaxatilis. i. incola ſaxorū, piſcis fluuialis, & fluuiatilis. i. incola fluuii, pluuialis: & pluuia aqua quæ pluit. In Os tā denominatiua, q̄ uerbalia pauca inueniūtur, ut do dos, cuſtodia cuſtos: compos autem non dicitur à competo mutatione E in O, ut Priſcianus, nec à potis, ut Ser. & alii, ſed à cō, & pos, quod eſt potens. In Vs terminantium diuerſæ ſunt formæ tam denominatiuorum, q̄ uerbalium. Nam aut in Ius, alia in Vus diuiſas, alia in quus, alia in bus, alia in cius, alia in dus, alia in Lus, alia in rus, alia in ſus, alia in ſtus, alia in tus deſinunt. In Ius terminata ſuorum primitiuorum conſonantes ſeruant, & formantur à genitiuo in I terminato addita us, ut ſeruus ſeruius: ſi genitiuus aliam, q̄ I uocalem habuerit illam in Ius, ut ſylua ſyluius: ſi conſonantem præcedente I cōſonans in Vs mutatur, vt ſeruilis ſeruilius, Martis Martius: in verbo mutatur O in Vs, vt nuncio nuncius, ſaucio ſaucius, ſcio ſcius. Nomina, uel participia ſecundæ declinationis à genitiuo, tertiæ à datiuo addita cius penultima, & antepenultima correpta, ut faber fabricius, pigneratus pigneraticius, multatꝰ multaticius. Li. ex multaticia pecunia. Idem ex multaticio argento: pater patricius, gentilis, gentilicius: ſed quæ ueniūt à participiis eiuſdē propriæ ſunt ſignificationis, cuius participia vt

Laurētii error.

Priſcia. error.

Seruii error.

ſcripticius, quod ſcriptum eſt, & ſimilia. Nomina primæ declinationis à nominatiuo aſſumpta cius, ut gallina gallinacius. In Vs nomina à genitiuo, uel datiuo vltima litera V uerſa, & addita Vs, ut annus annuus, pater patruus: menſis uero menſtruus euphoniæ cauſa T & R aſſumpta. Verba à prima perſona mutata ultima terminatione i V, & addita Vs, ut rigo riguus, ut uacuo uacuus, perſpicio perſpicuus, arduo arduus. In iuus formantur à genitiuo participii paſſiui addita iuus, ut accuſatus accuſati accuſatiuus: ſunt qui formant ab ultimo ſupino V in I conuerſa, & addita uus, ut optatu optatiuus, factu factiuus, motu motiuus: ſed priorem affirmo regulam, & ſignificant tum actionem tum paſſionem, ut actiuus qui agit, paſſiuus qui patitur: inſitiuus non qui inſerit, ſed qui inſeritur. Horatius in Epodo, gaudet inſitiua decerpens. Gel. inſitiuo degeneriq; alimēto. ſatiuus qui inſeritur. Gel. Cel. cæteriſq; ſatiuis rebus. Quæ nomina in Iuus aliquãdo ſignificãt diſpoſitionem quandam, & aliquando actum. Quintilianus in. x. lucratiuam dicit operam, qua lucramur, & lucrifacere apti ſumus, vel ad lucrifaciendum diſponimur: fugitiuus qui fugit. Iuuenalis fugitiuum dicere piſcem. & qui fugæ paratus eſt. Terentius in Eunu. quid reſtas fugitiue? aliquando ponuntur paſſiue, vt ſucceſſiua tempora à Plinio, quæ ſucciduntur, vel ſeparantur ab aliis, & quæ apta ſucceſſioni: aliquando actiue, vt primitiui flores. Col. qui primo ueniunt & paſſiue, vt primitiua nomina, quæ primo impoſita ſunt: natiuus qui naturaliter naſcitur in aliquo loco. Seneca in Nat. collectiuũ humorem dicit, qui collectus & collectioni aptus à natura. In Quus formantur à verbis mutato O in Vs, vt æquo æquus: ſed magis ab his nominibus verba, q̃ à verbis nomina ſunt deriuata: longus quoque longinquus facit, & Euphoniæ cauſa N aſſumpſit. In Bus, & in Cus à verbis formantur B, uel C ante poſtremam

Quintiliani & aliorum error.

Priſcia. error.

vocalem habentibus mutato O in Vs, & ſi ante eam ſit alia vocalis, eius quoq; mutatione in Vs, vt orbo orbus, probo probus, ſuperbio ſuperbus, parco parcus, luceo lucus, vt aiunt. Quint. & alii, ſed non bene, vt in collectaneis prolixius probauimus: ſunt tamen quæ in vlcus deſinunt, vt bos bubulcus, ſus ſubulcus, peto petulcus. In Dus nomina, vel verba vltimam terminationem in I correptam mutant, & ſi vocalem ante O habuerint, vocalem & O in I vertũt, & addita Dus, vt herba herbidus, floreo floridus, tumeo tumidus: excipiuntur rabies rabidus, inuideo inuidus, & pando pandus. Quæ nomina in Dus cõprehenſiua dicũtur, & demonſtrantur habere ea in ſe, ex quibus deriuãtur vt herbidus, qui habet herbam, turbidus, qui habet turbam, timidus, qui habet timorẽ, inuidus, qui habet inuidiam, rabidus, qui habet rabiem. Verba à ſecunda perſona remota s vel ris, & addita Bundus, vt erro errabũdus, prædor prædabundus, ludo ludibudus: rubeo tamen rubicundus C pro B euphoniæ cauſa habens: ſi à prima veniũt coniugatione habent A productam: ſin ab aliis I correptam, vt vitabundus & ludibũdus. Quæ nomina in bundus non ſignificãt ſimilitudinem, vt Priſcian. ſed vt Gel. in. x. vim & copiam & quaſi abundantiã vt lachrymabũdus. i. lachrymis abũdãs, ſic & Apollinaris. Caſel. vero Iuriſconſultus inquit terminata in Bundus idem ſignificãt quod participia præſentis temporis verborũ, à quibus deriuantur, vt ludibũdus quaſi ludens. Lau. aũt refert quòd idem ſignificant quòd participia frequentatiuorum, vt ludibũdus quaſi luſitans: quæ participia quando non reperiũtur ferè ad hæc nomina in Bundus terminata decurrimus: ex omnibus tamen ſententiis melior, & præſtantior eſt: quòd ſignificant tanq̃ participia in ns, vel valde, & nullo pacto ſimilitudinẽ. Curtius de Alexandro remiſit arma moribũdo ſimilis. Vale. de Antiocho iacebat in lectulo mo-

ribundo ſimilis:ſi ergo moribundus ſignificaret ſimilis morienti:quid opus erat addere ſimilis moribũdo? eſſet enim oratio inuenuſta,atq; inelegans quaſi acciperetur ſimilis ſimili morienti. In Lus terminata ſimilia diminutiuis formantur à nominibus ſeu verbis vltima eorũ terminatione in Vlus verſa,vt credo credulus, pẽdo pendulus,patet patulus:annus anniculus differentiæ cauſa:nam annulus diminutiuũ eſt:& nouacula,quod à nouo as deriuatur. In Rus nomina in R finita aſſumpta V penultima producta, ut decor decorus,odor odorus. Verba à prima perſona addita rus ſono ſonorus, cano canorus. In ſus verba ab vltimo ſupino addita S formant denominatiua,quæ vel participialia ſunt.i.participiis præteriti temporis ſimilia, & res incorporales ſignificãt,& ſunt quartæ declinationis, vt vſus curſus,luſus,verſus, aut mobilia.i.adiectiua ſunt, & ſecũdæ declinationis,vt laſſus, caſſus,feſſus. Nomina à genitiuo vltima eius poſitione in O productũ verſa, & addita ſus,vt ſaxi ſaxoſus,curiæ curioſus, ſceleris ſceleroſus. Quæ veniũt à nomine quartæ declinationis habent V ante oſus,quæ vero à prima,vel ſecũda,vel tertia carẽt V præter pauca montuoſus, ſaltuoſus, & tortuoſus: hæc nomina à nominibus venientia non plenum eius, quod ſignificatur, vt Priſc. & alii, vt cyathus vinoſus, Priſcia. ſed copiam vel affluentiam vel nimiũ,& præter modũ & alioꝝ error. ſignificant,vt animoſus,ingenioſus,ſaxoſus, aquoſus, ideſt abũdans animo,ingenio,ſaxis,& aquis: dicitur tamen induſtrius non induſtrioſus, nec à virtute virtuoſus,ſed pro eo dicitur officioſus. Quæ veniũt à verbis partim actionẽ,partim paſſionem, partim vtrũq; ſignificant,ut ſtudioſus,curioſus,ſtomachoſus, fraudoloſus ſemper actiue:odioſus, & inuidioſus paſſiue, qui odio habetur,& cui inuidetur formidoloſus,laborioſus,operoſus actiue & paſſiue accipiuntur. In tus Nomina primæ declinationis in A finita à nominatiuo aſſumpta

Tus penultima producta, vt barba barbatus, ſtella ſtellatus. Nomina ſecundæ, & tertiæ declinationis à genitiuo vltima poſitione quandoq; in A productam, quã doq; in I productam, & addita tus, vt pallium palliatus; annulus annulatus. Plaut. in Epi. annulatis auribus, animus animatus, à mare. i. maſculo maritus: quæ ſequuntur à nominatiuo liber libertus, vetus vetuſtus: excipiũtur naſus naſutus. Nomina quartæ declinationis à genitiuo vltima terminatione in V productum verſa, & addita tus, vt cornu cornutus, excipitur manuleatus hoc eſt manicatus. Verba ab vltimo ſupino addita S, vt flexu flexus, acceptu acceptus, amictu amictus, à cõtinuatu continuatus, a, um. Liu. itinere continuato: quæ à participiis in nomina temporis amiſſione tranſiuerunt. In Stus denominatiua formantur à nominibus, vel à verbis vltima terminatione in E, vel in V verſa, & addita ſtus, vt modus modeſtus, ſcelus ſceleſtus, vetus vetuſtus, honor honeſtus, quæ vna ſyllaba vincunt primitiua præter inceſtus. In Ax verba à prima perſona vltima terminatione in A x verſa, vt audeo audax, ſagio ſagax, voro vorax, fallo fallax, pellicio vero pellax, & ſignificant aſſiduitatem, vorax, qui aſſidue vorat. In Ex verba à prima perſona, vel vltima terminatione in Ex verſa, vt lateo latex, verto vertex: vel vltima ſyllaba in x mutata, vt rego rex. lego lex. In ix nomina verbalia in tor finita verſa or in rix, cultor cultrix, victor victrix, nutrior autem nutrix per ſyncopen, vt aliqui, formãtur ab vltimo ſupino tu mutato in trix, vt amatrix. Si vero in ſor deſinunt or in trix euphoniæ cauſa vertunt, vt defenſor defenſtrix. Cice. in Timæo. In Ox deueniunt à

Grãma. error. verbis, vt voco vox, volo velox mutata O in E, & nõ à velũ, ut aiunt. In ux à uerbis, ut duco dux, luceo lux.

In Ns, uel in Rs à verbis uenientia leguntur, ut à con-

Priſcia. error. iungo coniunx, arceo arx coniunx in obliquis N amittit ne coniungis uerbi ſecunda perſona putaretur. Priſc.

in. vii. & in. iiii. præcipit, ſed non recte. Nanq; ſine N an
te x eſt hoc nomen ſcribendum, ut in uetuſtiſſimis codi
cibus legitur, & antiqui præcipiebant, inter quos Pho
cas inquit quidam fœminini generis hac ſyllaba finitū
afferunt hic & hæc coniux: quòd nominatiuum ſine N
litera proferri uolunt: quia in genitiuo, & aliis caſibus
eadem litera non ſeruatur. Priſc. quoq; hoc poſterior
in u ſcribit aliquos exiſtimaſſe coniux in nominatiuo
ſine N litera eſſe ſcribendum. Nos quoq; ſic ſcribendū
eſſe dicimus. Non enim coniux à coniungo deriuatur,
ut aiunt, ſed à coniugo coniugas, & coniugo à con, & Grāma.
iugo gas, quod eſt coniungere. Cicero Tuſcul. iiii. hoc error.
quidem eſt commune uirtutum omnes inter ſe iugatæ
ſunt: & iugare à iugo inſtrumento deriuatur, quo bo-
ues iugantur: vnde iugari iungi dicimus, qui maritali
iugo inſtar boum colla ſubiiciunt. Horat. in carmine ſe
culari proſperes decreta ſuper iugandis fœminis pro-
lis nouæ feraci: fœdera quoq; matrimonii vincla iuga-
lia dicuntur à Vergilio in. iiii. Ne cui me vinclo uellem
ſociare iugali. Idem cui uincla iugalia curæ. Denomina
tiua in duas conſonantes finita, aut à nominibus, ut pi-
cenum picens, aut à participiis præſentibus ueniunt, ut
amans, quæ temporis amiſſione in nomina tranſiuerūt.
Eſt ſciendum: quòd ultima terminatio dictionis hoc in
loco accipitur non tantum pro vltima uocali extremæ
ſyllabæ: etiam cum ſua conſonante, uerum pro omni-
bus finalibus uocalibus à fine numerando uſque
ad ultimam conſonantem: fiunt deriuatio-
nes additione, ut probi probitas: dimi-
nutione exulo exul, mutatione,
doctus doctor, compoſitio
ne, vt piger im-
piger.

LIBER SEXTVS DE FINE oratoris, epiſtolis & ornatu.

LVIO. Scoppa Antonio Furnario valetudinē. Paucis ante diebus Vollarus me Chriſtophorus adiuit, & vix noſtras vbi ſubiuit ædes, ſalutauit, & actutum in hæc ſubridens prorupit uerba, citius vel elephanti pariunt Scoppa, q̃ de oratoris fine tuā emittes quæſtionem. Ipſe qui hominis ſales & peritiam nō exiguam diutiſſime cognoſco, accuratiſſime quorſum hæc, dictitaret cœpi ſciſcitari. Re tādem accepta quod in quadam tūc literatorꝫ fueratis corona, vbi de ratione dicendi multa non vulgaria diſceptaueratis: Nouiſſime de nobis ſermonem habuerant illi, & meā edendi cunctationem carpebant: cōfeſtim tu amicorꝫ amiciſſimus, vix me nominauerant, tanto lepore facūdia, & facilitate noſtras Iſæo nō minus torrentior fueras tutatus partes aſſerens non'ne cunctari cum decore q̃ præcipitare cum dedecore præſtat? tuæ ſic acquieuere ſententiæ: & abierunt. Quam ob rem vt ſatis veſtris faciam votis, citius q̃ Aſparaci coquantur, non de oratoris fine ſolū, ſed grammatices quoq; finem deſtino. Reliqua de inuentione, diuiſione, cæteriſq; in arte neceſſariis, vt aduleſcentuli nullo præeunte magiſtro carmina, & orationem omni ſeruato decoro condant, citius hominū opinione prodibunt in lucem. Vellem vbi feceris ocium, ad me uenires nonnulla collocuturus. Noui nanq; tui acumen ingenii in perpendendo, in iudicando filum, in componendo ſedulitatem, & candorem. quod vt cœpiſti, ſi perſeuerabis, non in poſtremis, ſed in claſſicis habeberis literatis. Vale noſtri memor Neapoli. M. D. V I I I.

Incipit

INCIPIT LIBER SEXTVS DE fine oratoris, componendis epiſtolis, calendis, indictione, biſexto, ornatu orationis, & arte metrica.

DE oratoris fine ſcripturus, illotis, vt aiunt, manibus, ne perarduum aggrederer opus, prius de Rhetorices inuentore, & ſicut fuit inuēta, mox de definitione, & partitione, vt legere ne pigeat lectorem, cōſcribo. Ex Mercurio, vt in primo Diodorus, & Hermogenes in rhetorice his tradit verbis, Rhetoricen dicimus ortum habuiſſe eumq; maxime rhetoricæ præſidere, quo pacto Poetices aiūt Calliopen muſam inuentricem fuiſſe: vel, ut referunt, cum elemētorū eſſet cōfuſio, lumenq; rebus illuxiſſet Athenas primū emerſiſſe, & apparuiſſe, ſtatimq; a deis plurimis adamatas, quaſi primum viſas in terris. Præcipuos vero amatores Athenarū fuiſſe Neptunū & Mineruā, altercatos inuicē pro urbe, uter eorū eā incoleret, & præſideret. Tandem poſt multā controuerſiā eò uentū eſt: vt cōiter habitarēt, & arci cōiter præſiderent: dū medii iudices litē dirimerent. Apud Athenas autē iudicādi ſtudioſi ſunt oēs. In Areopago igitur iudicium hoc factū eſt decretumq; a iudicibus, ut uterq; terrā percuteret. & qui melius omē edidiſſet, Athenis & præſideret, & nomen imponeret. Minerua itaq; oliuæ ramū cū edidiſſet, Neptunus equū Oliua equo præpoſita eſt: quia uictoriā portēderet, & pacē: atq; ita Mineruæ Athenæ adiudicatæ ſunt oēs repulſo Neptuno. ex his conſtat, rhetorica vſos fuiſſe deos, & iudicium hoc prius per artem dicendi abſoluiſſe. hucuſq; Hermogenes. Quibus liquido patet verbis Seruii ſententiā in Geor. i. Tuq; o cui prima frementem Fūdit equum magno tellus percuſſa tridenti Neptune, de Oliua a Minerua, & equo a Neptuno reperto ueram eſſe: & in Vergilio Prima tellus non litus, uti referunt,

ſed prima diis viſa in terris, vt patuit. Proinde Athenięſes, quia primi fuerāt hoīum ſeſe, vt Thucydides, Autochtonas.i.indigenas appellauerunt, & Attici ab Apuleio in.xi. Autochtones dicūtur: ob qđ fœminas aſtas, viros aſtous, vrbē aſtu, arcē eius polin, vt Stephanus, nūcupabāt. Hi nāq; primi vrbes cōdidiſſe, & oēs orbis terrarum gētes præceſſiſſe traduntur. Quæ cōtētio fuit in Athenarū arce facta, ad quod alluſit Maro in Buc. Pallas quas condidit arces, Ipſa colat. Quāuis me nō prætereat Lucani in. vi. nōnullorumq́;, & maxime claſſicorum autorum ſententiæ tradentium in hac Athenarum contentione non equum a Neptuno, ſed aquæ ſalſæ fontē repertū, & equos in Theſſalia percuſſis ab eo tridente Campis Pretæis a Preta loco nuncupatis duos emanaſſe: cū equorum vſum mortalibus incognitum, & ob bella neceſſariū iudicaſſet: & primā tellurem Theſſaliā a Deucalione poſt aquarum inundationem primum, & genus repertum humanum intelligunt. Sed de his hactenus ad rem omiſſis verbis noſtra properabit oratio.

RHetorice eſt vis perſuadendi, vel ſcientia benedicendi ciuilibus in cauſis, vel vt Dionyſius Halicarnaſſeus referente Hermogene eſt vis artificioſa perſuadendi rationabiliter in negocio ciuili, & politico. Hæc definitio habetur probatiſſima. Habet enim proprietates veræ definitionis, ſcilicet genus, & differentias cæteraq; neceſſaria. Nam in quo ait vis genus demonſtrat, in quo artificioſa alteram differentiam affert. Vis nanq; altera eſt artificioſa, altera naturalis: cum autem adiicit perſuadendi rationabiliter, infert ſecundam differentiā. Quia non ſolum rhetor perſuadet, ſed etiam medicus, & geometra. Nullæ nanq; demonſtrationes carent perſuaſione. Quare tertiā adiūxit cæteris magis ꝓpriam, quam cæteræ minime habēt artes, videlicet in negocio ciuili, & politico: ſed & finis adeſt vnicuiq; definitioni. Dicitur ergo Rhetorice a rhin.i.eloqui.i.ornate loqui:

ideo latini vocitant eloquentiam, & eſt philoſophiæ pars:ſed hoc prius non eſt prætereundum: quòd Sapientia eſt rerum diuinarum, atque humanarum ſciētia, quam ſapientiā Græci ſophiam appellant,& hanc profitentes Sophi:id eſt ſapientes nuncupabātur. Pythagoras vero non ſe ſophum:id eſt ſapientem, ſed philoſophum:id eſt ſapientiæ ſtudioſum,& philoſophiam penultima correpta ſapientiæ ſtudiū a philos.i.amore,& ſtudio vocauit. Cum hominum nullus niſi ſolus Deus eſſet ſapiens:quā philoſophiā Ariſto.in.ii.Metaphyſices in Theoricē.i.ſpeculatiuam dictam a theoreo.i.ſpeculor,quia diuina cognoſcit. diuiſit & Practicen.i.actiuam a practo.i.ago deductam:quoniam in hominum negociis,&ciuili diſceptatione uerſatur. Theoricæ ſubdidit Phyſicen.i.naturalē. Phyſis enim natura interpretatur:hanc naturalem ſcientiā hiſtoriam appellat. Plin. naturalem,de qua Vergilius,Felix qui potuit rerum cognoſcere cauſas:quæ uero ſupra naturam ſunt,nomine carent,ſed Ariſtoteles Metaphyſica.i.ſupra naturā vocat,& logicen:id eſt rationalem.logos nanque ratio eſt: vt Phyſices eſſet intelligere,& rerum naturam ſcrutari, logices intellectorum rationem, cauſasq; verbis propriis & ſtructura explicare. Practices partes ſtatuit Ethicen:id eſt moralem,quæ componit animū. Ethos græce mos nuncupatur latine:quæ moralis ſcientia diuiditur in monaſticam.i.contemplatiuam,eſt religioſorum, a monos:id eſt ſolus uocata,& œconomicam:id eſt domeſticā,& familiarem,ab œcos:id eſt domo,& nomos lege:quia domeſtica curat,& politicam: id eſt ciuilem: atque Politicen. Polis enim ciuitas eſt, vbi de republica quæritur. Plato tamen, quem iuniores ſequuntur,triplex philoſophiæ munus uoluit eſſe,ut ea ſcilicet in homine tria moderaretur orationē, intellectum & actum. Primam partem logicen,quæ,ut Macrobius, eſt cū de incorporeis fit ſermo, quæ mens ſola complectitur:

Secundam Phyſicen, quæ de diuinis corporibus diſputat. Tertia, Ethicen, quæ docet elimitam morum perfectionem: ſed primam, quæ orationis tantum habet rationem tripliciter item pro ſubiecti ratione ſecuerunt uti eſſet una pars, quæ congrue, proprieq; traderet orationis notitiam, quam de literis, ut in noſtra patuit grammatice uocant grammaticem: altera, quæ pro orationis cõtextu ſenſum iudicaret, a dialegomæ. i. diſputo. Dialecticen. i. diſputatricem appellant. Tertia eſt rhetorice. Quam ob rem iam facile intelligitur rhetoricen, cum de oratione ſcientia ſit, non phyſices, aut ethices, ut aſſerunt nonnulli, ſed logices eſſe (quãuis quaſi propaginem dialectices dixerit Ariſtoteles) partem quæ auditum doceat, delectet, & moueat. Aliqui politices. i. ciuilis ſcientiæ partem eſſe contendunt his Ciceronis uerbis in primo Rhetoricoꝝ cõmoti ciuilis quædam ratio eſt, quæ multis, & magnis rebus conſtat, cuius ampla pars eſt artificioſa eloquentia, quam vocant theoricam. quod eſt falſum. Materiam enim cum genere, ſicut inferius patebit, eſt Cicero cõplexus, quod in Oratore de rhetoricæ ſubiecto ſic demonſtrat. Quoniam Philoſophia in tres eſt partes diſtributa in naturæ obſcuritatẽ, in diſſerendi ſubtilitatem, in uitam atq; mores: duo illa relinquamus, atq; largiamur inertiæ noſtræ: tertium vero, quod ſemper fuit oratoris, niſi tenebimus, nihil ſanẽ oratori, in quo magnus eſſe poſſit, relinquemus. Quare hic locus de uita, & moribus totus eſt oratori perdiſcendus: & merito perdiſcẽdus, & exercendus. Debet enim eſſe bonus & moratus orator, & uere politicus. i. ciuitatis amator, defenſor, bonusq; ciuis, aliter eſſet reipublicæ pnitioſus. Eloquentia nanq; ſine ſapiẽtia eſt tanquã gladius in manu furioſi. quod rhetorice ſit philoſophiæ pars patet ex Cicerone in Paradoxis, nos ea re fert philoſophia plus utimur, quæ peperit dicendi copiam: id eſt rhetorice philoſophiæ parte. Oratoris ma-

Nõnullorũ error.

teria, ſiue ſubiectum: id eſt circa quod hæc uerſatur ars, eſt, ut medicinæ ſunt morbi, & uulnera: quoniam in his omnis uerſatur medicina duobus, omnibus de rebus, & quæ in quæſtionem deliberantium, diſceptationem, ac uſum forenſem, quæ dictione ſint explicandæ, cadere poſſent, proprie, copioſe, prudenter, ornate, memoriter, & cum quadam actionis dignitate dicere poſſe: nõnulli circa ciuiles tantum cauſas & forenſes poſſe verſari aſſeuerant. Ideo non bene quidam in rhetorica materia exhortationem & conſolationem poſuere.

Quorũdã error

Oratoris nanque eſt officium dictione & publice uerſari in ratione ciuili, & non cohortari & conſolari: quod eſt priuatorum & amici. Cum enim exhortor, nihil perſuadeo, ſed volentem aliquid, ut magis uelit, inſtigo: & cum dehortor nolentem aliquid non tunc primum perſuadeo, vt nolit, ſed ut magis nolit, inſtigo. Neceſſario igitur a materia rhetorices exhortationem & conſolationem ſuſtulimus. Rhetorices denique materiam eſſe intelligo, quidquid dici poteſt, ſermone explicare, & non quod exactiſſimam omnium rerum ſcientiam tenet, ac profitetur, quod eſt impoſſibile homini poſſe contingere, ſed quod eam teneat facultatem, ac ſcientiam, quæ promptos quoſdam, maximeq; ad vnamquanq; rem accommodatos locos habeat, & diſtribuere in orationem ſecundum artis dicendi præcepta ſciat, quibus quicquid illi ad dicendum delatum foret vbi quid illud eſſet percepiſſet, grauius multo, copioſiusq; & maiore cum omnium admiratione, & gratia diſſerat, quam ille ipſe, qui ſine his locis, & dicendi arte rem illam profiteretur, agere poſſet: cuius quidem materia omnis ſiue finium, ſiue temporum, ſiue locorum, ſiue auditorum, ſiue horum omnium, quæ præ diuerſitate tria fecerunt genera. Demonſtratiuum, Iudiciale, Deliberatiuum, & vocantur generaliſſima & ſunt, vt ita dicam, eſſentialia, quia ſine his rhetorice eſſe non poteſt:

de quibus generibus, temporibus, locis, finibus, habitantium ordinibus, cæteris ad hæc pertinentibus in operis principio quàm copioſiſſime conſcripſimus. Et quoniam ſuperius retulimus quæſtionem, non prætereundum eſſe duximus explicare quid ſit quæſtio, & quot accipitur modis. Quæſtio eſt præpoſitio dubitabilis a quærendo dicta, & eſt aut infinita, quam Græci Theſin, nos propoſitum nuncupamus & conſultationem: aut finita, & hanc Græci Hypothiſin nos Cauſam, ſeu controuerſiam. Quæſtio infinita eſt ubi generaliter aliquid quæritur, ſine certarum interpoſitione perſonarum, ut an pontifici reſtituendus ſit pontificatus: item moritur pater ab inteſtato, hæreditas uiciniori detur. Cauſa uero, ſiue quæſtio finita eſt: cum aliquid in certis perſonis, ac definitis rebus quæritur, ut an Ioanni Scoppæ pontifici reſtituendus ſit pontificatus: item moritur Antonius pater ab inteſtato, hæreditas Antonio filio detur. Sciendum eſt: quòd cauſa hæc ſpecialis deſcendit a materia generali: non quòd in ea ſe exerceat orator, ſicut in ſpeciali, ſed eam exerceamus ad confirmandam ſpecialem materiam hoc modo: ſi Ioanni reportanti pontificatum ex urbe pontificatus detur: quoniam lex eſt: quòd pontifex reportans pōtificatum debet habere pontificatum: item ſi moritur Antonius pater ab inteſtato: Antonius filius petit hæreditatem Petrus frater patris petit hæreditatem: hæc eſt ſpecialis cauſa, ad quam confirmandam eſt generalis hoc modo. moriente patre ab inteſtato hæreditas viciniori detur. Antonius filius eſt vicinior: ergo Antonio viciniori detur hæreditas. ad probādam igitur minorem: id eſt cauſam ſpecialem oportet per generalem comprobare. Et omnia, quæ in iudicium aut deliberationem, demōſtrationemúe quo quo modo incidere poſſunt illis generibus Iudiciali, demonſtratiuo, ac deliberatiuo comprehenduntur. Infinitæ tamen quæſtiones quamuis ſint

philoſophorum: tamen oratori non ſunt negligendæ. Quod ſine harum cognitione finitæ illæ, & particulares, quas oratoris diximus proprias, nullo pacto tractari poſſunt. Ciuilem igitur cauſam ſeu quæſtionem rhetorices omnes intelligunt quidquid in cuiuſuis ciuitatis, reiq; publicæ adminiſtratione in controuerſiam de bono & æquo cadere poteſt, qui cauſam ſuſcipit agendam vocatur Orator ab orando, id eſt ornate, docte, & copioſe loquendo dictus, qui eſt vir bonus, & in omni certe virtute probatus (hinc Auguſtinus in omni grauitate ſermonis, minus pondus habet vita dicentis) dicendi peritus, qui cunctis de rebus poteſt hubertim, varieq; dicere: cuius officium eſt ad perſuadendum accommodate, compoſite, ornate, copioſe, diſtincte de omni re propoſita dicere, & proprie eloqui & prudenter inuenire, apte diſponere, fideliter meminiſſe, & lepide, venuſteq; pronunciare fine perſuadendi. Finis eſt vltra quem in ſuo genere nõ eſt progreſſus: & finium genera ſunt duo, vnum, quod generale vel cõmune, alterum, quod particulare nuncupant: generalis ſiue communis finis eſt, quo omnia, aut pleraque referuntur, vt cum Deum dicimus omnium rerum finem eſſe: ideſt omnia creata eſſe, vt omnipotentis Dei virtutem, ſapientiam, & bonitatem teſtentur: ita cum dicimus inferioris mundi finem eſſe hominem hoc eſt quæ in inferiore hoc mundo ſunt, hominis gratia eſſe vniuerſa. Particularis autem finis eſt, quo particulares terminantur res: & hic item in duplici eſt differentia. Eſt enim qui liber ſit, & abſolutus, nulliq; prorſus euentui ſubiacens, ſed ſuum ſemper conſequens officium, vt eorum, quæ in ſola intelligentia conſiſtunt, vt theologiæ finem dicimus deum: quantum humanitus fieri poteſt, cognoſcere. Eſt & finis, qui ab euentu pendet, vt eorum in quibus intelligentia cum exteriore actu continentur, vt medicinæ, & rhetorices, in huiuſmodi rebus neceſſe eſt duplicem ſta-

tuere finem, vnum ex artificis intentione, & quem agens ſemper ſibi proponit, ſed eum conſequi non ita ſua ſolius, ſed etiam in fortunæ ſit poteſtate, vt quamuis medicinæ finis agentem mouens ſit ſanitas: non tamen ſemper illa ſanat: & facultas oratoria, vt auditoribus perſuadeat, exercetur: non tamen orator ex appoſita dictione ſemper ſuadet. Quam ob rem eſt neceſſe, vt alterum quendam inferiorem finem in huiuſmodi artibus ſtatuere, eumque certum, & quo artium quælibet ſuum ſemper artificem ſuis præceptis, atque obſeruationibus perducat: & hic quidem finis artificis officium complet: & neque ab eo ſeparari poteſt: nec vltra illud vſquàm protendere: atque ita & medicinæ finem dicemus non ſanitatem, quò licet intendat, non ſemper peruenit, ſed qui perpetuo ſuus in illius eſt poteſtate appoſitè ad ſanandum mederi: etiam eos, qui nullo poſſunt pacto ſanari: bene curare, vt ſi poſſit, ſanet: vel aliter dicemus duplicem finem, vnum intrinſecus, vel in quo, qui eſt in oratore: alterum extrinſecus, vel cuius gratia, qui eſt in ipſo auditore. Venit igitur oraturus animo perſuadendi ſi poſſit: ſi non perſuadet, non eſt ex arte, & artificis animo, ſed ex auditoris culpa. Cicero igitur rhetorices finem perſuadere dictione ſtatuit eſſe: id ſpectauit, cuius gratia ars ipſa inuenta eſt, ſed, vt diximus, præſtare in ſola non ſit oratoris poteſtate: dixit dictione quod eſt proprium oratoris, & non tormẽtis, teſtibus, aliiſquàm multis, vt medici proprium curatione, & non incantationibus, ligaturis, & aliis. Quintilianus autem oratoris finem ſtatuens bene hoc eſt appoſite ad perſuadendum dicere id elegit, ſumpſitque quod cum vnius rhetorices eſſet, tamen per eam artifex eius vel aduerſante fortuna ſemper præſtare poſſet. Cum alioqui perſuadere dictione vltimum eſſe finem, & quo orator ad agendum moueat: & vt ipſe Quintilianus ait tendit ad victoriam qui dicit: ſed

tum benedixerit, etiam ſi non vincat, id, quod arte continetur, effecit. Eſt Benedicere, ut in Oratore definit, ſcienter, & perite, & ornate dicere: eſtq́, ut quam ſuſceperis cauſam ita agere, ut auditorum iudicio eam neq; melius, neq; commodius agi potuiſſe exiſtimetur. Suadere eſt hortari. Perſuadere uero ex natura præpoſitionis. Per ſignificat complementum: ut ſi perſuadere plene, perfecteq́; ſuadere, hoc eſt inducere, ut faceret: eſtq́; non tantum intellectum, ſed uoluntatē, ad quod dicitur faciendum mouere atq; inducere. Eſt itaq́; perſuadere, cum in exteriorem actum exit, perfecte ſuadere hoc eſt auditoris mentem, uoluntatemq́;, quo uelit orator, inducere. Finem oratoris perſuadere. Cicero dicens ſenſit finem illum, quem retulimus extremum, & cuius gratia rethorice ſit reperta, ſed nō male. Quintil. benedicere oratoris finem ſtatuens illum inquam ſumendo, quem per ſe orator, & ſemper ex arte conſequi poſſet. Maxime igitur Deo, quoniam huic colophonem addimus quæſtioni gratulemur. & ad alia impenſe neceſſaria tranſeamus. Et quoniā ab ipſis grāmatices incunabulis ſuperius ipſos educauimus aduleſcentulos: in præſentia nequid illis iam adultis deeſſet rhetoricen, atq; poeticen edocebimus. Et ſicut in grāmatices inſtitutionibus ab ipſis cœpimus elementis, ſic in hoc quoniam epiſtolas componere primū, auſpicabuntur libro epiſtolarū neceſſaria, ut ad eloquentiæ perueniant apicem, tractabimus, & ſic exordimur. Epiſtola eſt nuncia quædam noſtrarū rerum, & interdū alienarum, fidaq́; noſtræ mentis interpres, cui quæ uolumus partim noſtro nomine, partim committimus alieno, dicta ab epiſtello, quod eſt iubeo, mando, ſignifico, mitto: quæ mihi cum cæteris fuit communis opinio. Verum remotiora ſcrutanti ſuccurrit Ammonius ſic referens, epiſtola eſt quaſi nauicula contra aliquem miſſa, quæ quoniam ſolet afferre literas, & aliunde noua: ideo per

quandam ſimilitudinem tradunt mitti epiſtolam quaſi claſſiculā noua ferentem. Stellao nanq; nauigo eſt, inde ſtolus claſſis nauigans in aliquam expeditionem, nunc vulgariter cauallariam nuncupamus. dictā ab epi.i. ad, uel in: Latini Literas, tabellas'ue (quia in tabulis ſcribebant priſci) numero multitudinis appellant: qui vero portat, tabellarius vocatur. Litera nāq; in ſingulari pro epiſtola metri cauſa apud poetas duntaxat legitur: ſignificat quoq; manum ſcribentis .i. illas literas, & figuras, quas noſtra ſcribimus manu. Cice. ad Atti. nam Alexidis manum amabam. quod tam propè accedebat ad ſimilitudinem tuæ literæ. Eſt notādus dicendi modus à te duas accepi epiſtolas, quarum alteri reſpondi, alteri vero reſpondebo. Epiſtola nanq; habet ſingularem: ſin autem dixeris binas literas (quoniam carent ſingulari) dixeris quarum alteris reſpondi, aliter latine non loquereris, & in numero diſcordares: & fuit inuenta vt certiores faceremus abſentes, vt Cice. ad Curionem, & ad Q. Fratrē libro primo illud, quod eſt epiſtolæ proprium, vt is, ad quem ſcribitur de his rebus, quas ignorat, certior fiat: epiſtolæ eſt officium rerum familiariū, quotidianæq; conſuetudinis abſentibus arcana perferre, dum mutuo quid aut velint, aut geſtum ſit, ſibi ipſis nunciant: quod in epiſtolis comprobat Ouid. His arcana notis terra, pelagoq; feruntur, Inſpicit acceptas hoſtis ab hoſte notas: & breuis eſſe debet epiſtola. Plato in Timæo potius conuenit hiſtrioni, q̄ ſcribenti epiſtolam, quæ breuis eſſe debet, hinc Hiero. certe expecto quid placeat vtrum ne epiſtolari breuitate ſententias. Seneca epiſtola. xlv. ſed ne epiſtolæ modum excedam, quæ non debet ſiniſtram manū legentis implere. Tunc enim ſiniſtram implet manum, quando erit modo longior. Verū cum de re inſigni, vt de philoſophia, animarumq; immortalitate, de Deo, deq; re pub. deq; ſimilibus loquimur, tunc dubio procul longior eſſe poteſt,

Et quia in epiſtola res varie debent ſcribi: ideo Plin. ad Cornelium minutianum ait, non eam iure epiſtolam dixerimus lõgam quæ neceſſario multarum rerum eſt referta. Plinius: & tamen memento etiam non eſſe epiſtolam longã quæ tot cognitiones tot dies, tot deniq; reos cauſasq; complexa eſt. Debet eſſe facilis epiſtola, & quotidianis, ut Cice. de Claris Oratoribus verbis cõtexi, & de Perfecto Oratore quædam negligentia diligens eſt. Itaq; danda eſt opera vt, ſi fieri poteſt, in epiſtolarum contextu nulla pelluceat iunctura: dummodo vitetur plebei ſermonis nimia vulgatitas; hinc Plin. ad Tuſcum preſſus ſermo purusq; ex epiſtolis petitur, & Seneca epiſtola xliiii. nimis tibi accuratas à me epiſtolas mitti quereris. Quis enim accurate loquitur niſi q vult putride loqui? qualis ſermo meus eſſet, ſi vnà ſederemus, aut ambularemus, illaboratus, & facilis, tales volo eſſe epiſtolas meas, quæ nihil habeant acceſſitum, neq; fictum Gel. quoq; lib. xiiii. cap. viii. Diui Augusti epiſtolas elegantia ſermonis neq; moroſa, neq; anxia, ſed facili, & ſimplici commendat, hinc Ouid. de Amandi arte, Munda ſed è medio conſuetaq; verba puellæ Scribite: ſermonis publica uerba placent. Idẽ, Sit tibi credibilis ſermo: conſuetaq; uerba, Apta tamen: præſens ut uideare loqui. Scribentis nomen licet inferioris ſemper præponitur. Cic. epiſtolarũ. xii. epiſtola. xv. P. Lentulus P. filius Po. Ro. cõſuli, Prætoribus, Tribunis Plebis, Senatui, Plebiq; Romanæ ſalutem plurimam dicit: qua maxime autoritate non audiendi ſunt poſtponentes. Si nãq; præponendũ non eſſet, non ita cum ad populum Romanum, oẽsq; eius magiſtratus ſcriberet ſuũ præpoſuiſſet nomẽ, & in quarta Tuſc. Anacharſis Ammomi ſalutẽ. Gel. in. xii. Rex Alexãder Iouis Ammonis filius Olympiadi matri ſalutẽ dicit. Quãuis me non prætereat Martialẽ, ſic in. viii. ſuũ poſtpoſuiſſe nomen Imperatori Domitiano, Cæſari Auguſto, Germanico,

Dacio Valerius. Martialis. Ipſe ſuperiores, & non hūc ſequendos iudico: quibus autoribus conſtat nō audiendos, & imitãdos eſſe recentiores, qui cum ſcribunt, titulos uſurpant ampliſſimos, ut eſt ad ſanctiſſimum, beatiſſimumq; pontificem: ad ſereniſſimum inuictiſſimūq; Regem: illuſtrem principem: & excellētem comitem, ut ex Cice. & aliis patuit. & hoc modo ſcribere L. Ioānes Scoppa Alexandro Pontifici Ferdinandoq; regi ſalutem. Hoc & ſi minimum non præteream ſalutationem non ſupra epiſtolam, ſed in primo epiſtolæ uerſu, atq; contextu priſcorum more conſcribendam aſſerimus, ſic & nomen ſcribentis in nominatiuo, ad quem ſcribitur in datiuo, aut in accuſatiuo cum ad eſſe debet: in epiſtolæ calce ſubſcribitur nomen loci, ut regula grāmatices exigit, & tempus ut inferius ubi de die, hora, & anno locuti ſumus, demonſtrauimus: epiſtolæ clauſæ ſuperſcribitur nomen, cui redditur in datiuo, uel in accuſatiuo cum ad, quia intelligitur uerbum detur uel reddatur, uel mittit. Solent nonnunquam ſcribere nomen ſcribentis, aut potius primam nominis, & cognominis literam, deinde nomē loci, ubi dantur literæ hoc modo amicorum optimo Eliſio Scoppa uel amicorū optimo Eliſió Romæ, uel Puteolis, quòd i ipſo ſigno I.S. quibus duabus literis ſignificatur Ioannes Scoppa, & in hoc utuntur maxime mercatores, quo citius ſcribentis literæ cognoſcantur. Sed quoniam de ſalutatione meminimus, hoc & ſi minimum prius q̄ alio tendamus, excutiamus,

Grāma. error.

an ſalutatio uti tradūt, ſit pars epiſtolæ, negatur. Vt enim aliquo accedentes uel uerba facturi ne hoſtes, aut inimici uideamur ingreſſi, auditoré quo nobis conciliemus, ſalutare, cum exordiri nō licet, ſoleamus: mox cur adſumus narrare: & ſicut illa ingreſſus ſalutatio non eſt pars ſermonis, ſed ut facilius, atq; benignius admittamur, & audiamur: ſic epiſtolæ ſalutatio, cum ipſa ſit ſermo ad abſentes, adſcriptus, non eſt:

pars epiſtolæ,ſed familiaris nuncius:& lectorem vt recipiatur,ſalutat, & vnica ad legendum præparat dictione. Cæterum his æque ac nihil, aut parum conducibilibus omiſſis ad tria dicendi genera veniamus, quæ Figuras Cice. nũcupat,in quibus omnis oratoria ſemper elocutio conſiſtit. Vnũ Graue, Sublime Grande,quod Græci Adron vocant. Alterum Mediocre, ſeu Floridum, illi Meſon. Tertium nos Attenuatum finitum, Infirmum tenue, Humile,vel Subtile, illi Iſchinon dicunt. Demetrius vero Phalereus ſimplices ait characteres ſunt quatuor tenuis, magnificus, ornatus, grauis: ſed ornatum ipſe Cicero medio inſerit. Quare tres ſunt dicendi characteres,qui & ſtili vocantur.Pli. Arriano eodem ſtilo.i.genere: ponitur & pro compoſitione. Cicero in primo de Oratore ſtilus optimus,& præſtantiſſimus dicendi & eſt in verbis:proprie tamen erat ferrum acutum, quo ſcribebant in pugillaribus. Habet quilibet horum characterum vitium aliquod ſibi confine,& agnatum quod modum, & habitum eorum falſis,vt Gel.ſimulachris ementiatur. In humili nanq; genere eſt oratio pura,latina,& quotidiano ſermoni proxima,vbi nullæ ſunt deſcriptiones,nullæ comparationes,nullæ ſimilitudines, niſi breuiſſimæ, nullæ proſopopeiæ,nullæ figuræ,quibus oratio exornatur,In mediocri genere eſt oratio copioſior ſententiis, figuriſq; ornatior,quàm vulgaris loquendi vſus requirat. In ſublimi genere: omni verborum rerumq; copia vtimur. Eſt enim elocutio idoneorum uerborum, & ſententiarum ad inuentionem accomodatio, & aptatio quædã pro materia circa ſententiam in verbis ſingulis, aut coniunctis: in ſingulis intuendum eſt vt ſint latina perſpicua,& ad id quod efficere volumus accommodata: in coniunctis vt emendata,vt collocata, ut figurata. Nam ſi tractamus magna, altiloquis vtendum eſt vocabulis, parua humilibus, mediocria mediis: quod Verg. ſuis

executus eſt operibus in Bucolicis humilibus, in Georgicis mediocribus, in Aeneide altiloquis: quod ſeruandum docet Horatius in Arte: Verſibus exponi tragicis res comica non vult. Et ſicut in oratione nitida nõ tabile eſt humilius uerbũ & ueluti macula: ita à ſermone tenui ſublime, nitidumq; diſcordat, fitq; corruptũ e quia tumet in plano. Oratio naq; eſt conformanda nõ ſolum electione, ſed etiam cõſtructione uerborum. Sit igitur elocutionis cura quàm maxima; dum ſciamus tñ nihil uerborũ cauſa eſſe faciendũ: cum uerba ipſa rerũ gratia ſint reperta: quorum ea ſunt maxime probabilia, quæ ſenſum animi noſtri optime promunt, atque in animis auditorũ, quod uolumus, efficiunt. Nã magna virtus eſt, res de quibus loquimur, clare, atq; ut cerni uideantur enunciare. Debet enim ita narrari, ut exprimi, & oculis mentis oſtendi uideantur. Grauis enim niſi diligenter aduertas, elata quadam, & tumida uerborũ inſolentia mox inturgeſcet: cum aut nouis verbis, aut vetuſtis, aut grauiore, q̃ res exigit methaphora inſurgat. Proinde Phauorinus philoſophus his argute verbis taxauit iuuenem antiquitatẽ affectãtẽ, viue moribus præteritis, & loquere verbis præſentibus: & Cæſar muſitatum verbum, tanq̃ ſcopulum eſſe fugiendum præcepit, & Quint. in .i.ii. nequod inſolens uerbum, ne audacius tranſlatum, ne aut abſoleta vetuſtate, aut poetica licentia ſumptum deprehendantur. Hoc prætereundũ non duximus. Verba aut eſſe propria, quæ & natiua dicũtur penè cum ipſis rebus enata: & proprie dictũ eſt, quod nihil inueniri ſignificantius poſſit: & quæ bene translata ſunt: propria dici ſolent, & proprietas nõ ad nomẽ, ſed ad vim ſignificandi refertur, nec auditu, ſed intellectu perpẽdenda eſt. In verbis naq; eloqui, ſicut i rebus proprie inuenire. Prima nanq; virtus eſt perſpicuitatis propria verba, rectus ordo, non in longum dilata concluſio: nihil neq; deſit, nihil ſuperfluat: ita ſermo & do

ctis probabilis,& planus imperitis erit: aut uerba inuſitata ſunt, quæ per vetuſtatem iampridem à communi hominum conſuetudine remota,& emiſſa ſunt, vt antigerio,ideſt valde,& ſimilu.i.ſimul, torpor.i.cito: aut nouata ob verborum penuriam ex ſimilitudine aliqua eius rei,quam exprimere volumus deducta, vt dicētia, qua Hieronymus vtitur à diſco:aut tranſlata,uel ſermonis inopia,vel breuitatis,ornatus'ue cauſa verba aliqua in ſenſum alienum traducta ſunt, vt vites gemmare, & prata ridere,aut vulgaria, quæ vulgus habet, vt capitaneus pro imperatore:aut patria, vt caſnar oſcum, ideſt ſenex,rheda hiſpanum.i.currus. At medio cum vteris, obſeruandū erit quàm diligētiſſime ne id ipſum, quod ita ſcribas, genus orationis diſſolutum,aut fluctuās inueniatur: quod ſtili immutatione facile ſolet accidere. In mediocri figura magis conuenit rem prius nudā afferre,mox idoneis illam verbis exornare:ita in graui figura ſiue in laude, ſiue in vituperio verſetur oratio, ab ornatu ſumat initium:cuius rei ſic erit exemplū in mediocri figura, Pompeius facile omnium Romanorum & armis,&cōſilio princeps fuit:hoc vero in graui omnium Romanorum & armis,& conſilio facile princeps fuit Pompeius: in attenuato uero genere ſi nimis exiliter,aride, atq; exigue loquemur, decipimur. Proinde temperatum eſſe debet,vt neq; attollat ſe ad excogitatū,neq; ad rude,inelaboratumq; demittat. Stilus enim aridus vitioſus eſt, vt ſi diceres Turca cū omnibus ſuis venit in Chriſtianos. Deberes nanq; dicere cum tota fere Aſia,& magna Europæ parte. Nam cum dicis cum omnibus ſuis rem diminuis. Fit etiam aridus in dictione,vt Turca perturbabit Chriſtianos. Res enī magnæ non ſunt nominibus paruis enūciandæ, ſed magnis,vt rex omniū potentiſſimus magnus Aſianus claſſe innumerabili,exercitu maximo,& opibus ingentibus Europæ reliquū inuaſit. Eſt deniq; aridus in cōpoſitione cū

inciſa dēſa ſunt,ut eſt in Aphoriſmis Hippocratis, uita breuis,ars longa,tempus acuti,experientia dubia. Epiſtola tamen ſicut ex Demetrii Phalerei ſententia colligimus in tenui,humiliq; dicendi genere uerſatur,ac gratioſo miſceatur: cuius dicendi modus, & ſtilus gratior eſſe debet,in quo nihil,aut parum pigmenti, fuciq; niſi vbi rei dignitas expoſtulat adhibeatur. Sit ergo ſermo latinus,& purus,nec incitatus,ſed placitus coloribus & ſchematibus non niſi intercurrentibus. Exclamationes penitus alienæ ne in tragicum (vt dicitur) incidiſſe cothurnum videantur: ſententias quoq; non pertinere ad epiſtolas Dionyſius clamat, Nos aūt interſerendas uti gemmas, & non frequentes & penè in omni clauſula collocandas. Conſtat.n illum qui ſententias ſcribit, & adhortationes,diſputationesq; non ſimilem uideri narranti per epiſtolam, ſed per conſilium, ut Sene.ſcripſit ad nepotem, & vt Artemon Ariſtotelis epiſtolarū interpres ait eadem eſſe ſcribendas epiſtolas ratione,qua & dialogos:quòd dialogi pars altera ſit epiſtola: pluraq; aliis uidētur dialogo, q̄ epiſtola contineri. Imitatur ſiquidem dialogus extemporalem, impræmeditatamq; orationem. Morales ſententiæ epiſtolis, dialogisq; pariter conueniunt: ita ut epiſtola, ac dialogus ſcribentis,loquentiſq; animæ quandam referant imaginem. Ex omnibus ut Demetrius inquit, ac Dionyſius ſermonibus eſt ſcribentis mores intueri. Et quoniā ſuperius de dialogo meminimus non eſſe ab re duximus aliquid de ipſo referre oratoribus. ad aliorū iudicia eſt cōponenda oratio ſæpiusq; apud omnino imperitos, atq; aliarum certe ignaros literarum loquendum eſt: quos niſi & delectatione alligamus, & viribus trahimus,& nōnunq̄ turbamus affectibus,ipſa,quæ iuſta,ac vera ſunt tenere nō poſſimus: vt ergo locuples,& ſpecioſa fuerit oratoris eloquentia,ita philoſophorum certis, ac crebris concluſionibus, & in vnā propè formam

cadentibus

tadentibus conciſa, vt contemptum quandoq; ex humilitate,& ex copia ſatietatem ferat:in dialogis nobis erit autor Plato. Genus dialogorum, ſiue diſputatorium remiſſius etiam,ſimpliciuſq; genere hiſtorico,& rhetorico,vixq; vt videri poſſit eſſe periodus. Nam vt carmẽ quo laudes clariſſimorum virorum celebrantur,grande & ſonorum eſt:& ſatyricum humile, ſolutæq; orationi, & qualiter nos ſermocinamur conſimile, vt Horatianũ illud ibam forte via Sacra,ſicut meus eſt mos,ita ab oratoris,hiſtoriciq; oratione,diſputatoria diſtinguitur oratio,vt Cicero de anima in prima Tuſculana, age iam cõcedo non eſſe miſeros,qui mortui ſunt:quoniam extorſiſti,vt faterer qui omnino non eſſent,& ſi eos ne miſeros quidem eſſe poſſe. ita enim fit: vt in his vix finem poſſumus deprehendere. Gaudere dialogum, vt Demetrius exiſtimat vrbanitate,& prouerbiis: vtq; loquentis perſonæ proprietas in primis cuſtodiatur: vt in epiſtola, ſermone,& oratione loquimur, vt inferius de numero locuti demonſtrauimus. Sit igitur epiſtolæ imago,vt Suet.de Auguſti obſeruatione genus eloquendi elegãs & temperatum vitatis ſententiarum ineptiis, atq; in concinnitate,& reconditorum verborum, vt ipſe dicit fœtoribus,præcipuamq; curam duxit ſenſum animi quàm apertiſſime exprimere: quod quo facilius efficeret:aut necubi lectorem,vel auditorem obturbaret,ac immoraretur,neq; præpoſitiones verbis addere, neq; coniunctiones ſæpius iterare dubitauit:quæ detractæ afferunt aliquid obſcuritatis & ſi gratiam augeant: Cacozelos, & antiquarios vt diuerſo genere vitioſos pari faſtidio ſpreuit. Exagitat nonnunq̃ in primis Mecœnatem ſuũ, cuius myrobrechis, vt ait cicinnos vſquequaque perſequitur,& imitando per iocum irridet. Marcum quidem Antonium, vt inſanum increpat quaſi ea ſcribentem quæ mirentur potius homines q̃ intelligant:& quadam epiſtola Agrippinæ neptis ingenium collaudans, ſed

opus eſt, inquit dare te operam ne moleſte ſcribas, & loquaris. Sunt Cacozeli mali imitatores, ſicut Antiquarii, qui verba ab vſu remota ſcrutantur, & antiquos autores, vt ab his accipiãt. quæ, vt patuit, non ab omnibus intelliguntur, & quæ ipſi ſoli ſcire videãtur: & cicinnos myrobrechis. i. vnguentatos: myron nanq; dicitur vnguentum: brechim. i. irrigo. quaſi dicat tuam orationem nimium affectatam, & ornatam. Præfractam alii orationem, inquit Seneca probant, & aſperam: diſturbant de induſtria ſiquid placidius effluxit. Nolũt ſine ſalebra eſſe iuncturam: virilem putãt & fortem, quæ aurẽ inæqualitate percutiat. Multi ex alieno ſeculo petunt verba, duodecim tabulis loquitur: Gracchus illis, Craſſus, & Curio nimis culti, & recentes videntur, quod retinere inſolentiæ cuiuſdam eſt, & friuolæ in paruis iactantiæ. Alii vero dum nihil, niſi tritum, & vſitatum volunt, in ſordes etiam incidere minime formidant. Prætereundum non eſt epiſtolas, quæ ad pontifices, reges, dynaſtas; id eſt potentatus, vt Venetorum, atq; ciuitates deſtinantur, eſſe in graui dicẽdi figura cõſtitutas; huiuſmodi literæ ſunt aliquanto grauiores, & ornatiores. Eſt enim ſemper conſiderandum, cui ſcribitur, cuiuſq; pſonæ dignitatis ſit habenda ratio: ſic etiam præceptũ eſſe velim: ſi epiſtolæ tractãt grauioribus de rebus, & ſeueris, vt de philoſophia, animaq; origine, & immortalitãte, de republica, religione, bello, pace, pietate, contendẽdo, dolore, iure ciuili, aut gentium æquitate, capiendo animi conſilio, temperantia, cæteriſq; virtutibus. Epiſtolarũ genera, vt nõnulli Libanium ſectantes aſſerũt, ſunt octoginta, vt aliqui quadragintaquinque, vt alii viginti, vt multi tria. Nos autẽ multa dubio procul affirmamus eſſe. Tot enim ſunt epiſtolarum genera quot materiæ, q̃ quotidie eueniũt, de qbus dici poteſt: materiæ ſunt infinitæ: Epiſtolarũ igitur genera oportet eſſe multa, ſeu infinita: Eſt oratoris materia quicquid dici poteſt etiam

cum ſermone explicare. Item quibus in rebus verſatur orator, eas res materiam nominamus. has autē res alii plures, alii pauciores exiſtimant. Gorgias Leontinus oībus de rebus optime poſſe dicere exiſtimauit, & ſicut in ſeptimo. Quint. infinitæ litium formæ fuerint futuraq; ſint, & tot ſeculis nulla reperta ſit cauſa, quæ eſſet tota alteri ſimilis, ſic epiſtolarum genera ſunt multa. Proinde ſcite ad Curionem Cicero multa eſſe epiſtolarum genera tradit: mox partiendo tria eſſe principalia, & quibus, cū noſtros facimus certiores amicos vtimur potiſſime. Oīa tamen epiſtolarum genera, omnemq; materiam, licet nonnulli pertinaciter contendentes negauerint, ad tria cauſarum genera ducenda incunctāter aſſeuero: & quòd hoc ſit verum ſic probabitur. Omne quod literis mandamus aut tendit ad laudem, aut vituperium cum amplificatione, & hoc erit conſtitutum in Demonſtratiuo genere, quod Decticon Græci dicūt, ſicut Encomæſticon Laudatiuum. Nā epedeleis demōſtratio nominatur, & panagyricum hinc panagyrici Plinii, vel ad accuſationem, aut defenſionem & tunc in Iudiciali genere, quod Dicanicon appellant Græci, & habet petitionē, aut defenſionē, aut negationē, aut recuſationem, vel perſuaſionē, aut diſſuaſionē, & tunc in Deliberatiuo genere, quod Suaſorium Latini, Græci Buleticon. i. conſultoriū nuncupāt, quod Demegoricō. i. Cōcionale nominat Ariſtoteles. Cauſæ nanq; denominantur non ab eo, quod ꝓbat, ſed ab eo, quod probatur. Etenim in ciuili quāuis diſceptatione vel honeſtū, vel vtile, vel iuſtum expetitur. Non quòd iuſtū, vel vtile ab honeſto ſeparari poſſit, ſed quòd in omni actione aliud alio magis emineat. Proinde nō omittēdum eſt: quòd qdqd agitur, aut venit in iudiciū, aut extra illud eſt: qd' venit in iudicium eſt de præterito. Agitur enim de his quæ facta ſunt: cū agitur de eo, genus efficitur Iudiciale vbi facta criminantur: quod Diſceptatiuum (quoniā in

illo diſceptatur)vocat Ariſtoteles. Inuenies tamē quandoq; de futuro accidere iudicium laudem, aut vituperationem complectens,quam conſequi poſſemus.Genus enim Iudiciale tam eſt præteriti q̄ futuri nonnunq̄: ſed in præterito tãtum de facto coniectura,qua iudicamus, ex futuro qualitas frequenter innaſcitur. Iudicialis eſt finis iuſtum,vel æquitas,aut quod legibus,aut moribus cenſetur conſentaneum tempus præteritum, locus, forum,auditor,iudex,vel quiuis ad quem pertineat magiſtratus,cuius officium eſt abſoluere:quod fiebat hac litera A,quæ ſignificat abſoluimus,vel damnare,condēnare quod fiebat hac litera D,vel C:quod ſignificat dānamus,& ſimul cōdemnamus:cum vero res erat dubia, ambigua'ue notabatur his duabus literis N, & L, quæ ſignificant nō liquet.i.res eſt dubia,ambigua'ue. Quod extra iudicium eſt,aut futurum eſt,aut præſens:ſi futurum,qm̄ de eo conſultatur genus erit Deliberatiuū.Futura nanq; conſiderat, & quæ cupimus, nōnunq̄ præſentia,quærit etiam de præterito:& quæ fieri nolimus, aut quæ velimus ſuadet,diſſuadet,& petit, cōmendat, hortatur,dehortatur, conſolatur, admonet,edocet,& his ſimilia:qui ſuadet quaſi ad melius hortatur, qui tamen diſſuadet quaſi a peiori dehortatur. Deliberatiui finis eſt vtile,tempus futurum,locus,curia, auditor, ſenatus,cuius officium eſt alteram partem deliberationis cōplecti:hæc tria re,& exitu diſtant. Si extra iudiciū eſt præſens,aut laudatur,aut vituperatur:ſicq; demonſtratiuum naſcitur genus, quod Exclamatiuum(quoniā in eo vtimur exclamatiōibus)appellat Ariſtoteles:& præſentia ſemper complectitur. Nam quæ præterita commemoramus,ea ad præſens traducimus negocium laudandi,aut vituperandi,ſed vtimur etiam plerunq; præteritis ad memoriam reducentes,& futuris coniicientes vt Ariſtoteles, ſed a iudiciali genere fine diſcernitur. Aliud enim eſt abſoluere innocentem æquitatis impe-

rio, aliud laudibus proſequi glorioſum inſignium contemplatione meritorum: & quæ laudamus, hæc ipſa & ſuademus, & quæ ſuademus quaſi laudamus. Laus nanque ſumit defenſionem, vt Cicero pro Archia. Nam laus eſt de præſenti, licet futurum, & præteritum, & ad maiorem confirmationem præſentis laudis habeat, ut Vergilius in ſexto, tu Marcellus eris: & cum deliberatiuo, & cum iudiciali q̃ ſæpiſſime per omnes aſſumitur partes. Demõſtratiui generis finis eſt honeſtum, aut turpe; tẽpus præſens, locus Roſtra, theatrũ, vel qd tale, auditor populus, cuius officium eſt, laude dignus ne ſit, an vituperatione is, de quo agitur, exiſtimare. Erãt Roſtra, ut Li. in. viii. forum ante curiam Hoſtiliam, vbi erat pulpitum ornatum ex roſtris nauium Antiatum, unde concionari ſolebant. Quæſtio item omnis in tres ferè habitantium ordines diſtinguitur Populares, Patritios, & Magiſtratus, unde & tria publicarum actionum erãt loca, Roſtra, forum, curia: & ex tribus cõſtituitur oratio ex eo, qui dicit, de quo dicit aut ad quem. i. auditor. Habes ergo cauſarum genera cur potiſſimum tria ratione temporum & accidentium, vel etiam, quòd tria ſunt auditorum genera, vnũ, quod delectationem requirit: alterum quod conſilium capit: tertium, quod iudiciũ exercet. Quamuis Cice. in ii. de Offi. his verbis nõ tria, ſed plurima, ut ait cauſarum genera ſint, quæ eloquentiam deſiderant, multiq; in noſtra rep. adoleſcentes, & apud iudices, & apud ſenatum dicendo laudem aſſecuti ſunt. maxima etiã admiratio eſt in iudiciis quorum ratio duplex. Nam ex accuſatione & defenſione cõſtat quarum etſi laudibilior eſt defenſio: tamen etiam accuſatio probata eſt: hucuſq; Cicero, & in rhetoricis eſſe qnque tradit cauſarum genera: quibus ſuperius probauimus rationibus, & autoritate epiſtolarum genera eſſe multa, & ad tria potiſſimum reducta, illis hic Ciceronem, ne ſibi ipſi multis in locis repugnaret, defendimus. vel ſi res multæ

ſunt quarum vna ſubſtantia:cum ergo ſubſtare acciderit vna qualitas,poteſt & alia accidere, ſed quæ non ſit in eodem genere,in quo prima qualitas. vt ſi dicas. folioꝝ genera ſunt duo de mẽbranis & de charta:hoc ſolũ eſt ſubſtantia. acceſſit ei vna qualitas, mẽbrana & charta:poteſt eidem ſubſtantiæ,id eſt folio,alia qualitas accidere, quæ non ſit in eodem genere, quo prima qualitas: vt ſi dicas folioꝝ genera ſunt tria:eſt longum,eſt latum , eſt quadratum. ſi in eadem ſubſtantia circa alias qualitates numerus definitionis variatur:nõ eſt vitivm,vt hic cauſarum genera ſint tria:cauſa hic eſt ſubſtantia . accidit ei vna qualitas,vt ſit demõſtratiuum genus, Deliberatiuũ & Iudiciale. deinde refert cauſaꝝ genera ſunt quinque, licet eadem ſit ſubſtantia,alia tamen ſi qualitas accidit. In Iudiciali,ſiue alio genere cauſa inuenitur & honeſtũ cauſæ genus admirabile,humile,obſcurũ,& vt intelligamus ergo quòd ſubſtãtiæ:aut multæ ſæpe accidiit qualitates:aut quòd multæ qualitates ſubſtantiales ſunt.i. quòd quibus qualitatibus poſſunt aliter accidere qualitates,vt hic ſubſtantia eſt cauſa.accidit cauſæ, vt ſit iudicialis. Itaq; iudicialis qualitas eſt incurſus, hæc ipſa qualitas ſubſtantialis eſt. Sed quoniam qui cõponantur epiſtolæ,docere polliciti ſumus : ideo ad ornatũ tẽdimus, Inuentionem vero , & partitionẽ, & ſiquas non tamen oẽs quælibet epiſtola habet partes , vbi Ciceronis. Pli. Senecæ,& Hieronymi epiſtolas multas,orationes , Liuii conciones , & poetarum artem , & decorum diuiſimus & indicauimus,apertius,edocuimus.

¶ De Epiſtolis & ornatu.

VBi latina transferre ſciuerit ipſe puer:protinus epiſtolas cõponere diſcat : de quibus ornandis hæc conſcripſimus. Sed ante q̃ præcepta cõpoſitionis exordiamur,nõ abſurdum eſſe duximus, lectorem,vt in primis ſermonibus elegantiæ curam adhibeat diligentem admonere. Nam ſicut Cithara,ſic oratio perfecta neq;

eſſe, niſi ab imo ad ſummũ oibus intenta neruis conſentiat. Verum nõ hæc ita ſemper ſcribentibus obſeruãda ſunt, vti leges recte viuentibus. Quoniam hæ ſemp, illa nõ ſemper obſeruari debent: ſed cum doctæ iudicauerint aures opportunum eſſe, quarum quidẽ iudicio oĩs oratorum præceptio ſubmittitur. Non enim oratorum leges ſunt velut immutabili neceſſitate conſtitutæ, ſed ſicut in ſtatuis, picturis, poematibus, cæteriſq;, ita quoq; in exornanda viri eloquentis oratione plurimum ſemper roboris, ac venuſtatis habuit varietas. Proinde noſtra non vt oracula ſemper ſequenda præcipimus. Scimus enim apud plurimos, & Ciceronem maxime latinitatis, & eloquentiæ parentẽ nõ obſeruari ſemper. Qui vero rectam, & cõcinniorem loquendi normã ſeq præoptat, noſtra plurimũ cõmẽdabit, & præ viribus imitari ſtudebit. His tamen omiſſis ad inſtitutiones contendamus. Feliciſſimus eſt ſermo, cui & rectus ordo, & apta iunctura, cũ & his numerus opportune cadens contingit: de quibus omnibus in præſentia tractamus.

¶De Ordine.

COmpoſitio eſt verboꝝ conſtructio æqualiter perpolita, quæ non ex anxio labore venit, ſed vſu, atque exercitatione perpetua; quæ magis fluat, de ea (nã quocunq; loco dictiones aurium iudicio collocentur) iudicetur auribus, quæ ſunt compoſitionis arbitræ: quæ debet eſſe iucunda, & varia. Reficit enim animos, & reparat ipſa varietas. in qua ordinanda compoſitione vtimur commate quod eſt quaſi trunca pars membri (cum oratio ſit quaſi vnum corpus) a corpore amputata, & cæſura, quæ & inciſum dicitur latine: quæ pars ab integro abſciſſa per ſe nihil efficere poſſit: eſt pars quando ſenſus nõ conquieſcit, ſed ad membrum quaſi metam properat, & eſt imperfecta ſententia, vt ego omni officio, ac potius pietate erga te, cæteris ſatiſfacio omnibus. Colo; id eſt membro ex duobus, vel

pluribus conſtante commatibus quod eſt a corpore abſciſſum integrum; & eſt perfecta oratio, ſed cuius ſenſus adhuc pẽdet, & aliquid adiungi ſibi poſtulat, vt ego omni officio, ac potius pietate erga te, cæteris ſatisfacio oibus, mihi ipſe nunq̃ ſatisfacio. Et periodo quæ eſt orationis continuatio, vſq; ſenſus concluditur latine, vt Quint. interpretatur ambitus. i. circũductus: qui in orationis ſerie eſt vocum circuitio, qua abſoluitur ſententia vel periodus eſt concluſio, qua ad extremam clauſulam
40 peruenitur, & eſt ſenſus perfectus, vt ego omni officio, ac potius pietate erga te, cæteris ſatisfacio oibus, mihi ipſe nunq̃ ſatisfacio. Tanta eſt enim magnitudo tuorum erga me meritorum, vt quoniam tu niſi perfecta re, de me nõ cõquieſti: ego, quia nõ idẽ in tua cauſa efficio: vitam mihi eſſe acerbam putem. De punctis, vt nequid relinquatur intactum: inferius dicemus: cõtexitur etiam oratio ordine iunctura, & numero. Ordo eſt verborum compoſitio aptis, & accommodatis locis: cuius eſt obſeruatio in verbis ſingulis, & coniunctis. Singula, ſunt
80 quæ dicuntur a Græcis aſyndeta, & non aſynteta, ſicut patuit in Grammatice: id eſt ſine coniunctione, vt veni, vidi, vici, & item, Ferte citi flammas, date tela, impellite remos: cum vero crebræ ponuntur coniunctiones, tunc Polyſyndeta dicuntur vt Athamasque, Thoasq;, Pelidesque, Neoptolemus: in his cauendum eſt, ne decreſcat oratio. augeri nanque & inſurgere debet: & quod ſequitur, ſuo ſit maius antecedente, vt fur, latro, ſacrilegus: amicus, familiaris, neceſſarius: diligo, amo, colo, veneror, obſeruo: & hoc eſt intelligendum: quando verba ad eandem referuntur rem: ſin ad diuerſa,
56 nullum admittitur vitium: ſi prius alium dixeris ſacrilegum, mox alium furem. Coniuncti tamen ordinis hoc erit exemplum. Omnibus illam eſſe virtutem conſtare iudicio, quæ ruſticos, plæbeios, proceres, regulos, atque reges ad magnam dignitatem, ſummosque ho-

nores tollit: idcirco noſtram mentem, cogitationem, actiones diuitias, nos deniq; ipſos exponamus, vt ea ipſa virtus diligatur, ametur, & colatur. Cæterum ordo ipſe conſideratur in Clauſula, quam Græci Periodon vocant, quæ eſt compoſitio plauſibilis ſtructuræ exitu terminata, quàm neque breuem oportet eſſe, neq; longam, ſed inter vtrunq; temperatam: ut quandam præferat ſententiæ maieſtatem. Breuis enim præcipitat auditorem: longa ſuſpenſum tenet, viteturq́; longa uerborum continuatio, quam vnus enuntiare ſpiritus non poſſit. Verbo ſenſum claudere, multo ſi compoſitio patiatur, optimum eſt: & id ipſum ſi aſperum eſt, cedat oratio numeris. In verbis enim ſermonis vis ineſt: & maxime commendatur, ſi terminetur oratio in illo verbo, quod in vituperio ſummam habet deformitatem, ſicut econtrario ſummum decus, laudē ornamentum, vt Ciceronis illud in Antonium: tibi neceſſe in conſpectu Romani Populi vomere: item qui multa pro Romana republica præſtitit beneficia non debet triumphare? Duxi non eſſe prætereundum omnia, quæ reguntur, eſſe præponenda: quæ vero regunt poſtponēda, vnde fit verbum, quod à nullo regatur, debere poſtponi, & principale potius, q̄ ſecundarium. Perfectio nanq; atque abſolutio in fine maxime iudicatur. Quoniam prima pauci vident, poſtrema pleriq;: quæ quoniam apparent, & intelliguntur, ponenda ſunt aurium conſonantia quocunque loco. Longiora tamen in fine melius, iucundiusq; ſonabunt, vt veſtram omnes virtutem admirantur. Quando vero ſentētiam torquemus, verbis finiemus breuibus, vt quod in tempore mali fuit, obſit: & quod in cauſa boni fuit, proſit. Abſurdum eſt unius abuti verbi ſignificatiōe pro alio in quo nulla reluceat ſimilitudo: ut ſi fundum appelles eruditum: cum eruditum eſſe proprium ſit hominis, non fundi. Oportet enim propriam verborum ſignificationē

non ignorare, & rerum naturā non inquirere, & verba rebus aptare. Clauſula monoſyllaba dictione terminata frigida eſt, vt locus frequens eſt, decentius erit locus eſt frequens: ſed eſt in clauſulæ fine ſi præcedat cōparatiuū, aut ſuperlatiuū non negligitur, vt amicitia nihil iucūdius eſt, honeſtior eſt, maxima eſt, leuiſſima eſt: etiā præcedente ſubſtantiuo polyſyllabo, ut amicitia eſt, fatigatio eſt, pudicitia eſt, vitium eſt, iniuria eſt: etiam cum adiectiuo, vt iucunda eſt, neceſſe eſt, innatum eſt, cōmunia ſunt: etiam præcedente ſignificante neceſſitatem vt conſulendum eſt, ſuſcipienda eſt, putandæ ſunt, enutriendi ſunt, & in principio præcedente negatione, vt nullus eſt nemo eſt, nihil eſt. Eleganter habitator ponitur pro domo. Ter. egreditur à fratre. Idē quiſnam à nobis egreditur? Sallu. vero in Cati. in domū D. Bruti produxit ait. Inter prænomen, & nomē, aut inter nomen propriū, & cognomen aliquid eleganter interponitur. Quint. Seruius modo Sulpitius. Gel. C. quoque Trebonio, & ſæpiſſime. Septimus caſus abſolutus orationem, vt plurimum dilucidat, & narrationum breuitati eſt accommodatus, ut florente republica iuſtitia facilius adminiſtrabatur. Aduerbia quoq; augent orationem, vt omnia enixiſſime, vehementiſſime curabo. Cōparatiuum ornate ponitur in clauſulæ principio, vt honeſtior, pulchrior, vtilius, facilius, & ſimilia, ponitur etiam in fine, vt hoc audiui nihil melius, præſtātius, & hæc omnia ſunt vtiliora, clariora, & huius ciuitatis tuus pater acutior, prudentior, & ſimilia. ſic etiam præcipimus de ſuperlatiuis tam in principio q̄ in clauſulæ fine. Interdum ob nimium animi affectū, & vehemētiam hoc geminamus aduerbium etiā, ut huic etiā, atq; etiam ſupplicabo. Adiectiuum elegantius ſuo præcedit ſubſtātiuo, vt doctam orationem, ſummos honores. Inter adiectiuum, & ſubſtantiuum aliquid eſt interponendum, vt docta in lectione, magno cū hono-

re, cæteris ſatisfacio omnibus. Negatio non monoſyllaba in clauſulæ fine venuſtat orationem; ut tuorum vidi neminem, lectionem audiui nunq̃, Tullium conſpexi minime: ponitur & in principio, ut nihil eſt amicitia melius, nemo, uel nullus præſtare poterit, neſcire tamen dixerat. Genitiuus, vel datiuus cunctis ornatius præponitur dictionibus, vt regis decretum diligentiſſimo nobis calamo ſcriptum miſiſti, maiori quippe curæ tua mihi dignitas erit. Ante verbum, vel participium in fine clauſulæ collocatum ornatius aliqua ponitur dictio longa, quæ præter egregiam, quam affert verbũ, uel participium concinnitatem, facit etiá orationis ſtilũ longiorem, atq; limatiorẽ: quæ dictiones ex omnibus poſſunt partibus deduci, ut meam te credo rem diligentiſſime curaturum, diligentiam accuratiſſimam adhibebis: utilitatem q̃ ampliſſimam comparabis. Nomina tempus, ſpatium, menſuram, numerum ſignificantia tam in accuſatiuo, q̃ in ſeptimo poſſunt eſſe caſu, ſed apud oratores frequentius in accuſatiuo, ut multos ſtudui annos, vnum à te diſto lapidem, & decem paſſus. Neſcio an poeta, aut orator ſit: de utroque dubitatur: ſi vero dixeris neſcio an poeta; an orator ſit: de altero tantum dubitatur. Honeſtior erit clauſula quæ dictionem habet in fine affirmatiuá, ut regis prudentiam admirantur omnes, & tuam vi ant calliditatem cuncti, uel cæteri, reliqui. Eleganter erit oratio, quæ habebit in calce aliquod inſigne nomen, uel aduerbiũ, ut quæ tua pro ætatula feciſti, ſunt admiranda egregia; nobiliora, omnibus gratificari ſtudeo enixiſſime, uehementer, maxime feci libentiſſime, præſtantiſſime. Inter noĩatiuos eleganter ponitur genitiuus, ut magna uirorũ multitudo: & nominatiuus inter genitiuos, vt huius magnitudo viri. Subſtantiuo poſtponitur cõparatiuum, aut ſuperlatiuũ vt homini cibus vtiliſſimus, diligentiá maiorem; & numeralia ſubſtantiuis, ut annus tertius, viri de-

cem:& adiectiuum diſſyllabum frequentius ſubſtantiuo pluribus ſyllabis facto, vt beneuolentia magna, facinus pulchrum, dignitas clara, animus æquus. Adiectiua hæc alienum, aliud, alterum vtrunque, ſolum, vllum, tale, & ſiqua ſunt generis eiuſdem ſubſtãtiuis poſt ponuntur, vt vires alienæ, fortuna aliena, dictũ vtrunq;, opus totum, locutiones tales, pũcta ſingula. Omnis poſt ſubſtãtiuum venuſtat orationem vt virtus omnis, diuitiæ omnes, ſtudium omne: & nullus poſt ſubſtantiuum, vt amicus nullus, literæ nullæ, præmium nullũ, lingua nulla. Eleganter cognomen præponitur nomini proprio: Quint. Celſus, Cornelius, Liui. Pollio Aſinius. Gel. Nepos Cornelius & ſæpiſſime. Autores elegantius vſurpant non queo, quàm nequeo coniunctum; vt ne potari per ſe queant. Si habuerimus adiectiuum ſubſtantiuo iunctum, eleganter tertiã adiectiui vocem vertimus in ſubſtantiuum, & iungimus genitiuo, vt habeo multum librorum, minimum literarũ: & eſt notandum: quòd ſi genitiuus eſt pluralis reſoluitur per pluralem, ſi ſingularis per ſingularem, vt habeo multum librorum, ideſt multos libros, & plurimũ prudentiæ, ideſt plurimam prudentiam: ſic quoque eſt intelligẽdum de ſat, ſatis, parum, nil, nihil cum genitiuo.

Si habuerimus gerundium cum caſu poſteriori, vt ſtudeo cauſa indagandi veritatem, & ſum maturus ad audiendum lectionem: ornatius fiet per nomen, vt ſtudeo cauſa indagandæ veritatis, & ſum maturus ad audiendam lectionem. Eleganter pronomini adiectiuo ſubſtantiuum ſuum præponitur, vt ingenium tuum, honor meus, fauor ille, ager ſuus, deus ipſe, ianua veſtra, patibulum hoc, ratio ipſa, ſermo iſte, oratio noſtra, res eadem, Marius ille, vir aliquis, vtilitas quædam, timor quidam, molle quiddam, medicina quædam. Nomẽ adiectiuum præcedit elegantius, & ſubſequitur adiectiuum pronomen cum ſubſtantiuo, ut magnus quidam

amor, admirabilis tua virtus, honeſti tui mores, mollis ille vir, repentinus aliquis motus, paruus meus filius, familiaris noſter Ioannes. Sermo erit ornatior: ſi relatiuum ſuo præcedit antecedenti & antecedens cum relatiuo congruet in caſu, vt quã audio lectionem eſt docta. Comparatiua nonnunq̃ eleganter ponuntur pro poſitiuis, vt libentius accuſaui pro libenter, prudentior intellexit pro prudens. Subiunctiuo vtimur ornate pro indicatiuo, vt ſtudere velim, pro volo, lectionem legerim pro legi. Siquod fuerit ſubſtantiuum præpoſitione iunctum, præpoſitiõem vertimus in relatiuum, & addimus verbum eſt, ut pro tua liberalitate magnam es conſecutus laudem, quæ tua eſt liberalitas, magnam eſt conſecutus laudem. Si fuerit relatiuum inter duo ſubſtantiua, poterit & cum præcedenti, vel cum ſubſequenti cõgruere, ſed cum ſubſequenti potius, vt eſt locus in carcere quod Tullianum appellatur, & medium vides, quæ terra dicitur. Poſitiua nomina his augemus præpoſitiõibus præ vel per, vt tuus pater præfulget, & tuas perdoctas legi literas. Per ſemper iungitur poſitiuo longe, multo, & q̃ ſuperlatiuo, vt tuæ mihi literæ fuerunt quàm multo, longe iucũdiſſimæ: quãuis vt in noſtra patuit grammatice, legatur aliter, ſed hoc vſitatius. Perquàm vna eſt dictio, & poſitiuo iungitur, vt perquàm doctus: ideſt valde doctus. Si vnũ adiectiuum iungitur, vel iteratur cum duobus ſubſtantiuis: adiectiuum ponetur in orationis principio, & ſubſtãtiua cum, & vel cum tum geminata poſtponuntur, vt Cicero fuit magnus orator, & magnus philoſophus, elegantius Cicero fuit magnus & orator, & philoſophus. Si adiectiuum aliquod laudem vel vituperium, honeſtum vel iucundum, vtile vel inutile ſignificans habuerimus, illud ornatius in datiuum ſubſtantiuum mutamus, & addimus verbum ſum, vt oratio tua eſt mihi iucunditati, delectationi, ideſt delectat, & vitia ſunt de-

decori hominibus,ideſt pariunt dedecus. Inter ante, & q̃,& inter prius & q̃ eleganter aliquid interponitur. Cic. Tyro.neq; ante remunerari,q̃ facta ſint. Ter.prius experiri verbis,q̃ armis,& ſæpiſſime. Elegantius dicitur dubio procul. Gel Satis deo fecimus.i.ſatisfecimus. Lact. & Cice. ad Mar.ſatis me coniunctioni, amoriq; facturum,iusq; iurandum exegit. Sueto.rogationibus, plebis'ue ſcitis. Quint.magnoq; opere. Gell.animum non aduertit. Gel.plebis enim ſcitum. Vale.parui id facio. Sall. Alius quiſquã, tale,nihil,alius nemo,alius quidam,neq; alius quiſq̃,aliud nihil,nec alius vllus, alia ratione ulla,alius nullius, tale aliquid, vnum id, omne id ſic ponũtur ornate. Quint.aut id vnum dixit. Omnis ponitur in clauſulæ principio. oĩs enim peregrinatio, etiã in fine,ut fortunis anteponitur omnibus. Siquod habuerimus vel nomen, uel aliquod inſigne aduerbiũ, illud cum quidem & copula & poſtponetur, ut Maro fuit maximus poeta,elegãtius, Maro fuit poeta,& quidem maximus,quæ ſuſcepi,perfeci diligẽter,quæ ſuſcepi,perfeci & quidem diligenter. Verbum Polyſyllabũ temporis indicatiui ponitur in clauſulæ principio, vt cognoſcimus nihil amicitia dulcius, credimus, animaduertimus,& ſimilia:ponitur etiam in fine,vt amicitiæ vim non parũ admiror,incipio, putantur,verentur, ducimus,& ſimilia. Venuſta & vera erit oratio cum primum ad te veniam,potero autem q̃ primum:& non e contrario. Nam cum primum conditionem temporis adhuc incerti deſignat:q̃ primum temporis potentiam iam proximẽ importat. In dus finita neceſſitatem ſignificantia ponuntur in clauſulæ principio quærendus,diſcendum,ſeruanda, credendus, expetenda, & ſimilia, etiam in fine,vt putamus eſſe tollenda,retinenda,quærendum, præponendum, conſulendum, & ſimilia. Si oratio inceperit ab oppoſito,& ſtatim ſubſequitur relatiuum: ornatius ſecundum uerbum inter antecedens,

& relatiuum ponitur, vt Ciceronem, qui Romanis præbuit eloquentiam, omnes admirantur, Ciceronem oẽs admirantur, qui Romanis præbuit eloquentiam. Infinitum ſæpe vertimus in participium tam ſeptimi caſus, q̃ accuſatiui, ſi uerbum aliquod præcedit, uel ſubſequitur, ut opus eſt facto, & inuentum tibi requiro præceptorem eſt elegantius, quàm dicerem opus eſt facere vel fieri, & inuenire. Siquod habuerimus ſuperlatiuũ duriuſculum, fiet elegantius per poſitiuum, & aduerbiũ maxime, uel admodum, uel in primis, vt facinus maxime memorabile, hoc eſt memorabiliſſimum, & genus hominum admodum rarum, hoc eſt rariſſimum. Quoties nomina pluralis & ſingularis numeri cõnectuntur, reſpõdemus viciniori, vt hic illius arma, hic currus fuit. Item in diuerſis generibus ſiue maſculinũ ſit, ſiue fœmininum viciniori reſpondemus, ut uir, & fœmina pulchra: ſi uero numero utimur plurali ad maſculinũ oportet tranſire, ut uiri & fœminæ læti currunt. Cauendũ eſt, in oratione uerba ne ſint ſuperuacua, & nihil agentia, quod uitium euitabimus, ſi genus ſuæ ſpeciei anteponimus, ut Caſtor & Pollux fratres gemini cum finitimis bellum gerebant ſuperuacue, & inepte diceretur gemini fratres. Nam cum oẽs gemini ſunt fratres: nihil opus erat adiicere fratres, cum gemini dixiſſet. A relatiuo elegãtius, quàm ab antecedente ſumere principiũ conuenit, vt quem uides, is homo eſt, de quo loquebamur. Inter antecedens, & relatiuum aliquid interponitur, vt Platonem ſic ſolitum aſſerere accepimus, quẽ tu imitaris. Is ea id continuo poſt antecedens eſt collocandum, vt Ciceronẽ eum de quo tanta narras facinora, laudat nemo. Oratio in adiectiuum aliquod finire poteſt, ut hominẽ te omnes exiſtimant ſapientẽ, aut in participium, ut literas mihi deſtinaſti nimis commendãdas. Eſt notãdũ: quòd verba rebꝰ de q̄bus loquũtur, ſunt accõmodãda, ne plus, minus'ue, q̃ dignitas rei po-

ſtulat, ſignificet: aut ſi dixerit illluſtrem riſticum, & regē ſordidum: tunc eſſet vitium vel maximum. Non enim vtimur adiectiuo rei dignitati conuenienti: ſic quoque cauendum eſt ne in re triſti nimium laſciuiat oratio: aut in læta inculta ſit, & horrida: in aduerſis fugiendus apparatus, in felicibus ſeruanda eſt diligentia. Vitandū eſt: ne humilia magnifice, excelſa, ſummiſſe, triſtia laſciue, læta mœſte loquamur. Tunc eidem fit illud monſtrum Horatianum, Humano capiti ceruicem pictor equinam Iungere ſi velit. Cauendū eſt: ne plura ſint ſimul monoſyllaba, quale eſt an'ne id ſit. Nec omnes vno & eodem modo clauſulas determinet ſcriptor. In epiſtolis & orationibus ne crebro dictionibus propria epitheta hoc eſt adiectiua, vt niger coruus, charta alba adiungamus, niſi neceſſitas orationis exigat: poetis vero maximo eſt decori. Vnam vbiq; inſerere elegantiam verbum'ue ſtultum eſt. Mutatione nanq;, ut Quint. recreabimur, ſicut in cibis, quorum diuerſitate reficitur ſtomachus, & pluribus minori alitur faſtidio: & vt campus florum varietate commendatur, ita epiſtola verborum. Nec roſa quantumuis pulchra ſi paſſim pratis in omnibus ſola creſceret, admirationem, & recreationem, ſed contemptum pareret, ſic vna elegantia omnibus inſerta locis, erit faſtidio non mediocri. Illud etiam animaduertendum vt non minor cura habeatur ad ſententiarum pondus, & rerū dignitatem, quàm ad electa verba. Neutrum enim ſine altero vitio caret. Compoſite nanq;, & apte dicere ſine ſententiis infantia eſt: & vt Cice. de Orat. quid eſt tā furioſum, quàm verborum vel optimorum atq; ornatiſſimorum ſonitus inanis nulla ſubiecta ſententia, neq; ſcientia? licet enim vt Hiero. ad Paulinum, oratio in qua tantum uerba laudantur. ſententioſe vero dicere ſine verborum ordine & elegantia infantia eſt cenſenda. ſed de his hactenus in præſentia ad puncta tranſeamus.

¶ De Punctis.

ET quoniam ſuperius in componendo puncta eſſe neceſſaria diximus: Iccirco hic exequimur. Pūctum eſt ſignum ſegregans intellectum, & ſpiritum recreans prolatoris. Sunt autem quibus vtimur, ſuſpenſiuum, geminum punctum, comma, colon, periodus, ſemipunctum, gemipunctum, interrogatiuum, exclamatiuum, vel admiratiuum, parentheſis. Suſpenſiuum punctum eſt ſimplex virgula, quæ ſolet quietis gratia poni anteq̄ ſenſus clauſulæ ſit completus, & ſignatur hoc modo/ Geminum punctum, eſt quo vtimur: vbi clauſula maiorem habet quietem quandam, ſenſum tamen imperfectum, & ſignatur hoc modo: Comma eſt punctum planum, ſupra quod ducitur virgula in modum punctuli ſuſpenſiui, quo vtimur, vbi clauſula videtur eſſe completa, & tamen eſt imperfecta, & ſignatur hoc modo, Colon eſt punctum planum in inferiori lineæ parte poſitum: quo vtimur, vbi ſenſus eſt perfectus: ſignatur hoc modo. Periodus eſt punctum planum cum virgula curua inferius circunflexa, qua periodp vtimur in clauſulæ fine: quando non modo perfectus eſt ſenſus, ſed etiam ipſe ſermo; vt quod ſequitur, quaſi de nouo incipi videatur, & ſignatur hoc modo; Semipunctum eſt, quod in fine lineæ, quando contigit, quod ibidem dictio completa non ſit, ſed in ſequentem tranſit, quod quidem ſolet per iacentē virgulam deſignari- Geminū punctum eſt, quod ſcribitur per duo puncta plana, quo ſolemus vti in epigrāmatibus & epiſtolis loco propriorum nominū, vel breuitatis cauſa, vel in nominis, quod ignoramus, ſupplementum.. Interrogatiuum punctum eſt, quod interrogationem ſignificat, vt ſed vos qui tandem? & ſignatur puncto plano, & linea in cornu formam hoc modo? Exclamatiuum, vel admiratiuum punctum eſt, quod in exclamatiua, ſeu admiratiua ponitur oratione: quæ per accuſatiuum frequentius fit oratio: &

ſignatur per duo puncta plana , & virgulam in vltimo puncto ſuperimpoſitam hoc modo:- Parentheſis eſt interpoſita,& diuerſa orationi ſententia duplici ſignata diaſtole hoc modo , Ille meas errare boues (vt cernis)& ipſum.O mnium tamen horum pūctorum exemplum ponere(ne quis dubitet)decreuimus amicos, neceſſariosq; omnes tui amantiſſimos cognoui;quanquam eos tuo nomine pericula ſubituros nonnunquàm iudicaueram. Sed in præſentiarum omnia dubio procul ab his ferenda exiſtimabo ; quod autem de te ; in eo diximus.. o amicum fidum :- o intrepidum:- o omnibus, qui fuerunt,ſunt,& erunt profecto , anteponendum:- te ne laboribus deſiſtere nemo vidit:te ne regum minis deterrerit:te ne(dicam enim ipſe quod omnes ſentiūt) periculis cedere?Sed quoniam exclamatiua,vel admiratiua clauſula aliter,quàm continuus , vel interrogatiuus ſermo ſoleat enunciari : conſueuimus tales clauſulas in fine notare per punctum,& comma eidem puncto lateraliter ſuppoſitum. Notandum eſt quòd punctum eſt neutri generis,& non maſculini,licet Plin.in ſecundo,& Nonius in maſculino genere poſuerint.

¶De Iunctura.

IVnctura eſt apta quædam , atq; concinna literarum, ſyllabarumq; in verborum contextu collocatio ab omni aurium offenſione remota:in qua multa ſunt vitia fugienda ab Iſocrate , & Theopompo ſummo ſtudio vitata , a Cicerone,& Demoſthene non,niſi , cum nimis frequēter in orationē incidit. Verum in huiuſmodi literarum & ſyllabarum aduerſione peior eſt ſolicitudo,q̄ neglientia. A potioribus enim ea remouet cura, & hic metus ſtilum retardat : itaq; ſatis erit tenere medium,& primum conſiderandæ ſunt vocales:in quibus plus habet hiatus O,quàm A , & V,quàm O. Plures breues offendunt longæ,continuatæ retardant orationem,contentiones curſum,expoſitiones tarditatem re-

quirunt. Plurimum autoritatis,& ponderis habent lõgæ vocales,celeritas breues: quæ ſi commiſcentur quibuſdam longis concurrunt, & exultant. Alacres ſunt quæ de breuibus ad longas inſurgunt: breuiores quæ ex longis in breues deſcendunt. Optime incipitur a longis, vt magnos tollere: recte aliquando a breuibus vt nouum crimen: leuius a duabus breuibus, vt animaduerti iudices. Clauſula è longis eſt firmiſſima, & quandam dicendi parit tarditatem: ſed venit etiam in breues quoniam indifferens habetur vltima. Ex vocalium cõcurſu E plenior eſt: I anguſtior: ideoq; obſcurius in his eſt vitium,& minus peccabit qui lõgis breues ſubiiciet, & qui præponet longæ breuem: in duabus vero breuibus nimia eſt offenſio: Vitandum eſt: ne vocalium concurſus incidat crebro qui vaſtam, & hiantem reddit orationem, vt gratæ,& honeſtæ aræ illæ: Aeſculapio: & egredere è domo aliena: niſi aut aliter obſcura reddatur oratio: aut replicatio quædam aliaue ſegregatio fiat. Ille nanque hiatus, & concurſus vocalium habet molle quiddam,& indicat ingratam negligentiam de re hominis magis, quàm verbis laborantis. Proinde cuncta, quæ plus æquo, minuſue ſonant ab eruditis auribus ſunt reſpuenda: & fit illa naturalis obſeruatio: quẽ vocalium concurſum Latinus magis, q̃ Græcus fugit. Græci nanq; graui oratione adhibendum, ideo putant: quòd maiore ſono atq; aſperiore aures percutiat: cuius rei Ionicam linguam, aiunt eſſe teſtimonium quæ cum grauis, ſuauisq; ſit pleraſq; uoces cõcurſu uocalium hiulcas habet. Aduertimus præterea earundem uocalium concurſum Ciceronem in graui magis uitare, q̃ in mediocri: in mediocri magis, q̃ in tenui figura. Cauẽdum eſt, ne ſæpius eadem utamur dictione niſi ornatus cauſa ut repetitione, conuerſione, compreſſione, gradatione, & aliis, de quibus omnibus ſuperius de figuris, & coloribus rhetoricis locuti, quàm copioſiſſime diſſerui-

mus. Sic etiam vitare debemus eiuſdem literæ, vel ſyllabæ repetitionem, quam Græci Homœopropheron vocant, vt O Tite tute Tati tibi tanta tyranne tuliſti, Et qui te talem tanti genuere parentes. Eſt quoque aduertendum ne ſequens verbum ab illa incipiat litera, ſyllaba, ſyllabis'ue, in quas præcedens finiuerit, vt illud Ciceronis in epiſtolis, Mihi inuiſæ uiſæ ſunt, & ille legit, Et O fortunatam natam me conſule Romam, & dorica caſtra. S, & X concurſus eſt vitandus, vt ſobrius Xenocrates, & deceptus Xerſes: & hoc non modo faciendum eſt in verbis diuerſis: ſed etiam in compoſitis: vt ſi præpoſitio ex cum & dictione incipiente ab S componeretur litera S de medio abiicietur, vt exurgo, exculpo, & ſimilia cauſa melioris ſoni, ſic ne S finiens ſequatur S, vt ars ſtudiorum. Sic etiam cõſiderandum eſt: ne conſonantes incidentes in ſe ſtridere, & quaſi rixare videatur, vt error Romuli, & horror ferri rapuerat me.

R, & T ſi crebro concurrunt iuncturam faciunt deformem, vt terribilis tutoribus ſuis ſatis grauis erat. Vitandus eſt Metaciſmus, qui fit, cum verborum coniunctio M literæ colliditur aſſiduitate, vt Maiam ipſam amo, tanq̃ meam animam, & impius hortatur me frater vt meos malis miſer manderem natos, & multum mea mouerunt te verba. Eſt quoq; compoſitio mala: cum dictio finiuerit in M, & ſequẽs incipiet a vocali, vt Multum ille, & quantum erat: parum enim exprimitur: interdum videtur magis ſonare, vt veterum excidio Libyæ: ſic etiam vitandus Labdaciſmus, qui fit, cum L plurimum diſſonat, vt Sol & Luna luce lucebant alba & lucem libet licenter laudare: aut parũ ſonat. Nam vt Quintil. ſonus literarum neq; debet eſſe oppreſſus, neq; expreſſus, ſed quantum hæ debeant ſonare. & Iotaciſmus, qui fit, cum I frequentius repetitur, vt Iuno Ioui iure iraſcitur, & maxime in comparatiuis. Iuuen. Egregius cœnat, meliusq; miſerrimus horum: tunc enim ora

tio fit hiulca. Polyſigma,quod fit cũ S crebrius iteratur vt Soſia in ſolario ſoleas ſarciebat ſuas,& ſale ſaxa ſonabant. Omnium itaque literarum ſiue vocalium,ſiue cõſonantium nimiæ concurſiones vel aſſiduitates (quoniam inſuauem reddunt ſonum)ſunt euitandæ. Prouideamus ne continuata verba ex eadem incipiant ſyllaba,vt poetæ ponentes potentiam in poeſi. ſunt & alia vitia in ſermone,vt hiatus per concurſus plurium vocalium,aut colliſiones per concurſus plurium conſonantium illarum maxime,quæ duriores ſunt,vt F & R,flagro,frango.Hor.poſtquam ferratos poſtes , portasq; refregit. Verg.in primo Poſt tergum nodis fremet horridus ore cruento. Eſt vitanda verborum iunctura cacophaton:id eſt turpem faciens ſonum,vt numerſi cum nauibus æquat. Totum verſum,vel partem, niſi fuerit autoritas in oratione collocare multo eſt turpiſſimum: q̃uis iambicos Cice.non vitet verſus , cum tradat Senatus hæc intelligit:conſul videt,& heroici verſus finem, & initium,vt o miſerum cui peccare licebat,& iterum & circunfuſa tenebris , & in Verrinis cum loquerer tanti fletus,gemitusq; fiebant.Salluſt.multaq; in pectore voluit, nec finem elegi.Cic.oderat ille bonos, & hendecaſyllabi pheleucii petulantia, vt ſucceſſit tibi Lucius Metellus. Aduertendum eſt ne verſum fugientes bonam tranſeamus clauſulam,ſic vltima præcedentis verbis vocalis non includat primam verbi vocalem ſequentis,vt ære emiſti,virtuti incumbas. Decentior enim eſt iunctura ſi vocalibus conſonantes applicantur,vt ære mercaris,incumbis virtuti. Vitemus,ne ſequentes dictiones eundem habeant exitum , quod Græci dipropheron vocant,vt illorum bellorum,ac imperatorum optimorum victoria commendatur. Vocales maiorem ſonum habentes ſi concurrant inuicem,non ſe patiuntur, quales ſunt A,E,& O , vt amantem,egredere è domo aliena,honoro omnẽ officioſum. Quæ vero ſonum

habent exilem minorem faciunt hiatum, ut honora illuſtres uiros. Crebræ quoq; dictiones in eadem litera deſinentes non in oratione locentur, ut gignis nobis nouas præceptiones. Syllabarum earundem, uel ſimiliũ concurſiones & aſſiduitates nimiæ ſunt uitandæ. inſuauem nanq; & ineptam reddunt orationem, ut Caſſius curans cuſtodire cõmunem commoditatem: & cæteri etiam de re certa certantes Cæſarem ceperunt: & meæ mentis memoriæ modũ ita imponam. Vitemus quos frenos appellant: qui fiunt ex aſperis literis in unum cõcurrentibus, ut illud Terentii in Ecyra perpol- q̃ paucos reperias meretricibus euenire amatores Syre. Mala eſt quoq; compoſitio, in qua uoces multæ ſyllabæ unius ſubſtruuntur, ut in hac re nos hic non feret. De diſſyllabis multis idem ſentimus, ut multos ego uidi bonos uiros nihil ſibi præter uictum, cultumq; optantes: ſi uero plures ſunt polyſyllabæ, non reprehenderim, ut amicitiã omnibus rebus humanis anteponatis. Quæ uitia nonnunq̃ cum decore frequentauit Vergilius hiatum faciens, cum Polyphemum deſcribit mõſtrum horrendum, informe, ingens, cui lumen ademptum: & alibi ſale ſaxa ſonabant: S repetita quod Quintilianus teſtatur ſibilum, murmurq; aquæ ſcopulis illiſæ reddit: & cũ Orontis tempeſtatem ſcribit R literam repetit dicens Torquet agens circum, & rapidus uorat æquore uortex: rem ſcribit geſtam uerborum murmure: & cũ aquæ defluuium ſcribit L ſæpe inculcat, ut Et lita de fluuio labat ungula lapſa per algam. Nimia uerborum ſuſpẽſio, & prolixitas in oratione eſt uitioſa: quæ tametſi in procemiis interdum conceditur, in cæteris orationis partibus reprehendi ſolet. Vocalium concurſus, ut uitandus, ſic uocalis eiuſdem crebra nimis repetitio, ut Sola mihi tales caſus Caſſandra canebat, Et multa tibi ante aras noſtra cadet hoſtia dextra. Quæ reprehendenda ſi ſunt, perpauca interdum permittuntur. Ut

enim cœnæ iucundiores ſunt, in quibus paucula quædam ſubrancida apponuntur, quibus tanquam languens ſtomachus excitetur: ita rara nimis orationis compoſitæ aſperitas aures penè iacentis mouet, erigit, oblectat. Sunt igitur uocales commiſcendæ ſicut ſyllabæ longæ breuibus.

¶De Numero.

NVmerus, qui græce rhythmus uocatur fit, cum dictiones certorum ratione pedum coniunguntur, quos in proſa ponendos princeps, autorq; fuit, vt Cicero, Thraſimachus: ut oratio incipiat a dactylis, & deſinat in ſpondæos, vel alios pedes. Nam vt de Oratore tertio Cicero in oratione ſoluta quoſdam eſſe neceſſarios pedes conſtat: & in hoc differunt ab oratoribus poetæ. Quod poetæ non ſolum numeris, hoc eſt certis pedibus bene conuenientibus, ſed etiam metro hoc eſt certa pedum quantitate, vt in exametris ſex, & non pluribus utontur pedibus. Oratores autem non ſe conſtringunt ad metrum hoc eſt ad certam pedum quantitatem, ſed ad certam qualitatem: & ideo ſolutam.i.liberam pedibus.i.metro vocamus, hinc Perſius hic pede liber, & non quod penitus careat pedibus, cum in ea neceſſarios eſſe pedes conſtat, & vt idem Cice. in Ora. præcipit in perpetua oratione cum & coniunctionis & numerorum rationem tenuerimus, tunc erit quaſi luminibus diſtinguenda, & frequentanda omnis exornatio ſententiarum: & in libro de Optimo dicendi genere, & apud Quintilianum in nono multa leges, & Ariſt. oportet ait bene rhythmaticam eſſe elocutionem. Et quoniam diximus de metro ſciatur: quòd Metrum eſt, qđ certis pedum quantitatibus, qualitatibusq; diſcriminatur, & differt a rhythmo. Metrum certa quantitate, ac numero ſyllabarum, temporumq; finitur, certiſq; pedibus conſiſtit, ac clauditur. Rhythmus autem, ſiue numerus temporum, ſyllabarum, pedumq; congruentia in

minnitum multiplicatur, ac profluit. Eſt enim rhythmus pedum temporumq; iunctura cũ lenitate, ſiue modo dictus a Rhythmonio, vt Niceratus, Orphei filio, & Idmoniæ nymphæ Maricæ. Quæ de numeris ratio apud Iſocratem tanto ſtudio, uel inuenta, vel aucta reperitur: ut nullã ex omnibus elocutionis partibus huic anteponat. Latini uero, ut Cicero & Quintilianus Græcorum doctrinam non ſemper ſequuntur: tamen aliqua huius partis demus præcepta, dum hoc non prætermittatur. Quod oratorius numerus eſt: cum principio, ſineq; numeroſo clauditur ſententia: idq; in dicendo putatur numeroſum & non quod totum conſiſtat è numeris: ſed quod ad numeros proxime accedat: quo fit vt etiam difficilius oratione vtamur, quàm verſibus. Ariſtoteli, Ciceroni, Quintilianoq; placet tam ſententiæ initium, quàm finem eſſe debere numeroſum: quod ſtatim a principio ſententiæ dictionis concinnitate multum afficimur, & ipſa cõcluſione: nec claudicans ac quaſi fluctuans, ſed æqualiter, conſtanterq; ingrediens fluat oratio. Dum hoc non prætereamus: quod aliter loquitur orator in epiſtola, aliter in ſermone, aliter in oratione. Sermo nanque eſt quotidianus & inter præſentes, & ideo nullo indiget numero. Epiſtola eſt familiaris, & ad abſentes miſſa, & in qua eſt oratio ſimplex: id eſt ſine pedibus ligata, & catenata. Tamen quando de re loquimur inſigni vtimur catenata; ſic etiam interdũ qñ familiariter (vt in ſuo patebit tractatu) ſcribimus, ſed eo modo: ne videamur id dedita facere opera.

Oratio vero eſt, quæ publice habetur, & omnibus cõtexitur numeris, de quibus diſſeruimus. Hoc quoq; in primis tenendum eſt, pedes longis conſtantes ſyllabis eſſe ſtabiliores, & orationem reddere grauiorem, breuis autem celeriorem, mobilemq;: ita quod in velocitate tardum, ſegnemq; pedem: & vbi pondus exigitur præcipitem, ac ſubſultantem adhibere ſtructuram iure

damnatur. Hoc etiam ſi fuerit neceſſe, quod Quint. mauult eſt tenendum duram potius, atque aſperam, q̃ effœminatam, eneruem, ac debilem eſſe compoſitionem: vt neque longioribus q̃ oporter, vtamur hyperbatis: neque vllum aptum atque idoneum leniatis gratia permutemus verbum. Quando non erit vllum tam difficile, ut non inſeri commode poſſit. Quare modus habendus eſt: nam ſi nimii ſumus, eſt vitium intolerandum. ſi nullus inerit numerus, diſſoluta, & inculta, & fluitans erit oratio. Spondæus, quo plurimum vtebatur Demoſthenes, moram ſemper affert, & recte iambo præponitur, ut doctus fui. Rerum enim rumor ex ſpondæis, atq; iambis maxime continetur, ut ſceptrum mihi liquit Pelops. Optime incipitur à longis, aliquando à breuibus, ut nouum crimen C. Cæſar, & animaduerti iudices. Clauſula è longis, vt Quintil. putatur firmiſſima, ſed cadat in breues aliquando. Recte ſpondæus ponitur præcedente trochæo, ut tela ſumpſit, uel iambo, vt fui captus, aut anapæſto, ut etiam pro nobis. Caue pyrrhichium ponas ante ſpondæũ aut trochæum, vt querentur ſua fata, aut imputat ſibi demens. Dactylum præponi ſpõdæo Cicero & Quin. prohibent: quòd finem verſus alicuius præcipue heroici, aut elegiaci in clauſulæ fine damnarunt; ut Cæſaris arma: tamen id quandoq; inuenitur; ſed perrarenter, ut patuit vbi de iunctura locuti ſumus. Spondæus, trochæus, & iambus, ut Cicero putat, quoquo modo ſeruas male concludunt. Si vna orationis pars in clauſulæ fine anapæſtum, & trochæum, ſiue ſpõdæum ob ultimam communem acceperit mollem, & quaſi lubricam faciet ſtructuram, ut dominabitur: ubi diuerſæ ſunt orationis partes, retentus ſpiritus, & reſtitutus quandam affert compoſitioni firmitatem, ut uideant ipſi. Duo ſpondæi in fine nõ coniunguntur. At in una orationis parte properare uerba, & continua ſpiritus cele-

ritate labi videntur, vt populandus: idem dicimus de tribracho, vt gere morem. Dactylum, ſpondæum:& anapæſtum quoquo modo colligas ad continuandorum verborum principia cadere ſatis decenter arbitratur Cicero. In oratione nanque pauci prima aduertunt, poſtrema plerique: quæ quoniam apparent, & intelliguntur, varianda retulimus, ne aut animorum iudicis, aut aurium ſocietate deſpiciantur. Duo tamen, aut tres, vt Cicero tradit ferè ſunt extremi ſeruandi, & notandi pedes; ſi modo non breuiora,& præciſa erũt ſuperiora: aut creticus, aut dactylus, aut pæon: horum viciſſitudines efficient: ut neque hi ſatientur, qui audiẽt ſimilitudinis faſtidio, ne'ue id dedita nos opera videamur facere. Dactylus præcedente trochæo firmam reddit clauſulam, ut iure fecimus & præcedente pyrrhichio, vt bene dicitur: & tribracho vt recole nomina:& anapæſto, ut repares cætera,& palimbacchio, ut ſepono cætera, & moloſſo, ut quærebat dicere, aut ſpondæo, ut cauſas audiat, aut iambo, vt fide dicitur. Pyrrhichius decurrit: ſed quantum admittit celeritatis, tantum grauitatis, ut quid igitur faciam. bene quoque concludit præcedente ſpondæo, vt conſul uidit. Trochæus præcedente trochæo aptus eſt finiendis clauſulis, vt ciuium bonorum magna cura, aut iambo, vt afferas caput legis, aut cretico, ut proximis rebus, aut tribracho, vt refero cauſam: caue amphiorachum, vel pyrrhichium ponas ante trochæum, vt venite mecum, vel conqueritur ſua facta. Iambus præcedente ſpondæo eſt idoneus terminandis clauſulis, vt iuſta fide, & præcedente cretico, ut proſpera fide.

Caue duos ponas in fine iambos, pyrrhichios, vel iambum ante pyrrhichium, ut pulchrũ eſt pugnare iuuenes pro parentibus ſuis, vel pro ſuis parẽtibus, vel perdidi omnia bona mea. Obſeruemus etiam, ſi dictione monoſyllaba terminatur oratio: quod fit rarenter:

vbi perfectus ab oratore ſenſus ſeruatur, eſt conſiderandum vtrum ea longa ſit, an breuis: ſi longa eſt, eam debet præire trochæus, vt hoc Ciceronis legi in rempublicā prima uox: ſi fuerit breuis, tum recte iambus, aut anapæſtus, vt virtutem laudo, proboq́: & inſula modica, & cultibus inanis eſt: ſi uero ante breuem breuis, aut longam longa antecedit, iure reprehenditur, ut ſi dicas iſta res mea eſt. Cum autem biſſyllabum in fine locatur, cauēdum eſt: ne duo ſimul pyrrhichii, ideſt quatuor breues in fine ponantur, perdidi bona mea. Facit etiam Tribrachus ad clauſulam præcedente cretico, ut nobiles refero, aut epitrito tertio, ut de literis dubito. Amphibrachus aptus eſt finiendis clauſulis præcedente ſpondæo, ut recte locutus, aut trochæo, ut iuſta querela. Creticum bene præcedet vel anapæſtus, ut populo conferunt, uel epitritus tertius, ut ſerua te q̄ plurimos. uel trochæus, ut turpe ducerent. Antipaſtum quoque bene dactylus antecedit, ut uir optimus uideretur, & trochæus, ut ſua manu ſororem interfectam eſſe fateretur. Anapæſtus non male locatur præcedente cretico, ut nobiles homines, aut trochæo, ut ubi erat imperii nomen rigidi. Moloſſus eſt aptus finiendis clauſulis præcedente trochæo, ut hæc Ciceronis in Roſciana, mare fluctuantibus litus eiectis caue ponas ſpondæum, uel pyrrhichiū ante moloſſum, vt mare fluctuantibus rupes eiectis, uel mare fluctuantibus color eiectis. Bacchius non male locatur præcedente ſpondæo, ut cauſas agebas: caue ponas trochæum ante bacchium, ut litus amici. Ditrochæus bene ſonat dactylo præcedente, ut crimina detulere, aut pæone tertio, ut dormiamus criminantes. Pæona primum, & quartum probat Ariſtoteles cui à priore ordiri placet, & hæc uerba ſunt definite, incipite, comprimite: poſteriore autem finire, ut hæc uerba agilitas, facilitas, domuerant, quod Cicero non ꝓbat inquiens

Ariſtotelis error.

quare & pæona qui dixit aptiorem, in quo eſſet longa poſtrema uidit parum. Quoniam nihil ad rem eſt, poſtrema'ne longa ſit, an breuis. Pæona igitur tertiũ, qui tertia longa quater ferit bene, acriterq; omnes conſentiunt, cui Cicero tribrachium anteponit ſic facere uideamur: aliquando iambum ut in Catilinam cum omnibus potius, quàm ſoli pati uoluerunt, ſæpiſſime tamẽ trochæum ut pro Cluentio quantum difficultatis, & quantum laboris ſit habitura. Ionicum maiorem præcedat trochæus, ut mare fluctuantibus litus agitandis, & tribrachus, ut Ciceronis illud quorum agitur impunitas Cæſar tuæ clementiæ laus eſt: eorum te ad crudelitatem acuet oratio: caue anteponas ſpõdæum, ut mare fluctuantibus rupes agitandis. Verum ſicut Iambus in eis quæ demiſſo, atque humili ſermone dicuntur, frequentiſſimus eſt: ita Pæon tertius in amplioribus, & in utroque dactylus: ſtructurã grauem ſiue quadratam facit Pæon primus præcedẽte pyrrhichio, confragoſam, pyrrhichius, uel tribrachus præcedente ſpõdæo: delumbem, mollem, & fluxam in penultimo tribrachus ſequente dactylo, uel pyrrhichio, uel moloſſo, uel anapæſto. Verba quinq; uel ſex ſyllabis conſtantia fluxiorem faciunt ſtructuram ut arbitramini inuenietis, & commoda excogitaretis, interrogaueritis.

Aliis nanq; antepoſitis pedibus in rhythmum labitur oratio ideo cauendum etiam ne uerſum faciamus, dum uolumus numeroſe dicere: ideoq; in principiis, & fine clauſularum ſufficiet vnum longum, aut duos breuiores obſeruare: in medio uero ſparſim totidẽ, plures ue: ut ad ultimum apte perueniat oratio. Initiis optimus eſt amphimachrus, idem & in fine. Pæon primus & ſecundus orienti & mediæ orationi eſt aptior. Cauendum eſt: ne ſimili ſtructura ſæpe, & continenter utamur: ne breuia ſint multa continenter, ne plures genitiui plurales iungantur. His non ſemper aſtringi-

mur vinculis. Compoſitio nanque non ex anxio labore peruenit: plerunq; etiam nimiæ artis opinio fugienda eſt, & interponenda ſimplicitas rudis, atque imperitæ dictionis. Eſt ſciendum: quòd his numeris non utimur in omni cauſarum genere, neque in omni orationis parte. Nam in genere demonſtratiuo numeris utimur longas habentibus ſyllabas, & in iudiciali qui breuiores habent. in deliberatiuo pro rerum uarietate nunc breuiores nunc longiores. Si nanq; grauiores erunt ſententiæ, ac ſublimes, & iucundæ longis utimur: ſi abruptæ, aut iracundæ breuibus; & in partitione, atq; argumentatione numeroſæ ſtructuræ qualitas eſt tripartita, aut eſt rotũda.i.uolubilis, ut quæ in trochæos, iambos, pæonasq; primos & ſecundos concluditur: aut eſt plana, ideſt percurrens: ut quæ trochæis concluſa, aut trochæo pæona tertium antecedente, aut conſtat tertio: & quarto pæonibus aut eſt grauis.i. ſtabilis, & reſiſtens in ſpondæos, uel epitritos deſinens: his opponuntur uitia reſiſtentia aſpera, & confragoſa: procurrenti fluxa, uolubili contorta, & nimis rotata. Narratio ferè tardiores, atq; modeſtiores deſiderat pedes: quòd cum docere, & infigere animis res ſemper cupiat: vbi minime feſtinantibus opus eſt, id aptius, & accommodatius rei ſit, tota conſtare narratio membris videtur debere longioribus, pedibusq; breuioribus. Argumenta vero acria, & cõcitata ſint: pedibus quoq; ad hanc naturam accommodatis vtentur, vt ſint citati, & volubiles; ipſoq; motu celeres. Epilogi ſummiſſum, lentum, & minus exclamantem numerum ferè poſtulant: vt ferè componendum; ſic erit pronunciãdum: vt cum rerum, de quibus dicimus, naturam ſequi numerum ſcriptor velit eruditus. In procœmiis plerunque ſummiſſum oportet eſſe: tamen in accuſationibus iudex erit concitandus, aut aliqua complendus indignatione. In narratione plenos, atque expreſſos nos eſſe

refert: ne quo incitati affectu, quo tollatur fides, dicere videamur potius, quàm uera loqui. In locis autem communibus, & diſceptationibus fuſos, ac fluentes, idq;, quod voluptatis cauſa adhibeatur: in epilogis plerunque deiectos, & infractos: debent ſublimia ingredi, leuia duci, acria currere, & delicata fluere: atq; ubi urgeat neceſſitas, hæc fuerant adminiſtranda. In demōſtratiuo ſi laudatio eſt, utamur rotunda, & plana ſtructura: ſi uituperatio rotunda, & graui. In deliberatiuo plana, & graui: In iudiciali rotunda: in tenui plana: in mediocri rotunda, & plana: in amplo rotunda, & graui: in principiis quoq; rotunda, & graui: in narratione rotunda, & plana: in indignatione, aut miſeratione graui: in exceſſu rotunda, & graui: in partitione rotunda, & plana per orationem omnem: in ſtructura obſeruandum eſt: ut frequentior ſit rotunda, quàm plana.

Perſonæ graues ſunt pater, magiſter, ſenex, ruſticus: imperator utitur plana, & graui: iuuenis, miles, & quæcunq;, concitata perſona rotunda, & graui. Omni ornatu, & numeris fulgeat oratio in Demonſtratiuo præſertim, & iudiciali genere. Nam in Suaſorio planior eſt, & dilucidior. Ratio numerorum tum ad uarios animorum affectus, tum etiam ad dignitatem: & modum ſententiarum refertur. Nanq; iucunda eſt oratio breuioribus, quæ uero læta, & iucunda longioribus gaudet numeris. Sed ab hac obſeruatione ſæpe de induſtriá recedendum eſt: uel grauitatis cauſa; uel uarietate quadā temperetur oratio: & ſplendor ille numerorum intermittendus. nec minus artificium eſt interdum ſi oratio eſt numeris ſoluta, non tamen uaga q̃ ſi numeroſa: q̃q̃ hic ornatus non inferiorum eſt ſententiarum. Caput omnium præceptoꝝ illud eſt: vt rebus, de quibus dicendū eſt ars numeroꝝ ſeruiat: & nō res arti: à qua ratione qui diſcedet, oīs ſanè elocutionis dignitatē ꝑturbabit.

Et qm̄ vniuerſa ſententiis, & uerbis cōſtat eloquētia,

perficiendum eſt, ut doceamus acute, delectemus argute, commoueamus grauiter: & in uerbis ſingulis emendate loquamur, ut latine, ut perſpicue, ut ornate. Verba ſunt legenda bene ſonãtia, & exquiſita non ut faciũt poetæ ad ſonum, ſed de medio ſumpta: in quo delectu fugiamus aſperitatem: & ita ſeligamus, ne de induſtria facere videamur: Cæterum his Quintiliani verbis finẽ faciamus: in omnibus, inquit, ferè minus valent præcepta, q̃ experimenta, & Auguſtinus in quarto de fide Chriſtiana ad Comparandam eloquentiam magis prodeſt ſiquis eloquentes audiat, & diligenter legat, q̃ ſiqs circa artis præcepta ſeſe occupat. Idem ſine præceptis rhetoricis nouimus plures eloquentiores plurimis, qui illa didicerunt: ſine lectis vero, & auditis eloquentium diſputationibus, vel dictionibus neminem. Seneca epiſtola. vi. longum eſt iter per præcepta, ac infirmum: breue autem & efficax per exempla.

De hora, die, menſe, anno, nonis, idibus, Kalendis, intercalaribus, biſexto, indictione, & diebus felicibus, & infelicibus.

HOc quoq; nõ eſt ſubticendum: finita epiſtola ſcribitur locus, hora, dies, menſis, & annus: quod Cœlius, cum non obſeruaſſet, ſic à Cicerone ſugillatur: ſed neque vnde, neq; qua die datæ eſſent: aut quo tempore te expectarem, ſignificabant. Sueto. in Octauio ſic etiam refert ad epiſtolas omnes horarum quoq; momenta nec diei modo, ſed & noctis, quibus datæ ſignificarentur, addebat. Verũ ſi noſtros imitemur maiores, diem per nonas, idus & Kalendas denotabimus. Proinde non ab re duximus eſſe de cunctis hic, vt omnia vno in volumine ſtudioſi habeant, conſcribere: & in primis ab hora, quoniam diem conficit, & dies menſem, & menſis annum, vt ad Kalendas perueniamus, auſpicamur. Hora diei pars duodecima, & ut Oui. eſt Solis miniſtra, quia ex Solis curſu fit, & à quo So-

le, qui apud Aegyptios Horus appellatur, dicitur, vt alii ab ὁρίζειν ideſt terminare: tempora nanq; terminat. Hora quoq; apud græcos pulchritudinē ſignificat. horæ etiam ſunt deæ cœli ianuā cuſtodiētes. Home. Hora quoque eſt dea Quirini coniux, quæ vt Ouid. xiiii. vnà cum illo colitur. Dies eſt Solis iter ab ortu ad occaſum dictus à Dios, ideſt Ioue, qui diei eſt author, & à veteribus Dieſpiter appellatus: & quamuis noctem cōtineat: tamē à parte meliori diem nominamus: & Aegiptii primi, ob velociorem Lunæ curſum ex Solis curſu dies menſis inuenerunt, & ſecundum ipſos ab occaſu Solis incipit, ſecundum Perſas ab ortu Solis, ſecundum Caldæos & Græcos à medio lucis, ſecundum Latinos à medietate noctis, Iudæos à veſperis. Magi diem obſeruant à principio lucis: & notandum eſt: ſi diei, noctisq; horas à prima numerabimus, & primam horam, incipientes à Saturno, ipſi attribuemus Saturno, ſequentem Ioui, tertiam Marti, quartam Soli, quintam Veneri, ſextam Mercurio, ſeptimā Lunæ, ſic orbium ſeriem ibis, donec horas quatuor, & viginti tranſibis, inuenies primam ſequentis diei horam ſoli cohærentem: tum hoc idem in quatuor illis, & viginti horis eadem, qua prius ratione ſi facias lunæ tertii diei horam conciliabis: quod ſi in cæteris obſeruabis, congruentem ſibi Deū dies quælibet aſciuerit, hæc Dion: & quamuis per totum illum diem planeta dominabitur ille: tamen maiorem habebit dominationem in prima octaua, ſextadecima, & vigeſimaquarta: ſic & de cæteris intelliges planetis: intelliges ſemper numeratis viginti quatuor horis: & à media nocte dicitur, Mediæ noctis inclinatio, deinde Gallicinium: quod tunc Galli cantāt, deinde Conticinium, quod omnes conticeſcūt, deinde Diluculum. i. cum diluculat. i. dies incipit digno ſci: deinde Mane, cum dies eſt clarus: & non dicitur, quod manum veteres bonum & clarum vocabant, ſed

à manibus,

manibus,vnde emergit,vel a manando:quòd ab oriente cùm Sole manat:id eſt fluit:inde Meridies quaſi medidies:id eſt medius dies,deinde occidens, quem ſerū diei intelligimus,deinde ſuprema tempeſtas, inde Veſpera a ſtella Veneris, quam Veſperuginem appellat Plau.in Amphytrio.quam Græci Heſperon vocant, eandem Latini a Luce Luciferum, quam Græci Phoſphoron nuncupant,inde Crepuſculum a crepero,id eſt dubito nox, an dies ſit,inde prima fax a luminibus accēſis,inde concubiū,quòd tunc omnes ferè cubant,quod & Silentium noctis dicitur: quòd omnes ſilent:deinde Nox intempeſta:id eſt ſine tempore agendi. Maiores noſtri diuidebant noctem in vigilias quatuor, & erat quælibet trium horarum, vt aliqui in tres: & tunc quatuor erat horarum.Erant dies Feſti deis dicati. Profeſti hominibus priuatis pro negociis obeundis. Interciſi deis,hominibusq; communes. Erant & dies Aegyptii dicti ab obſeruatrice huiuſmodi rerum prouincia, hos Romani Atros vocabant:id eſt infelices: & tunc ſiquis ægreſcit,non conualeſcit, vel diu langueſcit: ſiquis naſcetur, haut vitam deget,& ſi deget,ſemper erit pauper & ſiquis è ſuis egredietur laribus, vt habitaturus alibi proficiſcatur,vel locum ex loco mutabit,in grauem incidet paupertatem,& ſemper ibi in deterius: in hiſce diebus non emas,non conferas: non conuiuia pares, qui dies hi ſunt Ianuarii tertius,quartus,quintus, nonus tertiuſdecimus. Februarii tertiuſdecimus ſeptimuſdecimus nonuſdecimus. Martii tertiuſdecimus,quintuſdecimus, octauuſdecimus,nonuſdecimus. Aprilis quintus, quartuſdecimus. Maii octauus, quartus decimus. Iunii ſextus Iulii ſextuſdecimus,nonus decimus. Auguſti decimus ſextus,decimus octauus. Septembris primus,quintuſdecimus,ſextuſdecimus. Octobris.ſextus decimus. Nouembris quintuſdecimus, ſextus decimus. Decembris nonus,vndecimus Menſis eſt cœli dimenſio,& fit

Lunæ curriculo, & dicitur vt Macrob. a Mene: id eſt Luna, vt Cicero in ſecundo de Natura Deorum a metior: quod per menſem Luna ſuum metitur circulum: in plurali menſes ſunt ipſi menſes, & mulierum menſtrua. Plinius menſes ſiſti eo cibo putant: ſed quo facilius menſis innoteſcat ratio, prius de anno referamus.

Annus eſt Solis anfractus dictus ab am: id eſt circum: quia in ſe reuoluitur, vt alii ab annulo: inſtar enim annuli redit in ſe: ideo ante literas inuentas circulari Draconis forma caudam vorante depingebatur ab Aegyptiis. Tempus nanque, & annus cuncta deuorant: a multis ennos Græce dicitur: apud Aegyptios quatuor erat menſium, Acarnanes ſex, Arcades trium de quibus **Ouidii locus.** intellexit Ouidius de Neſtore loquens Vixi Annos bis centum, nunc tertia viuitur ætas. Trecentos enim Arcadicos vixit Neſtor annos, noſtros ſeptuagintaquinque. Aetas nanque, vt Xenophon de æquiuocis apud Græcos quartam centenarii partem: id eſt annos quinque & viginti continet. Reliqui Græci trecentis quinquaginta quatuor diebus proprium computabant annum: Romani ab initio autore Romulo annum menſibus decem habuerunt incipiẽtem a Martio: Numa Põpilius duos addidit menſes vnum Ianuarium a Iano dictum, quem primum eſſe voluit tanquàm bicipitis dei menſem reſpicientem, ac proſpicientem tranſacti anni finem, & principiũ futuri: de quo Iano multa in noſtris retulimus collectaneis: & ob impares dies ſuperis, vt Solinus, dicatur diis. Alterum Februarium Deo dicauit Februo, qui præeſſe luſtrationibus exiſtimabatur. Ciuitas enim vt iuſta: id eſt ſacra diis manibus ſoluerentur, luſtrabatur, qui Februus Ditis pater vocabatur, & in menſe Februario ei ſacrificabatur, a quo Deo Februarius dicitur, vt alii, a Februo quod Sabina lingua purgamentũ eſt: qui Februarius ob pares dies quaſi abominoſus diis deputatur inferis. Quod præcepit Pythagoras, & no-

Vergilii locus.

ſter Thomas Aquinas in libro Numeri tradunt. Non prætereamus: Parem numerum eſſe fœmininum, & inferis dicatum mortem, calamitatem & ruinam protendere: quod in ſecundo Vergilius de Troiæ captiuitatē loquēs comprobat ſonitum quater arma dedere. Idem quater in limine ſiſtit: Diſparem eſſe maſculinum, & ſuperis dicatum. Idem in Buc. numero deus impare gaudet: quo numero in veneficiis quoque vtimur. Idem in Buc. Terna tibi hæc primum triplici diuerſa colore Litia circundo, terq; hæc altaria circum Effigiem duco. Tibul. ter expue carminibus. Caius vero Cæſar ad Curſum Solis, qui diebus trecentis ſexaginta qnque & quadrante conficit, annum direxit, quoad ſignum ſe denuo vertit, à quo fuerat digreſſus. Iccirco Annus vertens vocatur & habetur magnus reſpectu Lunaris anni, qui eſt Lunæ, & per menſem finitur. Annus tamen vere Magnus, qui & vertens dicitur, eſt duodecim milium quingentorum quinquaginta quatuor annorum Solarium, vt Cicero ad Hortenſium. Martis Annus ferè bienniū tenet. Iouis ſtella duodecim, & Saturnus annos triginta conſumit. Romani Græcorum more menſem conſtituerunt vnum, quem intercalarem vocarunt: quòd intra annum calarent, hoc eſt vocarent populum, qui faſtis præerant, & diem hunc interponerent non in Februarii fine: ſed poſt tertium, & vigeſimum diem eius menſis, deinde reliquos Februarii dies, qui erant quinque, ſubiungebant: hoc dicebatur intercalare, & dies ipſi intercalares, & menſis intercalaris: & ne quadrans deeſſet, ſtatuit Cæſar vt quarto quoque anno ſacerdotes, qui menſibus, ac diebus præerant, vnum intercalarent diem eo menſe, & loco, quo etiam intercalabatur, id eſt ante vltimos quinque dies Februarii, idque Biſextum, id eſt bis ſextum diem cenſuit nominandum: quòd is dies ante hunc proximus eo anno ad ſextum Kalendas Martii eſſe dicitur. Cognoſcetur biſex-

tus diuidendo annos domini in quatuor partes æquales, ſi nihil remanebit, præſens annus erit biſextus, ſi vnus ſuperfuerit, & tunc primus erit annus poſt biſextū ſi duo, ſecundus, verbi gratia viginti anni ſunt quinque partes æquales, ſunt quoque quinque biſexti: viginti & unus, unus erit annus poſt biſextū, vigitiduo, erūt duo, viginti tres, erunt tres, viginti quatuor, tunc erit biſextus ex quarto in quartum annum ob quadrantem .i. quaſi ſex horas, quibus vltra .ccclxv. dies conſtat annus, & dicitur a bis .i. duo, & hex .i. ſex: in ſexto nanq; Kalendas Martii duo dies computantur pro vno Februario potius, q̃ aliis attribuitur menſibus. Februarius enim eſt minor aliis menſibus: vel quia eſt vltimus menſis ſecundū illos, qui cœperunt annum ex Martio: idcirco vltimus dies in vltimo collocatur menſe. Annus in .xii. diuiditur menſes ob duodecim cœli ſigna ſingulis dominantia menſibus. Signum eſt duodecima pars zodiaci diuiſi in duodecim partes, & continentis duodecim ſigna a duodecim animalibus nominata. Eſt zodiacus circulus dictus quaſi animalis. ζῶα nanq; animalia vocitant ab effigie animalium: non quòd ſint ibi animalia, ſed quia quodlibet ſignum ob aliquam proprietatem in animali repertam nomine illius animalis nuncupatur: vel a ζωῆς id eſt vita. Omnia nanq;, quæ ſunt in terris illo circulo concurrente habent vitā, hinc Ariſtoteles per acceſſum, & receſſum Solis in circulo obliquo aliquo: id eſt zodiaco ſunt generationes, & corruptiones in his inferioribus. Mēſium primus eſt Martius a Marte belli deo nūcupatus. Martis nanq; natura eſt calida, & ſicca: calor, & ſiccitas ſunt cauſæ iræ & furoris: ideo eſt belli deus. In huius primo menſis die nouum Veſtæ aris accendebāt ignem: vt anno incipiente cura denuo ſeruandi noui ignis inciperet: & hoc menſe magiſtris ſoluebant mercedes, & regnat primum ſignum Aries, & in eo factus fuit Sol: & dicitur ab ara; quòd aris ad ſacra ſoleret impo

ni,ſed potius ab arete, id eſt virtute. Eſt enim animal, vt ita dicam, virtuoſum in parte anteriori, in poſteriori vero debilitatur: ita Sol exiſtens in illa zodiaci parte quæ dicitur Aries in poſteriori tamen parte ſcilicet in hyeme parum habet virtutis & caliditatis: in anteriori vero parte, ſcilicet in æſtate magnum virtutis, & caliditatis. Sol enim aſcendit. Pars anterior non accipitur pro principio menſis, ſed quod eſt præſens, vel futurum, ſicut quod præterit de menſe vocatur poſterior pars, &, vt Aſtrologi Sol intrat per curſum Arietis, quando eſt in Ariete: & eſt domus Martis. Nati ſub tali ſigno conſcēdente ſunt inclinati ad militiam, rixoſi diuites, & de lanificio ſe intromittentes: facit etiam capillos criſpos, & in negociis ſuis agiles, & expeditos. In hoc menſe malum eſt in capite mederi: & qui percutitur in capite, aut moritur aut læſus remanet. Aprilis dicitur quaſi aphrilis a Venere: ferunt nanque Saturnum Cœli patris abſcidiſſe pudenda, & in mare proieciſſe, ex quorum cruore & ſpuma, quam aphron appellant Græci, nata eſt Venus Aphrodite nuncupata. Fingitur hoc: quod omnes vires vſu venereo debilitantur, & ſine corporis dāno non geritur. ergo de damno orta eſt Venus, & ex mari quod ſudorem, quem ſemper eiicit coitus, eſſe ſalſum tradunt Naturales. hinc myrtus quod litoribus oritur ipſi ſacratur. Sed quia ſperma eſt ſpumoſum, vt Ariſtoteles in. ii. de Generatione &. iii. animalium: ideo a ſpuma eſt Venus nominata: inquit etiam omnium ſperma ob ſpumam eſſe album: Aethiopum vero nigrum. Herodotus in. iii. refert: hoc ipſe ſcrutans ſæpius Aethiopes ſedulo rogitando reperio in emiſſione ob ſpumam eſſe album: cum coagulatum ſteterit, nigreſcere: ideo vterq; grauis autor bene ſentit: & filius ex nigro, & albo conceptus ob vtrius genituram participat ex nigro, & albore. Sed potius, quaſi aperilis ab aperiendo. Cūcta nāq; hoc aperiuntur mēſe, vt arbores, & cuncta-

floreſcunt,hominesq; ſunt aptiores Veneri: in quo regnat Taurus:& vt Taurus eſt fortior Ariete,ſic Sol exiſtens in menſe Aprili,vel ſigno eſt vehementior Ariete.Natus hoc menſe eſt collum groſſum: & cum ſit domus Veneris ſunt mulieribus dediti, & agriculturæ, ſed tardiores in negociorum,& rerum ſuarum expeditione,malum eſt oculis mederi,collo,& gutturi,& plaſmata.i gargariſmum facere. Maius vocatus a maioribus qui conſilio remp.tuerentur:ſunt aſſerentes a Tuſculanis hunc tranſiſſe menſem,apud quos deus Maius,qui eſt Iupiter a magnitudine.i.a maieſtate dictus, vt Cincius a Maia Volcani coniuge, vt alii a Maia Mercurii matre:& hoc menſe mercatores oẽs Maiæ pariter Mercurioq; ſacrificant:hanc Maiam eſſe terram contendunt a magnitudine dictam. Nequis admiretur:quod Volcani per O,& non per V ſcripſimus. Secuti namq; ſumus etymon:dicitur:quia volat canus, & antiqui poſt V nõ iungebant V,ſed O: ideo legimus apud antiquos ſeruos,volgus,dauos:pro ſeruus, vulgus, dauus in hoc menſe regnant Gemini. Tunc enim Solis virtus geminatur,vel quod Sol maiorem facit in illo ſigno moram per duos dies, q̃ in aliis. Eſt domus Mercurii. Nati ſub tali aſcendente literis erunt dediti,& viris illuſtribus vel principibus, iocisq; affabiles, & cum alicuius erunt ſocietate,& pulchri.In hoc menſe Maio malum eſt mederi ſpatulis,brachiis,& manibus,& phlebotomiam facere.i.inſagnari.Iunius a iunioribus patriã armis defendẽtibus nũcupatur, & aliqui quaſi Iunonius remota ſyllaba remanſit Iunius: & quidam a Iunio Bruto primo Romanorum conſule.Kalendis enim iuniis pulſo Tarquinio Carneæ deæ pulte fabatia, & lardo ſacrificatur, quod uires corporis his rebus maxime roborantur: & kalendas Ianuas fabatias a Fabis adultis nuncupabant vt alii a iunctis Sabinis,& Romanis.Hoc nanque menſe foedus percuſſerunt:vt aliqui ab Hebe,id eſt iuuenta

Herculis vxore:in quo menſe regnat Cancer,quod eſt animal retrogradum,ita Sol in illo menſe,ſignoq; incipit retrogradi de ſuperiori hemiſphærio ad inferius. Hoc nati in ſigno longum habent corpus, breuia crura, linguam non ſatis expeditam. In menſe Iunio malum eſt mederi pectori,ſpleni,pulmoni,& oculis. Iulius,qui & Quintilis a numero poſt Martium vocabatur,in honorem Iulii Cæſaris dictatoris appellatus eſt, quòd hoc mēſe ad quartum idus Quintilis procreatus eſt,& regnat Leo,vti animal eſt inexpugnabile, ita Sol in illo menſe eſt vehementior,& calidior ſolito: & tūc non licet alicui ſanguinem diminui:nec debemus epulis vti pinguioribus. Tunc enim ſunt caniculares.ſub tali nati ſigno crura habent retorta, vel ſignum in crure. Et quia ſunt tardi ad proſperitatem habendam,inclinabuntur eſſe curiales, amicitiam habebunt dominorum: erunt iuſti,pii,& regalem habebunt animum:ſed inuidi ſemper eos agitabunt.In menſe Iulio malum eſt mederi ſtomacho,cordi,neruis,lumbis,& dorſo. Auguſtus, qui prius, Sextilis a numero vocabatur, dicitur, quòd Cæſar Auguſtus hoc menſe primum iniuit conſulatum,& triumphos tres intulit in vrbem: & hoc menſe Aegyptus in Populi Romani poteſtatem redacta ſit, finiſque hoc menſe bellis ciuilibus impoſitus eſt: & ex Ianiculo legiones deductæ,ſecutæque ſunt eius auſpicia,& fidem: regnat Virgo,quæ vti ſterilis eſt, & nullam ſuſcipit prolem, ſic in illo menſe omnia terreſtria, & humores Solis calore deſiccantur: & nihil in terra creſcit, ſed maturatur. Qui tali naſcetur oriente ſigno erit ſterilis, pulcher, humanus, doctus, & principum habebit amicitias. Menſe Auguſto malum eſt mederi ventri, coſtis, & diaphragmati, id eſt omni medio, & narium diuiſioni & membranæ cuidam cor, pulmoneſque ſepienti. September a ſeptem, & Germanicus dictus fuit. regnat Libra. In illo nanque

menſe Sol librando dies, & noctes præponderat ſub quo nati qui fuerint ſunt iuſti, & humani, ſed a proditoribus multa patientur pericula. Hoc in menſe malum eſt mederi inferioribus ventris ſicut femori, ilibus, & anchis, & quæ ſunt inferius ad pudenda. October ab octo, qui & domitianus dicebatur. regnat Scorpius: quod animal eſt vngens lingua, & pungens cauda, ſic Sol illo in menſe vngit in principio, vt in mane, & pungit in fine. Eſt ſignum Martis: qui tale habuerit aſcendens erit accuſator, & proditor, niſi alicuius planetarum vel Iouis, vel Veneris benignitate talis minuatur malitia: vel faciet homines in iudicio damnari. Verum ſi Mars fuerit in eo ſigno aſcendens, multas habebit diuitias, vel hæreditatem, vel malitiam. Malum eſt mederi membris virilibus, vt teſticulus, cunno, veſicæ, & ano. Nouember a nouem: regnat Sagittarius. In illo namque menſe cadunt grandines, & pluuiæ, quæ humana videntur ſagittare: qui ſub hoc naſcitur, erit pugnax, humanus, tenuis, affabilis, & equis delectabitur. Malum eſt mederi coxis, natibus, & poſterioribus. December a decem. Regnat Capricornus: ut Capra erigit ſe aſcendendo, & paſcendo, ita Sol ad ſuperiora: id eſt ad noſtrum hemiſphærium: ſub quo nati erunt docti, etiam effœminati. Malum eſt mederi, & eorum neruis. Ianuarius a Iano, de quo multa retulimus in Collectaneis noſtris reſpiciente finē tranſacti, futurique principia. regnat Aquarius. Tunc enim tempus eſt pluuioſum: ſub quo nati ſunt benigni, & clementes. Malum eſt mederi tibiis, & cruribus. Februarius vt patuit: regnant Piſces. Piſces enim tunc ſequuntur aquam: ſub quibus nati ſunt mercatores per maria. vel rerum liquidarum, vt olei, vini, ſimiliumque: ex quo expeditam non habent linguam, & ſunt balbi. Malum eſt mederi pedibus, & eorum neruis, & doloribus podagræ, & ſimilibus. Non

eſt prætereundum: quòd quamcunq; proprietatem habet quodlibet elementum, illam habet ſignum ſupra ſe cadens. Ignis eſt calidus & ſiccus, ita iſta ſigna ſupra ignem cadentia Leo, & Sagittarius. Terra eſt ſicca, & frigida, ſic Taurus Virgo, & Capricornus. Aer eſt humidus, & calidus, ſic Cancer, Scorpius, Piſces. Signum in tres diuiditur partes in caput, ventrem, & caudam: vnde fit: quòd quando Sol eſt in capite maiorem habet virtutem, quàm in ventre, & ſic de aliis. Aries habet hominis caput, Taurus collum, & guttur. Gemini ſpatulas vſq; ad manus, Cancer pectus, & pulmonem, Leo ſtomachum, Virgo hepar inteſtina, & circa ventrem, Libra renes, anchas, & veſicam, Scorpius circa verecunda, & vaſa ſeminaria, Sagittarius coxas, Capricornus genua, Aquarius tibias, Piſces pedes. Hanc quoq;, vt tyrones menſium nomina, & ſignorum, & quomodo quodlibet ſignorum ſuum ſubintrat menſem non ignorarent, poſuimus figuram.

Indictio eſt ſpatium annorum quindecim & exactio reipublicæ, ideſt cenſus totius orbis dicta ab indico indicis, quod eſt præcipere, & ſtatuere. Liui. in primo, ipſum, qui concilium indixerat, non adeſſe. Auguſtus enim vbi terrarum orbem in Romanorum, & ipſius poteſtate ſubegit, præcepit, vt omnes à ſeptimo anno vſq; ad ſenium cenſum ſoluerent: & prima fuit indictio in Aſia per quinq; annos, & hoc luſtrum vocarũt: ſecundus ex Aphrica: tertius per Europam ibat: finito quintodecimo anno cenſus in arca Capitolii immittebatur: & vna tunc appellabatur indictio. In primo luſtro æs ſiue Cuprum, de quo prima fuit cuſa pecunia, & ferrum fuit cenſus ad reparanda militum arma: in ſecundo argentum ad ſtipendia militum perſoluenda: in tertio in domini ſignum aurum. Rom. Pop. Senatusq; nullum priuilegium, nullamq; conuentionis ſcripturam valere ſtatuit, præcepitq;, niſi annus indictionis ibidẽ, ne tributorum memoria laberetur, adſcriptus fuiſſet: ex quo Chriſtum dominum noſtrum in tertia fuiſſe natũ indictione colligitur. Latrones, craſſatores'ue quo facilius, tutiuſque viatores, negociatores'ue ſpoliarent itineribus tandiu inſidiabantur, quouſque literas, quas mercatores negociandi cauſa mercatoribus deſtinabãt, habebant: quibus literis ſignificabant, quo menſis die proficiſcebantur, & quæ comportabant bona: quibus captis literis latrones è ſyluis, vbi commorabantur, ne ſciretur obſeſſa iam eſſe itinera, & latrocinia committi diſcedebant: & diem, quo illac erant tranſituri negociatores, obſeruabant, ſyluaſq; repetebant, & negociantes illic opperiebantur, quos ſpoliabant, & nonnunquam perimebant: quo tandem cognito, multisq; exceptis iacturis, multisq; iaculatis ſolertia non exigua Kalendas, vt menſe, ac die inſidiatoribus imponerent excogitauerunt. Sunt qui non latrocinii, ſed bellorum cauſa repertas fuiſſe tradũt; ut hoſtes tẽporis intercape-

dine ne ſuis opportune rebus conſulerent, deluderet. Kalendæ ſunt vocatiónes à kalo dictæ, & in plurali numero: quòd ſæpius kalabat, ideſt clamando vocabat: & erant plures in vno, quàm in alio menſe ne certum latrones haberent tempus inſidiandi mercatoribus, & quamuis Græcum ſit vocabulum, tamen Græci penitus carent: hinc Auguſtus referente Suetonio cum aliquis non eſſet ſoluendo iocans afferebat illum ad Kalendas Græcas ſoluturum.i.nunquam: quod aliter referemus ad Florem Fici quæ nunquam floreſcit. Pontifici nanq; minori mandatum fuit: vt nouæ Lunæ primũ obſeruaret aſpectum, Regiq; ſacrificio nunciaret: itaq; ſacrificio à Rege, & minore pontifice celebrato idem pontifex kalabat.i. vocabat in Capitolium plebem vt audiret, quot dies à kalendis ad nonas ſupereſſent: & hoc ideo: quoniam nonarum dies populares, q eſſent in agris, oportebat in vrbem confluere accepturos cauſas feriarum à Rege ſacrorum ſciturosq;, quid eſſet eo menſe faciendum: vnde quidam Nonas exiſtimant dictas quaſi nouas, ideſt nouæ initium obſeruationis: vel quòd ab eo die ſemper ad idus nouem dies putantur: ſicut apud Thuſcos, qui nono quoque die regem ſuũ ſalutabant, & de propriis conſulebãt negotiis: uel quaſi nouæ: illis enim diebus noua præcepta, & nouæ inſtitutiones dabantur populo: vel quaſi nundinæ, quæ fiebant illis diebus: & quot nonas menſis habebat: tot dies durabant nundinæ: vel quòd magis placet, dicuntur à non. Nullus enim deus habuit feſtum in nonis. Hinc Ouid. in Faſtis, nonarum tutela Deo caret. Erant præterea kalendæ omnes Iunoni dicatæ: quia menſiũ initium maiores noſtri ab exortu Lunæ ſeruabant. Iure itaq; kalendas Iunoni addixerunt. Lunam ac Iunonem putantes eandem, uel quia Luna per aerem meat: Iuno autem aeris arbitra eſt: merito menſium initia.i. kalendas: huic conſecrauerunt deæ. Et quoniam Lu-

Iuuena. locus.

nam, ac Iunonem eādem eſſe retulimus, hoc, quod Firmicus in. vi. tradit, nō prætereamus: inquit enim, ſi Luna in fœmineis ſignis poſita horoſcopo in fœmineo ſigno collocata latentes cinædos efficit: ſi vero horoſcopus in matutino ortu fuerit collocatus, facit in iſta libidinum labe publicos, & Iuno, quæ pro Luna ponitur, impudiciſſimos facit & præpoſteræ libidinis poſſeſſos, hinc Iuuenal. in ſecunda ſatyra, Et per Iunonem domini iurante miniſtro; publicum ſignificauit cinædum, quod etiam Claudianus in Curetium innuit, Quod turpem pateris iam cano podice morbum Fœmineis ſignis Luna, Venusq; facit. Idus dicitur ab iduare, quod Etruſca lingua eſt diuidere, vt aliqui, quaſi vidus detracta litera V: quòd tunc plena videtur Luna, vt aliis, ab Ioue, quem itin. i. Iouis fiduciam Thuſci dicunt. Apud enim Thuſcos omnibus idibus à Flamine immmolabatur Ioui: vel ab εἴδειν idin græce. i. videre: vt alii ab εἶδος idus, hoc eſt à ſpecie: quòd ea die pleniſſimam ſpeciem oſtendit: & ideo eidus quidam ſcribunt. Aprilis, Iunius, September, & Nouember triginta habēt dies, reliqui triginta vnum. Februarius. xxviii. quando eſt biſextus viginti nouem. In primo cuiuſque menſis die dicemus Kalendis, vel intra Kalendas: mox numerabimus per nonas. Sciendum eſt tamen Martium, Maium. Iulium, & Octobrem ſex habere nonas: quia ſexties pōtifex kalabat plebem, reliquos quatuor, quia quater kalabat, quia plura in vno, quàm in alio mēſe dabantur iura: omnes autem menſes octo habent Idus: quibus expletis numerabimus per Kalendas: ſed tunc quærimus, quot ſuperſunt dies ab idibus, & addimus primum diem menſis ſequentis, & numerabimus, vt patebit exemplo: ſed prius eſt dicendum numerum in ablatiuo poni, Nonas idus, & Kalendas in accuſatiuo, ut tertio nonas. i. à die tertio. i. qui eſt tertius ad nonas, uel ante, vel inter, ſed prius eſt melius: dicitur

quóq; tertio nonarum ſcilicet die:ſic de reliquis. Tempus enim quo fit aliquid,in ablatiuo ponitur, futurũ in accuſatiuo cum ad, & q̃uis non ponantur præpoſitiones: tamen intelliguntur. Eſt quoq; ſciendum numerũ. qui ſine præpoſitione ponitur in ablatiuo, poſſe cum præpoſitione in accuſatiuo collocari. Cice. ad Seruium Sulpitium ad tertium Kalend. Maias,& in.vii.epiſtolarum ad tertium idus Maii. & ad Att. lib.iiii. ad quintũ nonas ſextiles.i.ad diem quintũ appoſitiue nonas ſextiles:interdum exprimitur dies. Cice.ad Att. lib.x.ante diem octauum kalen. Maii. Colu.in.xi.ante diem octauum Kalen. Nouemb. Gel.in.v.ante diem quoq; quartum Kalen. Cic.ad Att.lib.v.vſq; ad pridie Kalen. Maias,& in eodem in Formiano eſſe volumus vſq; ad pridie nonas Maias. Notãdum eſt maiorem numerũ præcedere,& in numerando minorem ſequi, ut patebit. Quanto nanq; maior eſt diſtantia, tanto dicitur minor numerus præcedens. Kalendis Martiis, vel intra kalendas Martias.i. à die.i. Martii. ſexto nonas Martias.i. die.ii. Martii. quinto nonas Martias.i. die.iii. Martii. quarto nonas Martias.i. die.iiii. tertio nonas Martias .i.die.v. pridie nonas Martias.i.die.vi.nonis Martiis.i. die.vii. octauo idus Martias.i. die.viii. ſeptimo idus Martias.i.die.ix.ſexto idus Martias.i.die.x.qnto idus Martias.i. die.xi. quarto idus Martias.i.die.xii. tertio idus Martias.i.die.xiii. pridie idus Martias.i. die.xiiii. idibus Martii.i.die.xv. Reliquos Martii dies Kalendarum appellatione ſequentiſq; nomine menſis numeramus: ſeptimo decimo kalen. Aprilis.i. die.xvi. Martii: ſextodecimo kalend. April.i. die.xvii. quintodecimo kalen. Apri.i.die.xviii.quartodecimo kalẽ. April.i.die xix. tertiodecimo Kalen. April.i.die.xx. duodecimo kalẽ. April.i.die.xxi.vndecimo kalẽ. April.i.die.xxii. decimo kalen. April.i.die.xxiii. nono Kalen. April.i. die.xxiiii.octauo Kalen. April.i.die.xxv. ſeptimo Ka-

ſen. April.i.die.xxvi.ſexto Kalē. Apri.i.die.xxvii. quinto Kalen. April.i.die.xxviii. quarto Kalen. April i.die xxix.tertio Kalen. April.i.die.xxx pridie Kalē. Apri.i. die.xxxi. Nō mirandū eſt:quòd dicimus pridie nonas, idus, Kalendas:& non ſecundo ſicut tertio, & quarto. Secundus.n.dicitur à ſequendo: & iſte numerus retrograde procedit non ſequitur, ſed procedit. Procedit autem reſpectu Kalendarū menſis ſequentis: vnde dicitur pridie Kalendarū, ſiue Kalēdas Aprilis.i.priori die ante Kalendas ipſius menſis, & ſic dies erunt Martii. Kalendæ vero Aprilis. Hoc nō prætereamus dicēdo pridie Kalendas intercalares intelliges diem vltimum mēſis Februarii, qui eſt ante Kalendas Martias: ſi vero dices pridie Kalēdas, intercalares priores.i. quæ præceſſerunt intelliges diem vltimū menſis Ianuarii, q̄ eſt ante menſem Februariū, qui vocatur menſis intercalaris. Cicero ſexto epiſtolaꝝ ad Q. Ligariū dicendo tertio Kalēdas ſignificatur dies tertius determinatus: ad tertium aūt Kalendas non intelligitur ipſe tertius dies à Kalendis, nec aliquis tertius dies, ſed dies aliquis illi propinquus quaſi circiter tertium Kalendarū poteſt aliquādo poni ad tertiū Kalendas pro ipſo die tertio Kalendaꝝ, vt ſi dicam ab hoc die vſq; ad tertium kalendarum.

Finis.

Artis metricæ compendium

LVCIVS Ioannes Scoppa Cæſari Cardino ſalutem. Supremā noſtris cum manum imprimere fœturis diutina intermiſſis valetudine cœpiſſem, mecū, ſi bene memoria repetis, vt ex noſtra metroꝝ arte cōpēdiolum aliquod muſis auſpicantibus cōducibile decerperem, egiſti, & quo libentius id exequerer, aſſerebas nullis puerorū mentē autoritatibus, ſed canone tantum onerari oportere. Quamobrem tuis obſequi verbis, cū te acri præditum ingenio, literisq; haut exiguis cognouerim, comparaui: eoq; magis, quòd tibi quoq; noſter

adſtipulatur Ioannes Mercunas iuuenis emũctæ naris, doctrinæq; nõ vulgaris. Accipe igitur ꝓmiſſa, maiora in reliquis habiturus. Vale Neapoli. M. D. VIII.

EXametrum carmen ſex conſtat pedibus, quorũ primi quatuor ſunt communes. At quinta ſedes eſt propria dactylo, ſexta ſpondæo ſiue trochæo. Nam vltima ſyllaba ponitur ad placitum, in tertia quandoq; iambus. Prop. in primo. Nunc tu ſiue legis vmbroſæ flumina ſyluæ. Tibul. At ſi tardus eris errabis, tranſiet ætas. Verg. Omnia vincit amor, & nos cedamus amori: poſſumus etiam dicere, non iambum, ſed ſpondæũ, & ſyllabam natura breuem, finalitatis cauſa, produci: aliqui tradunt fieri per diaſtolen, quæ licet frequentius fit in tertio pede, fit etiam in aliis. Ouid. Syderaq́; ventiq́; nocent, auidæq́; volucres. Vergil. liminaq; lauruſq́; dei, totuſq; moueri. Idem Dona dehinc auro grauia, ſectoq; elephanto. Pentametrum conſtat quinq; pedibus, quorum primi duo ſunt vel dactyli, uel ſpondæi, uel alterni, deinde fit cæſura, ideſt ſyllaba longa terminans dictionem, quæ quandoque breuis legitur. Tib. in primo, Venturã admittat imbrifer arcus aquam. Idem, Quidquid agit ſanguis, eſt tamen ille tuus. Idem in ſecundo, Dux pecoris hircus, auxerat hircus oues: deinde duo dactyli cum altera cæſura: quæ duæ cæſuræ ſpondæum potius conficiunt, q̃ trochæum. Dactylus coſtat tribus ſyllabis prima longa, & duabus breuibus, ut carmina: ſpondæus duabus longis, ut chartas. Trochæus longa, & breui, ut audit: de cæteris pedibus dicetur in fine.

¶ De Scanſione.

SCanſio eſt metri dimenſio per ſingulos pedes, I & V vocales in principio ſyllabæ poſitæ altera vocali ſequente habent vim cõſonantis, vt Iuno, Venus: ſed I in principio diuiditur interdum per diæreſin. i. diuiſionem, vt Iulius à magno demiſſum nomẽ

Iulo:

Iulo:& poſitum inter duas vocales habet vim duplicis conſonantis, vt aio: ſed in baiulo, & tenuia non habet ſic V in præteritis perfectis,& ab his formatis,vt re pleui,repleuerã. V poſt Q euaneſcit,vt aqua,& poſt g,vt lingua,ſed non ſemper,vt irriguus; ſic etiam poſt S ſequente A,uel E,vt ſuauis ſueſco:& habent primam ſyllabam longam,& pronunciatur ſauis,ſeſco:interdum diuiduntur literæ,& tunc corripiunt primam,& pronũciatur ſuauis ſueſco. E & I coeunt in vnam ſyllabam per diphthongum,vt Aiacis Oilei, Oili.Si dictio deſinit in vocalem vel M,& ſequens dictio inceperit a vocali,vltima vocalis prioris dictionis,vel M cum ſua vocali remouetur,& accipitur vocalis ſequentis dictionis, vt ille ego,illego,& multũm ille multille:interdum poetæ non remouent neceſſitatis cauſa, & tunc diphthongus ſiue vocalis corripitur,vt vocalis ante vocalem, vt inſulæ Ionio:locum ſeruant te amice nequiui: modo non ſit pedis principiũ: tunc enim producitur vt ſuccus pecori, & lac ſubducitur agnis. Idẽ Tu ne ille Aeneas, quem Dardanio Anchiſe. Verum ſi carmen cœperit ab O,vel ab alia vocali,& ſequens dictio incipit a vocali,non fit ſubtractio,vt o vtinam.Si dictio deſinit in vocali,& ſequens dictio inceperit a vocali ſequenti altera vocali longa, tunc vocalis prioris dictionis expungitur,& ſequentes in vnum ſonum coeunt.Verg.vno eodẽq; igni,ſcãdetur vno demqui. Proper.in ſecũdo hoc eodẽ ferro,ſcandetur hoc o denfer. Verg.Iſmarus Orphea,Orpha,& in Georg.ſeu lento fuerint aluearia vimine texta,aluaria. Dii,diis,ii,iis, eæ, & compoſita a ſum cum de, vt deeſt monoſyllaba pronunciantur, vt di,deſt,ſic deinde,proinde,ſeorſum,ſeorſus, deorſus, deinceps in prima vocali cæſuram faciunt, vt dinde.

I ſubtrahitur a compoſitis a ſemi ſequente vocali vel aſpiratione, vt ſemianimus ſemihomo, ſemanimus, ſemhomo. Liquidæ nunc ſunt duæ, L, & R, quæ

poſt mutam poſitæ ſyllabam natura breuem faciunt communem, vt niger nigri: natura vero longam non mutant, vt matris.

¶De Primis Syllabis.

PRima ſyllaba cognoſcitur octo modis poſitione, diphthongo, vocali ante vocalem, exemplo, regula, præpoſitione, compoſitione, & deriuatione. Poſitione producitur ſyllaba: eſt enim poſitio, cum poſt vocalem duæ ſequuntur conſonantes, aut vna duplex, vt paſtor, gaza, axis. Maia. fit etiam in diuerſa dictione, vt vindicta grauior. Iuuen. & corpus tuum, vbi vocalis & conſonans breues producuntur. Verum ſi dictio deſinit in vocalem breuem, & ſequēs dictio inceperit ab x, vel z, vocalis præcedentis dictionis non producitur poſitione, ſed ſeruabitur vocalis quantitas, vt æquora Xerſes. licet aliquando producta legatur. Verg. Georg. ſecundo. Drimoq; Xanthoq; Idē Euriq; Zephyriq; tonat. Diphthongi ſunt longæ, vt fœminæ: ſi vocalis ſequitur, corripiuntur, vt præuſtus, ſed græce licet ſequatur vocalis, producuntur, vt Aeacus. Vocalis ante vocalem corripitur vt fui: excipiuntur dius, aer, fio biſſyllabum: nam ſequente R corripit vt fierem: in Græcis rarius corripitur. Genitiui in ius, vt illius, ſunt communes, ſed alterius ſemper corripitur & alius producitur: in proſa ſemper producuntur præter alterius.

Exemplo ſiue natura cognoſcitur ſyllaba, ſi ignoraueris quanta ſit ad poetarum exempla confugies, vt Tytire apud Maronem: & tunc longa dicitur natura, ita breuis, vt ſoror. Regula cognoſcitur ſyllaba. Nam omne præteritum biſſyllabum, & ab eo formata primam producunt vt legi, legeram, exceptis dedi, ſteti, tuli, bibi, fidi, & ſcidi: ſed abſcidi ex abſcindo corripit mediam, ex abſcido producit. Geminantia præteritum primam, & ſecundam corripiunt, ut cecidi a cado: niſi ſit poſitio: vt fefelli, & differentia cecidi a cædo penulti-

ma producta, & pepedi: reliquorum uero præteritorum tanta eſt prima, quanta eſt præſentis, ut amo amaui præter genui, potui, & coegi, quorum primæ corripiuntur, licet a longis præſentibus deſcendant. Omne ſupinum biſſyllabum, & ab eo deriuata producunt primam, ut luſum: excipiuntur quitum, citum a cieo, ſtatum, datum, ſatum, ratum, ſitum, lutum, notum in compoſitione mutans o in i, vt cognitum, & itum, quod in compoſitione, vt ambitus tantum producit penultimam: ambitus ſubſtantiuum corripit. Præpoſitio tanta eſt per ſe quanta compoſita, ut deprimo: niſi vocalis, aut poſitio ſequatur, ut deamo, ſubduco. De a do das ſemper producitur, ut demus circundemus. Propriorum nominum primæ & mediæ ſyllabæ ponuntur indifferenter vbi non fuerit certa regula, aut ſi non aliter uſi fuerint poetæ. Cui, huic, hei, heu, & ſiqua ſunt alia monoſyllaba, producuntur: quando uero ſunt biſſyllaba primam corripiunt: ei tamen eſt biſſyllabum & primam corripit, ne interiectio putetur. A & E in compoſitione non ſequente vocali, uel aſpiratione producitur, ut amitto, ediſco, equidem corripit.

Ab, ſub, ob, in, con, & re cum iacio poſitione ꝑducuntur, vt abiicio, & ſcribitur per duplex I, ſi per ſimplex I, corripitur. De, præ, ſe, compoſita producuntur, ſi non ſequitur uocalis. Di producitur; ut dimitto: excipiuntur diſertus, dirimo, dilema. Re corripitur, ut repono: excipitur refert quando ſignificat eſſe vtile, & diſtare: quia componitur ex res & fert, & non a præpoſitione re: in repperit, rettulit, reppulit, religio, rellatum, relliquiæ, reddo, redduco poſitione producitur, & tunc gemina conſona ſcribitur: quando cum una corripitur. Pro producitur, ut promoueo: excipiuntur propero, proteruus, profecto, propago, prologus, pronepos, profeſtus, procella, profugus, profeſſus, profeta, ꝑfugio, profatus, ꝑfanus, profatur, ꝑfundũ, ꝑfon

dus,profano,proneptis, profiteor : corripitur etiam ſi vocalis, vel aſpiratio ſequitur . Profundo, proficiſcor, procuro , & propino primam habent indifferenter.

Dictio , ſed non monoſyllaba compoſitione quanta eſt,cognoſcitur,vt lego,perlego . Bis,bi, & tri,compoſita ſemper corripiuntur, vt bimater,biuium,bidens, triuium,tricuſpis,tricorpor,niſi poſitio ſequatur : bigæ vero producitur . Deriuatione cognoſcitur prima ſyllaba. Nam tanta eſt prima deriuatiui, quanta primitiui, vt amo amicus,literatura tamen ſeruata: ibo nanq; non ſeruat. Hæc a breuibus deriuata producuntur caſus a cado,iucundus a iuuo,tegula a tego,latus a tuli , ſtatus a ſtatum,ſedes a ſedeo:ſedile vero corripit:vires a vireo, vitupero a vitio , lex a lego,rex & regina a rego , feralis:id eſt mortalis a ferendis epulis, vel feriendis peco-

Grāma error.

ribus,& non a fera.i.morte, vt aiunt, ſeculum a ſecando vel a ſequendo , vel potius a ſene : nequam a nequeo: macero a macer:mobilis a moueo:vox a voco ; binus a bis,totus a tot,denus a decem , regula a rego, nonus a nouem , ſecius a ſecus , humor ab humo:humanus ab homine,trinus a ter,ſerium a ſeorſum & riſu,remus,remex,remigium,& remigo a remoueo vel remeo , caſeus a coacto lacte,fomes,& fomētum, à foueo,ceritus a Cerere,vena a venio,vomer à vomeo,perſona a perſono,vt aliqui a proſopon,a coma como,: petus a petendo,liquitur a liqueo,rapta a rapio,viginti a bis & decē: iugerū a iugo,laterna à lateo,rete a retineo,cunæ a cuneis,Italia ab Italo, Sicilia a Siculo , vocifero a voce:iumentum a iuuo,vel a iugādo:cepa a capite, vel a cephaole:brachium a brachis,pedor à pede:quatuor a quater.

Hæc a longis corripiuntur dicax a dico, ſtabilis & ſtabulum a ſto,pronuba & innuba a nubo, manus a mano ſeu a munio, vt Cic.titulum a tutum , vitium a vito:domus a doma:dux a duco:lucerna a luceo:ſopor & ſoporo à ſopio,ofella ab offa,farina a farre,perfidus à fido,

ſatuus & fabula a fando: ſigillũ a ſigno, abes ab abſum: quater & quaternus a quatuor: tigillum a tigno: aceruus ab aggere, vadum a vado, vel vador : ariſta & arena ab areo: fragor & fragilis a frango : ſodalis a ſuadeo , vel ſodes: ſagax a ſagio, anus ab annis, ſed potius ab a: id eſt ſine & νοῦς : id eſt ſenſu : noto a noſco: vir a vi, aqua ab æquo: id eſt plano: femur a femine ſiquidem a ſi & quidem, nato a no: mamilla a mamma, fides a fio , & dico, Italus ab Italia , omaſum ab omine, pluuia a pluit , bubulcus a bobus , curulis a curru ſiue a curuo , oculus ab oculendo , acerbus ab acer adiectiuo : lotium a lotum, odium ab odi, ligula a lingua , ſtrigilis a ſtringo , maledicus , cauſidicus penultima correpta a dico : ſic inſio, & ſuffio, deiero , peiero : ſopitum antepenultima longa: ſemiſopitus breui : comitium & conuitium antepenultima producta.

¶ Primæ ſyllabæ communes.

DIana, Eous, Britani, Bythini, cacus, coſira, chratis, curetes, Fidenæ, gradiuus, flabellum, calo calonis, hinulus, hymen. Italus a um, liquor, liquidus, licas , orion, pachynus, pituita. Lauinium, palatium, Pelion, Pyrene, Pyreneus, rubigo, rutilius, rudo, ſichæus, ſicanus, macero, atrax pro flumine , & vrbe Theſſaliæ cecrops atrox, Apulia, Aprilis, blatero, Cyclopes, Thetys Tethyos. Nam thetis thetidis corripit, Cyclas, cupreſſus, cyprus, coralium, Darius, focale, fabrilis, gehennæ, hydrus, migro , Ilithia, labrum, labicum , muto, mæotis, Atlas, apricus, apluſtre, Bias, caria, cedrus, fabri, ganeo, geometer, manes, Atrides, Adraſtus, Buſyris , cerimoniæ, crepida, cydon, cathena, dicharcheus, electrum, fibræ, fabrico, glutinor, hydra, lucrinus, luceres , lyceus, propello, ſtrigilis, Sicilia, ſtipendium, triplex , temulentus, tigris, vacillo, vomica, Pilatus, pulex, ſcyros, ſcamãder, ſtuprum, veternum, Proſerpina, putreſco, peplum, polypus, ſupremus, ſcrupulum, vlulo, vibro.

De Mediis ſyllabis.

MEdia ſyllaba ſeptem modis cognoſcitur,poſitione,ut Saturnus: vocali ante vocalem, ut gloria: diphthongo ut comœdia:accentu producto, vt fortuna:aut correpto,ut rabula, diminutione, vt amabamus amabam:dominorum domino:& fit in dictionibus polyſyllabis:id eſt multarum ſyllabarum:exemplo, ut matutinus penultima producta apud Ouidium. Et regula: A E O, in omni nominum incremento producuntur, ut dominarum,dierum,amborum,& ſimilia: ſed in neutro A corripitur,ut poema poematis. I & V corripiuntur,ut manibus,tribubus:excipiuntur nomina tertiæ declinationis penultima longa in genitiuo creſcente,ut ſalus ſalutis. A in omni verborum cremēto longatur,ut amamus:excipitur do cum compoſitis primæ tantum coniugationis,ut damus,circundamus. E in omni uerborum cremento producitur non ſequente R, uel uocali ut faciemus: ſed tam in anomalis, q̃ in aliis coniugationibus tertia perſona pluralis præteriti, vt fuere,tulere,amauerunt,amauere, & ſecunda perſona futuri indicatiui tertiæ; & quartæ coniugationis vt diceris,audieris, & præſens indicatiui ſecundæ coniugationis,vt doceris, & præteritum imperfectum & futurum optatiui,& præſens,& imperfectum ſubiunctiui cuiuſcunq; coniugationis in incremento tam actiuæ, q̃ paſſiuæ uocis,& infinita ſecundæ coniugationis producunt E ſequente R,ut amareris,amere,monere,moneri,in reliquis uero temporibus corripitur E, ut monueras,doceberis. I ſemper corripitur,ut credimus:ſed in præſenti indicatiui quartæ coniugationis, & ab eo deſcendentibus ſemper producitur M uel R ſequente,ut audires,audimus: in præteritis omnium coniugationū I ante M breuiatur,ut docuimus. Hæ perſonæ futuri ſubiunctiui producuntur,ut amauerimus,amaueritis cuiuſcunq; ſunt coniugationis. I in uerbis ſum, & uolo

eoruḿq; compoſitis,ut nolo, adſum ſemper extenditur,ut velimus,nolimus,ſimus, adſimus. O in qualibet cōiugatione ſemper producitur,ut amatote. V in verbis ſum & volo, & compoſitis ſemper corripitur, vt nolumus,malumus,ſumus, adſumus. Supina omnia triſſyllaba,quæ formantur mutatione V i in tum modo nihil addatur, aut detrahatur,habent penultimam productam,vt amatum, petitum, excipitur cognitum cum compoſitis. O,& I quando in compoſitione media ponuntur,corripiuntur tam in græcis q̃ in latinis,vt Chriſtophorus,omnipotens,magnificus,& ſimilia:cōpoſita vero,quæ in priori parte cōpoſitionis declinantur,producuntur,vt q̃ticunq;,pleriq;,ibidē, & vbiq;:vndiq; vero,& vtriq; corripiuntur. Genitiui & datiui qntæ declinationis E vocalem producunt vt diei. Poſſeſſiua in ius,ia,ium producunt antepenultimam, vt Priameius. Media ſyllaba quæ eſt penultima,& in ea accētus,producitur vt Romanus,diuinus,ſin autem accētus eſt in antepenultima,corripitur media, vt dñs, pectora. Penultima ſyllaba in deriuatiuis corripitur, vt ſanctitas:ante dus,vt candidus,ante lus la um, in diminutiuis,vt laureolus,vnciola,ante lis in verbalibus, vt fertilis,vtilis. I ante men a ſecunda, & tertia coniugatione,vt monimen,regimen:a prima nanq; & quarta producitur,vt oblectamen,munimen. Ante cen, vt tubicen,præter tibicen p̄ tibijcen. Ante al ſeruatur penultima primitiui,& ante tus penultima participiorum, vt a ceruicis ceruical,ab animus animal, ornatus, vectigal producit penultimam. Penultima in deriuatiuis ante go producitur,vt lanugo,præter ligo:ante do,vt formido: ante ar, vt puluinar: ante as, vt arpinas: ante ris vel re, vt militaris: ante tis,vt noſtratis ſamnis,præter ceretis,ante nus,vt terrenus,clandeſtinus, præter iantinus,hyacinthinus,murrinus,cryſtallinus,adamantinus, bombicinus,ſandicinus,diutinus,priſtinus,craſtinus,fa-

ginus, oleaginus, ſerotinus, ornotinus: ante bilis quacunque præcedente vocali ſi a ſupino formetur, ſequuntur illius penultimam, vt amatum amabilis, fletum flebilis: excipiuntur ſtabilis a ſtatum, docilis a doceo, debilis a debeo, facilis a facio, habilis ab habeo: eodem modo ſi a ſecunda, & tertia coniugatione aliunde, q̃ a ſupino deducta fuerint, corripiunt antepenultimam, vt horribilis, terribilis, concupiſcibilis. Ante bundus item a ſupino deducta ſequuntur illius penultimam, vt erratum, errabundus, antepenultima producta: At moribundus a moritum correpta. A ſecũda vero, & tertia coniugatione aliunde, q̃ a ſupino deducta corripiunt antepenultimam, ut rideo ridibundus, ludo ludibundus. Producitur A ante bulum, vt conciliabulum, præter ſtabulũ: ante cundus, vt iracũdus, & hæc quoq; ſequũtur ſupinũ, ſic iucundus a, um: a iutum: verecundus tamen producit. E, A ante ceus & cius ꝓducitur, vt hordeaceus, gallinacius: ante culum, vt miraculum: ante rius, vt ſtatuarius, armarium. E ante cula in diminutiuis producitur, vt vulpecula, ante mentum, vt incrementum. O ante rius ria rium producitur, vt vxorius, prætorium. Ante culum corripitur antepenultima, vt verriculũ: ante cies, vt canicies: ante tius tia tium, vt tribunitius, iuſtitia, ſodalitium: ante culus la lum in diminutitiuis, vt igniculus, anicula, reticulum: In his autẽ ante penultima ꝓducitur multitius, nouitius, redimiculũ, cuticula, canicula, tegeticula, craticula, ſuppoſititius: ſed quotidianus ꝓducit ti. Diluuium, ꝓluuies, illuuies, & cætera a luo corripiũt.

ℭ Mediæ ſyllabæ communes.

AEgeon Bebryces, Bathaui, cybeles, connubium, ficedula, malea, orionis, Porſena, Porſenna, Pharſalia, ſidonia, cyane. ſyphacem, lecythus, chorea, platea, abſtemius, affatim, adoris ab ador. Acriſius, barattrum, buſiris, biſtonis, biſtonius, butyrum, chelindrus, cythera, catilus, cephea a cepheus, caiphas, chyragra, cala-

bri,cerebrum,crepida coralium,cuculus. Darius,Dauidis,denarius, & cætera à numerorum nominibus habent A cōmunem. Dolopes,execror,Aedonius,creatura,diſciplina. Democritus,argumentū, Amphytrio, Archita,Allabrox,Aquitanus,Atalanta,Getulus,Heroous,Helias,Iſrael,Lugubris,Macedo,Multiplex,Nabatheus,Pharaon,Phœniceus,phariſeus,podagra,Patroclus,pleuretis,quotidie,quotidianus,romphea, ſophocles,Saphirus,ſicanus,ſcatinia,ſerapis,ſtymphalis, ſocrates,ſeruilius,ſaſſones,ſanſonis à ſanſon,ſocraticus ſidonius,ſambuca, Ticinus,trinacria,temetū,trigonus, tenthyra,triclinium,Troadas,vlubræ,vrania,vietus: ſequentium tertia ſyllaba eſt communis Annibalis, anetis,ægeonis,aſſeuero, axioma,canopæum, Euripides ſecūda & tertia ſyllaba. Eriphile,fortuitus,Nerine, promontorū,Syracuſæ, Tauromintanus ſecunda & quarta:Academia quarta.

¶De vltimis ſyllabis.

VLtima ſyllaba cognoſcitur tribus modis. poſitione vt fœlix:diphthongo vt muſæ,& regula. Regula, omnes dictiones caſuales in A finitæ corripiuntur,vt poeta: ſed græca ꝓpria,vt nemea tegea, & ablatiui primæ inflexionis,vt muſa, & vocatiui græci à recto as,vt Aenea,& imperatiui,vt ama, præpoſitiones vt infra,aduerbia vt antea producuntur,ſed quia, ita & vtputa corripiuntur: numeralia in ginta,vt triginta habent A ad placitum. In E diphthongi ꝓducuntur ut muſæ,ſic & græca p omnes caſus,& numeros vt Penelope,tempe,vocatiui ab es primæ declinationis,ut Anchiſe,ablatiui quintæ vt die,& quidam ablatiui Græci, vt Eufrate,fame: imperatiui ſecundæ coniugationis vt doce: vale tamen, caue, & vide quando corripiuntur non natura,ſed quia ſequitur vocalis,vt vale vale Iola, vel quod eſt vltima ſyllaba pedis. Ouid.tu caue defendas. Prop.Hoc vide ne rurſus, vel ſunt imperatiui ter

tiæ coniugationis:aduerbia à nominibus vt iuſte, præter bene,& male,& monoſyllaba,vt me:q; vero,ne, & ve corripiuntur,ſed næ pro certe, & ne pro vt nō producuntur: cætera in E breuiātur, vt patre,lege,tute,tutemet prima producta vltima te correpta:repe,cale, & lique in compoſitione cum facio, & fio ſunt communia:quare ferè,& fermè producuntur. In I finita producuntur,vt docti:ſed vocatiui,& datiui Græci, vt Amarylli,Palladi: licet Propert. Tyndaridi poteram dixerit,& Græca ut moly,& meli,quo vtimur in compoſitione, vt melimela,corripiuntur : ſed datiui à nominatiuo in eus producuntur, vt Orphi : mihi, tibi, ſibi, ibi,& vbi compoſita primam corripiunt, ſecunda vero eſt indifferenter,ſed niſi,& quaſi primam,& ſecundam corripiunt.

In O finita ad placitum,vt amo: datiui vero & ablatiui ſecūdæ declinationis,vt domino, monoſyllaba ut ſto, græca vt Celæno,aduerbia à nominibus vt falso ꝓducuntur:ego tamen,duo,modo,cito, ſcio primā & ſecūdam corripiunt:Illico,mutuo,neſcio, vltimam & penultimam:ergo vero,crebro,ſero,ꝑfecto, quando,aliquādo,& immo habent vltimam communem.

In V finita producuntur vt cornu.

In As ꝓducuntur vt muſas: græca vero facientia genitiuū in dis, vel in dos,vt Pallas,& in Accuſatiuo plurali,vt aonas corripiuntur.

In es ꝓducuntur vt dies:græca tamen vt Atlātides,corripiūtur, & noīa tertiæ declinatiōis creſcentia in genitiuis,& mutātia e in i,vt miles militis:penes, & inquies, & ſecūda perſona verbi ſum cum cōpoſitis, vt es ades, & nominatiui græci neutri,vt Hippomanes.

In Is corripiuntur ut ignis: datiui vero , & ablatiui primæ , & ſecundæ declinationis , vt muſis & dominis, quis pro quibus,& nomina habentia genitiuum creſcētem penultima longa , vt lis litis , monoſyllaba vt vis,

præter is, quis, mis, tis, & bis, & ſecundam perſonā ſingularis quartæ coniugationis, vt audis producuntur, & velis cum compoſitis vt malis, & ſecunda perſona ſingularis futuri ſubiunctiui, vt dederis in carmine vires, legitur & breuis. Verg. in. vi. oraueris vrbes, & ſæpe producitur quando eſt principium pedis.

In Os producuntur vt dom: nos: excipiuntur os oſſis, genitiui græci Pallados, & græca in os vt Ilios: heros autem producitur, & facientia genitiuum in ois, vel in otis, & o lōgum ut Minos, Rhinoceros, Androgeos, Athos, Tros, Phileros.

In Vs corripiuntur, ut corpus: monoſyllaba uero, ut plus, & uocatiui, & accuſatiui quartæ declinationis in plurali, & in gtō ſingulari, ut diſſus: & græca faciētia genitiuū in untis, ut Amathus: & in odis, ut Melampus: & uertētia oi diphthōgon in u apud latinos, ut Pāthus ꝑducūtur, ſic & genitiui græci, ut Didus, & noīa tertiæ declinationis habētia penultimā longā in genitiuo creſcēte, ut ſalus ſalutis. In C ꝑducuntur ut ſic: lac uero, nec, donec corripiuntur: hic ꝓnomē indifferēter aduerbium longum: fac ad placitum, ſed potius producitur.

In B, D, T, corripiuntur vt ab, ad, caput: excipiuntur aut, & haut: ſed in ſyncopatis eſto cautus: quod quādo tollitur ſyllaba, ſemper producitur, ut obit pro obiuit: quando vero litera, eſt communis, ut petiit.

In L corripitur ut ſemel: ſol vero, Pol, nil, & barbara, ut Michael producūtur: ſed Iſrael in Sidonio & in cantu dñico corripitur, uel ꝑducit. Mart. nō niſi uel oſtro.

In H producuntur ut uah.

In N producuntur, ut Pœan: ſic & accuſatiui à recto as & es, ut Aenean & Anchiſen: à græco in A corripiūtur vt æginan: ſed habentia penultimā breuem in genitiuo creſcente, ut nomen, & accuſatiui in on, & in, ut Menalon, & Tyrſin, & græca ſcripta ꝑ omicron, ut Pelion, Ilion: nam ſcripta per omega ꝑducuntur, ut Procyon,

& an, forſan, forſitan, in, dein, exin, proin, tamen, attamen, viden, ſatin, nemon, & egon corripiuntur. Prop. autem. in. ii. an ego tranſirem ait.

In R corripiuntur, vt Cæſar, excipiũtur aër, ver, æther, crater character, cur, fur, lar, par, cum compoſitis nar, iber celtiber. Mart. vero in. x. corripit celtiber oras, ſtater, Panther, & cor. quod etiam corripitur. Ouid. inq; cor hamata.

Pedes biſſyllabi quatuor hi ſunt.

Pyrrhichius	bb	vt	pater
Iambus	bl	ut	dies
Spondæus	ll	ut	muſæ
Trochæus	lb	ut	fagus

Triſſyllabi octo.

Tribrachus	bbb	ut	dominus
Trimacrus, ſiue Moloſſus	lll	ut	cuſtodi
Anapæſtus	bbl	ut	domino
Dactylus	lbb	ut	munera
Amphibrachus	blb	ut	caninus
Amphimacrus	lbl	ut	nomini
Bacchius	bll	ut	amori
Antibacchius	llb	ut	mortalis

Quatriſyllabi ſexdecim.

Proceleumaticus	bbbb	ut	philoſophus
Diſpondæus	llll	ut	fortunati
Diiambus	blbl	ut	Apollini
Ditrochæus	lblb	ut	fulminabat
Antipaſtus	bllb	ut	Alexander
Choriambus	lbbl	ut	Dardanidæ
Ionicus minor	bbll	ut	lachrymabar
Ionicus maior	llbb	ut	labentibus
Pæon primus	lbbb	ut	lætitia
Pæon ſecundus	blbb	ut	cupidinis
Pæon tertius	bblb	ut	labyrinthum
Pæon quartus	bbbl	ut	celeritas

Epitritus primus	blll	ut	amauiſſent
Epitritus ſecundus	lbll	ut	ſeruiendi
Epitritus tertius	llbl	ut	chariſſimo
Epitritus quartus	lllb	ut	confirmabat

Saphicum carmen conſtat quinq; pedibus trochæo, ſpõdæo, dactylo, & duobus trochæis in primis tribus uerſibus, inde ſubiungitur verſus Adonicus cõſtans dactylo, & ſpõdæo ſiue trochæo: mox ſunt tres alii: eiuſdem generis & deinde Adonicus: & ſic facies vſq; ad finem vt hoc exemplo patebit.

Iam ſa:tis ter:riſniuis:atq;:diræ
Grandi:niſmi:ſit pater:etru:bente
Dexte:raſa:craſacu:latus arces
Terruit:vrbem

Hendecaſyllabũ carmen conſtat quinq; pedibus, ſpõdæo, dactylo, & tribus trochæis, quanq̃ in prima ſede ſæpe trochæus, vel iambus ponatur, & ſic ſcanditur.

Quoido:nolepi:dumno:uumli:bellum.
Ari:domodo:pumi:cexpo:litum
Meas:eſſali:quidpu:tare:nugas:

Aſclepiadeum carmen conſtat ſpondæo, dactylo, & cæſura, ideſt ſyllaba longa dictionem finiente, & duobus dactylis vt Mœce:naſata:vis:edite:regibus. Hæc tria carminum genera perinde, ac vſitatiora excepto exametro, pentametroq́; tetigimus: reliqua vero in maiori leges arte.

De Orthographia.

QVid ſit Orthographia, & vnde dicatur, in principio primi libri diſſeruim⁹, hic pauca referimus præcepta. A componitur cum incipientibus ab M & V conſonante vt amitto, auerto. Ab cum vocalibus, aut aſpiratione vt abactus, aberro, abiicio, abundo, abominor, abhorreo: & cum conſonantibus D F L N R S, vt abduco, abfui, abluo, abnego, abrado, abſcindo. Sed in arripio B mutatur in R, & in aſporto in S, & in auſe-

ro,& aufugio in V. Abs componitur cum C Q T, vt,abſq;,abſcedo,abſtineo. Ad quādo cōponitur cū dictionibus incipiētibus à C F G L N P R S T,mutatur D in ſequētem literā, vt accurro,affero,aggero,alludo,annuo,appeto,arrideo,aſſurgo,attraho:ſed quādo D præcedit, vertitur in G ſequente N, vt agnoſco, agnomen:cum quibuſdam literis D manet integra, ut adamo, adhibeo, adedo, adhæreo, adimo, admitto, adminiſtro,admoueo,adoro,aduro, aduoco,acquiro, acquieſco ſeruant C per D ob affinitatem. Amputo in ambio B ob M adiecta fuit. Con,& in ſequētibus L M R in compoſitione in ipſas commutantur ut,collido,illatus,committo,immunis,corruo,irriſus,ſequentibus B P,& M non ponimus N,ſed M, ut imbuo,imputo,comparo,immitto etiam de ſimplicibus eſt intelligendum vt Pompeius, Cambiſes,imperium:ſequente N quādoq; euphoniæ gratia N vertitur in G vt cognoſco,ignoro,ignoſco. Con ſequente vocali abiicitur N vt coadiuuo,coeo,cohæreo. Notentur comedo,comburo,comitor,comites à con, & iter:& cōſtāt integræ ante cæteras literas vt induco,concito,ingero, cōfero, inhæreo,coniuro,inſero,contineo,inuado, eſt quādo Q vertitur in C vt quatio,concutio,incutio. De componitur cum D H L M R S T, & I conſonante, & P vt deduco,dehiſco,deligo,demens,derideo,deſcēdo, detraho,deprauo,deiicio. Di componitur cum incipientibus à D H L M N R, & I conſonante,ut diduco,digero,diligo,dimitto, dinumero,diruo, diiudico.

Dis cōponitur cum C P Q S T, & I conſonante vt diſcerno,diſputo,diſquiro,diſſoluo,diſtraho, diſiicio, diſiectus. S vertitur in F, vt differo, difficilis,cauſa euphoniæ mutat S in M ſed ſolū in dimminuo pro diſminuo. E componitur cum his conſonantibus vt educo, eueho,eiicio,egeo,ebibo,eleuo,enato,emitto, epoto, eruo. Ex ſequēte vocali manet integra vt exaro, exe-

ro,exitus,exorno,exuro,& ſequentibus C,P,Q,T,vt excurro,expiro,exqro, extẽdo S ſequẽs tollitur ut exequiæ,exequor,extruo. X ſequente F vertitur in F vt effero,efflagito,efficio.effundo. X cum L ſolum in cõpoſitione inuenitur vt exlex. Ob, & ſub mutant B in C F G R P M,ſi cum his componatur,vt occurro,ſuccedo,offero,oggãnio,ſurripio,ſummitto, intromitto, & operio B remouetur. in his manet obruo,obcæco, cum cæteris cõſonãtibus B manet, ut obduro,ſubdo, obloquor,ſublatus,obnitor,ſubnixus, ſubtraho,obiurgo,Suſtineo , & ſuſpiro non à ſub , ſed à ſuſum,ideſt ſurſum componuntur. Omitto ſcribitur per ſimplex M cauſa grauioris prolationis euitãdæ: ſic obruo,ſubruo,abrenuntio,obſui tenent B.

FINIS.

LVCII IOANNIS SCOPAE

Epitome de Grammatice, Nuper ab ipſo authore diligenter reuiſa, longe aliis, quæ hactenus editæ ſunt, copioſius aucta.

LVCIVS IOANNES SCOPPA
Carolo Apitio valetudinem.

CVm optimi cuiuſq; non ſuæ modo rei, ſed etiam alienæ conſulere iugiter eſſe cenſuerim:in præſenti ne mihi ipſe prorſus reluctari viderer, idipſum exequor,eoq; magis:quòd præſtare ſubigebar. Quoniam inſtitutiones noſtræ non tyronibus, vt patrueli, cui lucubraueram,ſed veteranis competere,atq; conferre videbantur. Proinde hanc inde Epitomen vt q̃ ocyſſime poſſet,erudiretur,excerpere deſtinaui,& quod deſtinaueram,omnium conditoris ope iam effeci. Nanq; vbi præceptoribus calluerit hanc, confeſtim illas,quoad cõſummatus euadet grãmaticus,colat. Accipe igitur Epitomen impenſe tibi commendatam, atque promiſſam. E patria nanq; Parthenopen, vbi publico nunc profitendi munere fungeris,repetens, noſtros curriculo lares adiiſti,& licet in ocio,non tamen ocioſum offendiſti. Tunc enim temporis patruelem Antonium(quoniã tempus conterebat)obiurgabam,monebamq;, ne deſidia torpeſceret,ſed ſubinde literis operam nauaret, vt ad altiora dirigerem. Actutum (percõtationibus enim reſpondebat)vt non modo Epitomen,ſed ſpicilegium quoq; cum dicendi arte,quo & patruelis, & alii noſtra proficerent opera,emitterem coegiſti. Proinde cum recepiſſem,promiſſis maneo,cuncta quoq; deinceps daturus. Noui nanq; tuum non in noſtris ſolum, ſed in alienis etiam adamuſſim perpendendis examen, & in carmine cudendo,atq; in oratione ſoluta nulli ſyncrono cedis. Vale Neapoli M. D. VIII.

LVCII IOANNIS SCOPPAE EPITOME. DE GRAMMATICE.

GRammatice eſt ſcientia recte ſcribendi legendi,& loquendi, vſu, ratione,& auctoritate cõſiſtens:& dicitur a grãmatõ .i.literis, & ideo ars literalis appellatur. Partes grãmatices ſunt duæ methodice,& hiſtorice. Methodice eſt finitiua grãmatice, quæ præcepta, rationemq; loquendi breui quadam uia demonſtrat. Hiſtorice eſt enarratiua grammatice, quæ autores enarrat, atq; exponit. Partes Methodices ſunt q̃tuor litera, ſyllaba, dictio,& oratio.

ℭDe Litera.

LItera eſt minima pars uocis indiuidua; & dicitur a participio uerbi lino, quod eſt litus lita litum, ut in maioribus patuit. Literæ apud latinos ſunt vna & viginti. A b c d e f g i l m n o p q r ſ t u x y z. H non eſt litera, ſed aſpirationis nota. Literæ diuiduntur in vocales,& conſonantes. Vocales ſunt quinque, a e i o u, & vna græca y ypſilon. Ex quibus quinque fiunt diphthongi æ œ au eu & ei. Conſonantes ſunt quindecim b c d f g l m n p q r ſ t x z: ex quibus ſunt octo mutæ b c d f g p q t: & ſeptem ſemiuocales l m n r ſ x & z: ex ſemiuocalibus duæ ſunt liquidæ l & r.

ℭDe ſyllaba.

SYllaba eſt vox literalis quæ ſub uno accentu,& vno ſpũ indiſtãter profertur, & dicitur a ſyllãbano.i.cõprehẽdo: quòd literas cõprehendat. Accidunt ſyllabæ quatuor tẽpus, tenor, ſpiritus,& literarum numerus.

ℭDe dictione.

DIctio eſt minima pars orationis cõſtructæ.i.in ordine poſitæ, & dicitur a dicendo.i.ſignificando. Nã ꝓpriũ dictionis eſt aliqd ſignificare. Dictioni accidũt quatuor ſignificatio, figura, etymologia,& ordo.

ℭDe Oratione.

ORatio eſt compoſitio dictionum conſtituens ſententiam,remq; perfectam ſignificans,& dicitur ab oro,uel a græco oariſin,quod latine eſt ſermocinari,vt in primo maioris uoluminis diximus. Partes orationis ſunt octo nomen,pronomen,verbum,participium, aduerbium,præpoſitio, coniunctio, & interiectio: ex quibus quatuor primæ ſunt declinabiles, reliquæ vero indeclinabiles.

De Nomine.

Nomē eſt pars orationis declinabilis,q̃ ſignificat ſubſtātiā,& qualitatē propriam,vel cōem cū caſu.Nomen eſt duplex ſubſtantiuum,& adiectiuum.Subſtantiuum eſt, cui præponitur vnus articulus,vel duo, ut hic Ioānes, & hic & hæc homo. Adiectiuū eſt, quod flectitur per tres diuerſas voces,vt doctus docta doctum, vel p tres articulos,& duas voces, vt hic & hæc omnis & hoc omne,uel per tres articulos,& vnam vocē, ut hic & hæc & hoc felix. Articuli noium ſunt tres hic,hæc, hoc.hic eſt maſculini generis,hæc fœminini,hoc neutri.Sed nomina adiectiua ſine articulis habent tres voces,prima eſt generis maſculini,ut bonus, ſecunda fœminini, ut bona,tertia neutri,ut bonum.Subſtantiuū eſt duplex proprium,& appellatiuum.Proprium eſt, quod naturaliter uniuſcuiuſq; ſubſtantiā,& qualitatē ſignificat,ut Petrus. Appellatiuū eſt, quod naturaliter eſt cōe multorum,ut poeta.Nomini accidunt qnq̃ue,Species,Genus,Numerus,Figura & caſus.Species nominum ſunt duæ,primitiua,quæ a nullo deriuatur,ut mōs,deriuatiua,quæ deriuatur ab aliquo,ut montanus a monte.Genera nominū ſunt ſeptem maſculinum ut hic Ioānes, fœmininum ut hæc Laura, neutrum ut hoc tectum, cōe ut hic & hæc homo,omne ut hic & hæc & hoc felix, dubium vel incertum ut hic uel hæc dies, promiſcuum ſiue epicœnū ut hæc aquila,& hic paſſer. Numeri nominū ſunt duo, ſingularis qui ſingulariter profertur ut dominus, plura-

lis,qui pluraliter profertur ut domini. Figuræ nominũ ſunt duæ ſimplex,quæ ſimplr̃ profertur ut iuſtus, cõpoſita,quæ cõponitur,ut ex in & iuſt⁹ cõponitur iniuſtus. decõpoſita nõ dicitur ut in maioribus probauimus. Caſus noium ſunt octo:Ntũs ut dñs:Gtũs ut dñi: Dtũs ut dño: Accuſatiuus ut dñm. Vctũs ut domine: Ablatiuus ut a domino, effectiuus ſiue inſtrumentalis ut pero te haſta: octauus.i.datiui uox pro actõ, ſiue ablatiuo ut clamor it cœlo.i.ad cœlum,& legitur mihi ꝑ a me. Recti ſunt duo nominatiuus,& uocatiuus. Obliqui ſunt ſex gtũs,dtũs,actũs, ablatiuus, ſeptimus caſus,ſiue effectiuus,& octauus. Declinationes nominum ſunt qnquæ prima, quæ format gtũm in æ diphthongum,vt poetæ:ſecunda in I longũ ut dñi:tertia in is breuẽ ut patris:quarta in us vel in u longum ut uiſus, & cornu:quinta in ei diuiſas ſyllabas vt diei.

¶Prima Declinatio Latina.

NOminatiuo hic nauta lo marinaro:ſiue barcarolo: Gtõ nautæ de lo marinaro. Dtõ nautæ a lo marinaro. Actõ nautam lo marinaro. Vocatiuo o nauta o tu marinaro. Abltõ a nauta da lo marinaro. Pluraliter ntõ nautæ li marinari. Gtõ nautaꝝ de li marinari. Datiuo nautis a li marinari. Actõ nautas li marinari. Vocatiuo o nautæ o uoi marinari. Ablatiuo a nautis da li marinari:ſic & ſimilia ut papa,poeta,pincerna lo coppero. Nominatiuo hæc ſcientia la ſcientia. Genitiuo ſcientiæ. Datiuo ſcientiæ. Actõ ſcientiã. Vocatiuo o ſciẽtia. Ablatiuo a ſcientia. Et pluraliter ntõ ſcientiæ. Gtõ ſcientiarũ. Dtõ ſcientiis. Actõ ſcientias. Vctõ o ſcientiæ. Abltõ a ſcientiis:ſic & ſimilia ut muſa,charta,gẽma la perla. Noĩatiuo hic & hæc aduena lo foreſtiero, ſiue lo ſtranero. Gtõ aduenæ. Datiuo aduenæ. Actõ aduenã. Vocatiuo o aduena. Abltõ ab aduena. Pluraliter ntõ aduenæ. Gtõ aduenarũ. Dtõ aduenis. Actõ aduenas. Vctõ o aduenæ. Abltõ ab aduenis: ſic Dardanida Troiano

Graiugena græco. Dea vero, filia, nata la figlia, liberta la ſchiaua franca, equa, mula formant datiuum & ablatiuum plurales in bus vt deabus: cauſa differentiæ, vel teſtamenti: lege maiores regulas.

¶ Secunda declinatio Latina.

NTō hic patronus la patrone, lo defenſore. Gtō patroni. Dtō patrono. Actō patronū. Vtō o patrōe. Abltō a patrono. Plr ntō patroni. Gtō patronoꝝ. Dtō patronis. Actō patronos. Vtō o patroni. Abltō a patronis: ſic & ſimilia vt amicus, dñs lo patrone, ſignore.

Ntō hic deus dio. Gtō dei. Dtō deo. Actō deū. Vtō o deus. Abltō a deo. Plr ntō dei vel dii li dei. Gtō deorū vel deū. Dtō deis, vel diis. Actō deos. Vtō o dei vel dii. Abltō a deis vel diis, ſed diis eſt à ntō antiquo dius vel dis quaſi deis ei diphthongo in I longum verſa.

Nominatiuo hic liber lo libro. Gtō libri. Dtō libro. Accuſatiuo librū. Vocatio o liber. Abltō a libro. Plr ntō libri. Gtō libroꝝ. Datiuo libris. Actō libros. Vocatiuo o libri. Abltō a libris: ſic & ſimilia vt culter, magiſter.

Nominatiuo hoc tectum lo tetto. Gtō tecti. Dtō tecto. Accuſatiuo tectū. Vocatiuo o tectū. Ablatiuo a tecto. Pluraliter ntō tecta. Gtō tectoꝝ. Datiuo tectis. Accuſatiuo tecta. Vocatiuo o tecta. Abltō a tectis: ſic & ſimilia vt ſcamnum lo ſcāno ſiue banco, templum la eccleſia.

Ntō hæc glyceriū glycerio. Gtō glycerii. Dtō glycerio. Actō glyceriū. Vtō o glycerium. Abltō a glycerio. Plr ntō hæ glyceria. Gtō glycerioꝝ. Dtō glyceriis. Actō glyceria. Vtō o glyceria. Abltō a glyceriis: ſic Philorcium, dorciū & ſimilia, quæ formā neutroꝝ habent, & articulos ſi habent fœmininos: fœminæ fuerunt.

Ntō ſatur ſatura ſaturū, ſaturo. Gtō ſaturi, ſaturæ, ſaturi. Dtō ſaturo ſaturæ ſaturo. Actō ſatuꝝ ſaturā ſatuꝝ. Vocatiuo o ſatur, ſatura, ſatuꝝ. Abltō a ſaturo, ſatura, ſaturo. Pluraliter ntō ſaturi ſaturæ ſatura. Gtō ſaturoꝝ, ſaturarum, ſaturoꝝ. Dtō ſaturis. Actō ſaturos, ſaturas, ſatu-

ra. Vocatiuo o ſaturi, ſaturæ, ſatura. Abltõ a ſaturis.

Ntõ pulcher pulchra pulchrũ, bello. Gtõ pulchri, pulchræ pulchri. Dtõ pulchro pulchræ pulchro. Actõ pulchrum pulchrã pulchrũ. Vctõ o pulcher pulchra pulchrum. Abltõ a pulchro pulchra pulchro. Plr ntõ pulchri pulchræ pulchra. Gtõ pulchroꝝ pulchrarum pulchroꝝ. Dtõ pulchris. Actõ pulchros pulchras pulchra. Vctõ o pulchri pulchræ pulchra. Abltõ a pulchris: ſic & niger nigra nigrũ, nigro, tener tenera tenerũ, tenero.

Noiatiuo doctus docta doctum, dotto. Genitiuo docti doctæ docti. Datiuo docto doctæ docto. Actõ doctum doctam doctum. Vctõ o docte docta doctum. Ablatiuo a docto docta docto. Plr ntõ docti doctæ docta. Genitiuo doctoꝝ doctarũ doctoꝝ. Datiuo doctis. Actõ doctos doctas docta. Vtõ o docti doctæ docta. Abltõ a doctis: ſic & ſimilia, vt bonus bona bonum, bono. Magnus magna magnum, grande.

Noiatiuo hic Virgilius, Vergilio. Genitiuo Vergilii. Dtõ Vergilio. Accuſatiuo Vergiliũ. Vocatiuo o Vergili. Abltõ a Vergilio: ſic & ſimilia vt Tullius, Terẽtius.

Ntõ fortiſſimus fortiſſima fortiſſimum, molto piu forte. Gtõ fortiſſimi fortiſſimæ fortiſſimi. Dtõ fortiſſimo fortiſſimæ fortiſſimo. Accuſatiuo fortiſſimũ fortiſſimã fortiſſimum. Vocatiuo o fortiſſime fortiſſima fortiſſimum. Ablatiuo a fortiſſimo fortiſſima fortiſſimo. Plr ntõ fortiſſimi fortiſſimæ fortiſſima. Genitiuo fortiſſimorum fortiſſimarum fortiſſimorum. Datiuo fortiſſimis. Actõ fortiſſimos fortiſſimas fortiſſima. Vocatiuo o fortiſſimi, fortiſſimæ fortiſſima. Abltõ a fortiſſimis: ſic & ſimilia, ut albiſſimus albiſſima albiſſimum, molto piu bianco.

¶ Tertia Declinatio Latina.

NTõ hic pater lo patre. Gtõ, patris. Dtõ patri. Actõ patrem. Vctõ o pater. Abltõ a patre. Plr ntõ patres. Gtõ patrũ. Dtõ patribus. Accuſatiuo patres. Vocatiuo o patres. Abltõ a patribus: ſic & ſimilia vt frater, mater.

Nominatiuo hæc lectio la lettione. Gtõ lectionis. Dtõ lectioni. Actõ lectionẽ. Vctõ o lectio. Abltõ a lectione. Plr ntõ lectiones. Gtõ lectionum Dtõ lectionibus. Actõ lectiones. Vctõ o lectiones. Abltõ a lectionibus. Nominatiuo hæc ſuauitas, la ſuauita. Genitiuo ſuauitatis. Datiuo ſuauitati. Actõ ſuauitatẽ. Vocatiuo o ſuauitas. Ablatiuo a ſuauitate. Plr ntõ ſuauitates. Genitiuo ſuauitatũ. Datiuo ſuauitatibus. Accuſatiuo ſuauitates. Vocatiuo o ſuauitates. Ablatiuo a ſuauitatibus. Ntõ hoc tempus lo tempo. Gtõ tẽporis. Dtõ tẽpori Actõ tempus. Vctõ o tempus. Abltõ a tẽpore. Plr ntõ tempora. Gtõ temporũ. Datiuo tẽporibus. Actõ tempora. Vocatiuo o tempora. Ablatiuo a temporibus. Nominatiuo hoc paſcha la paſcha. Genitiuo paſchatos, & paſchatis. Datiuo paſchati. Accuſatiuo paſcha. Vocatiuo o paſcha. Abltõ a paſchate: olim hæc paſcha paſchæ declinabatur, ſicut ſyrma ſyrmæ la coda de la veſte de femine & de Baccho. Nominatiuo hic & hæc dulcis, & hoc dulce, dolce. Genitiuo dulcis. Datiuo dulci. Actõ dulcem, & dulce. Vocatiuo o dulcis, & o dulce. Ablatiuo a dulci. Pluraliter nominatiuo dulces, & dulcia. Genitiuo dulcium. Datiuo dulcibus. Accuſatiuo dulces uel dulceis & dulcia. Vocatiuo o dulces & o dulcia. Ablatiuo a dulcibus. Nominatiuo hic & hæc & hoc audax, audace. præſentoſo. Genitiuo audacis. Datiuo audaci. Actõ audacẽ, & audax. Vocatiuo o audax. Abltõ ab audace, vel audaci. Plr nominatiuo audaces & audacia. Genitiuo audaciũ. Datiuo audacibus. Accuſatiuo audaces, & audacia. Vocatiuo o audaces, & o audacia. Abltõ ab audacibus. Nominatiuo hic ſylueſter, hæc ſylueſtris, & hoc ſylueſtre, ſyluatico. Genitiuo ſylueſtris. Datiuo ſylueſtri. Accuſatiuo ſylueſtrẽ, & ſylueſtre. Vocatiuo o ſylueſter o ſylueſtris & o ſylueſtre. Ablatiuo a ſylueſtri. Pluraliter nominatiuo ſylueſtres & ſylueſtria. Gtõ ſylueſtrium.

Datiuo ſyluestribus. Accuſatiuo ſylueſtres & ſylueſtria. Vtō o ſylueſtres & o ſylueſtria. Abltō à ſylueſtribus, ſic & ſimilia, vt hic acer, hæc acris, & hoc acre.

Ntō hic & hæc fortior, & hoc fortius, piu forte. Gtō fortioris. Dtō fortiori. Actō fortiorē, & fortius. Vctō ò fortior, & fortius. Abltō à fortiori, vel fortiore. Plr ntō fortiores, & fortiora. Gtō fortiorū. Dtō fortioribus. Actō fortiores & fortiora. Vctō o fortiores, & fortiora. Ablatiuo à fortioribus, ſic & ſimilia, vt albior piu bianco.

℄ Quarta declinatio Latina.

NOminatiuo hic viſus, lo uedere. Gtō viſus. Datiuo viſui. Accuſatiuo viſum. Vtō o viſus. Abltō à viſu. Pluraliter ntō viſus. Gtō viſuū. Datiuo viſibus. Accuſatiuo viſus. Vocatiuo o viſus. Ablatiuo à viſibus.

Nominatiuo hic currus lo carro. Gtō currus. Datiuo currui. Actō currū. Vocatiuo o currus. Ablatiuo à curru. Plr noīatiuo currus. Gtō curruū. Dtō curribus. Accuſatiuo currus. Vtō o currus. Ablatiuo à curribus, ſic & ſimilia, vt metus lo timore, motus lo moto.

Ntō hæc domus la caſa. Genitiuo domus vel domi. Datiuo domui. Accuſatiuo domū. Vocatiuo o domus. Ablatiuo à domo. Plr ntō domus. Genitiuo domuum vel domorum. Datiuo domibus. Accuſatiuo domos olim domus. Vtō o domus. Abltō à domibus.

Ntō hoc cornu lo corno. Gtō cornu. Dtō cornu. Actō cornu. Vtō o cornu. Ablatiuo à cornu. Plr ntō hæc cornuā. Genitiuo cornuum. Datiuo cornibus. Accuſatiuo cornua. Vocatiuo o cornua. Ablatiuo à cornibus: ſic & ſimilia, vt veru lo ſpito, gelu la gelata, & la gelatina: quæ duo poſteriora carent genitiuo plurali.

℄ Quinta Declinatio Latina.

NOminatiuo hic vel hæc dies, lo di, ſiue giorno. Gtō diei. Dtō diei. Actō diē. Vtō o dies. Abltō à die. Plr noīatiuo dies. Gtō dierum. Dtō diebus. Accuſatiuo dies. Vocatiuo o dies. Ablatiuo à diebus, in piu

rali eſt tantum maſculinum.

Noíatiuo hæc res, lo fatto, la coſa Genitiuo rei. Datiuo rei. Accuſatiuo rem. Vocatiuo o res. Ablatiuo a re. Pluraliter nominatiuo res. Genitiuo rerũ. Dtõ rebus. Accuſatiuo res. Vocatiuo o res. Ablatiuo à rebus.

Pluraliter noíatiuo hi duo, hæ duæ, & hæc duo, dui. Genitiuo duorum vel duum, duarum, duorũ, vel duũ. Dtõ duobus, duabus, duobus. Accuſatiuo duos duas duo. Vocatiuo o duo duæ duo. Ablatiuo à duobus, duabus, duobus, ſic & ambo dui.

Pluraliter ntõ hi & hæ tres, & hæc tria: tre. Gtõ trium. Datiuo tribus. Accuſatiuo tres vel treis, & hæc tria. Vocatiuo o tres, & o tria. Ablatiuo à tribus.

Pluraliter ntõ hi, & hæ, & hæc quatuor, quattro. Gtõ quatuor. Dtõ quatuor. Actõ quatuor. Vtõ o quatuor. Abltõ à quatuor. Noía à quatuor vſq; ad centũ ſunt indeclinabilia, numeri pluralis, & oís generis. Hic tantũ declinationes tetigimus: copioſius tamẽ in tractatu de declinationibus lege: ſed hoc nõ prætereamus, nomina compoſita ex duobus rectis flecti per omnes caſus.

Ntõ hæc reſpublica, la republica. Gtõ reipublicæ. Datiuo reipublicæ. Actõ rempublicã. Vtõ o reſpublica. Ablatiuo à republica. Pluraliter ntõ reſpublicæ. Gtõ rerũpublicarũ. Dtõ rebuſpublicis. Accuſatiuo reſpublicas., Vtõ o reſpublicæ. Ablatiuo à rebuſpublicis, ſic & ſimilia, vt Franciſcus Antonius. Sed alteruter nunquã mutat primã, vt alteruter, alterutra, alterutrũ, o l'uno o l'altro delli dui. Gtõ alterutrius. Dtõ alterutri. Accuſatiuo alterutrũ, alterutram, alterutrũ. Ablatiuo ab alterutro, alterutra, alterutro. Pluraliter ntõ alterutri, alterutræ, alterutra. Gtõ alterutrorũ, alterutrarum, alterutrorũ. Datiuo alterutris. Actõ alterutros, alterutras, alterutra. Ablatiuo ab alterutris. Cic. tamen in Protagorã in longitudine alterius vtrius. Cato de ambitu rerum alterius vtrius. quæ vero cõponuntur ex recto & obliquo,

ex recto flectuntur, & obliquus ſemper remanet, vt Noīatiuo hic tribunus plebis lo capo, ſiue lo eletto de lo populo. Gtō tribuni plebis. Datiuo tribuno plebis. Accuſatiuo tribunū plebis. Vocatiuo o tribune plebis. Abltō à tribuno plebis. Plr̄ nomīatiuo tribuni plebis. Gtō tribunorum plebis. Datiuo tribunis plebis. Accuſatiuo tribunos plebis. Vocatiuo o tribuni plebis. Ablatiuo à tribunis plebis, & ſic tribunus militum, lo maſtro de campo: quæ vero ex duobus componuntur obliqs non declinantur, vt nominatiuo huiuſmodi. Genitiuo huiuſmodi de tale modo, qualita. Datiuo huiuſmodi. Accuſatiuo huiuſmodi. Ablatiuo huiuſmodi. Pluraliter noīatiuo huiuſmodi. Genitiuo huiuſmodi. Datiuo huiuſmodi. Accuſatiuo huiuſmodi. Abltō huiuſmodi.

ℭ Prima Declinatio Græca.

NOminatiuo Aeneas, Aenea. Genitiuo æneæ. Datiuo æneæ. Accuſatiuo ænean. Vocatiuo o ænea, & o æneas. Ablatiuo ab ænea.
Nominatiuo hic Anchiſes, Anchiſe. Gtō anchiſæ. Dtō anchiſæ. Accuſatiuo anchiſen. Vtō o anchiſe, & anchiſes. Abltō ab anchiſe. Qui ablatiui à Latinis tm̄ vſurpantur. Græci nāq; penitus carēt. Quæ prima Græcorum declinatio maſculinorum eſt tantum in as, & in es nominum deſinentium, quæ apud illos mittunt genitiuū in V: referuntur tamen ad primam latinam.

ℭ Secunda Declinatio Græca.

NOmiatiuo hæc Penelope, penelope. Gtō penelopes. Dtō penelope. Actō penelopen. Vtō o penelope. Abltō à penelope. Plr̄ ntō penelopæ, Gtō penelopon. Dtō penelopes. Actō penelopas. Vocatiuo o penelopæ. Ablatiuo à penelopes: ſic & ſimilia, vt Parthenope, Calliope, ſed in plurali melius latine declinantur, vt Muſæ Muſarum à nominatiuo Penelopa, vt Plautus in Stici prologo; dicitur & Penelopea vti Calliopea. poeta in carmine obſcœno Penelopea tuo.

Prop.in tertio Calliopea meis.

Nominatiuo hæc grãmatice la grammatica. Genitiuo grãmatices. Datiuo grãmatice. Accuſatiuo grammaticen. Vtõ o grammatice. Ablatiuo à grãmatice. Plr nominatiuo hæc grãmatica. Genitiuo grãmaticorũ. Datiuo grãmaticis. Actõ grãmatica. Vocatiuo o grammatica. Ablatiuo à grammaticis: ſic Rhetorice, & reliqua. Quæ ſecunda declinatio eſt fœmininorum tm̃ noium in e & in a deſinẽtiũ. In e faciunt gtm̃ in es, vt Penelopes, ut ſuperiori exẽplo patuit: ſi ntũs in a lõgũ, purũq; deſinit, & terminabitur in Da vel in Ra, uel in Tha format genitiuum in as, ut hæc hermenia hermenias, ideſt interpretatio: hæc Leda Ledas Leda: hæc himera himeras lo di: hæc martha marthas martha: ad cuius genitiui ſimilitudinem noſtri fecerũt familia familias, & reliqua, q̃ legunt, retulerũtq; ad primã declinationẽ latinã.

¶ Tertia Declinatio Græca.

NOminatiuo Androgeos Androgeo. Genitiuo androgeo. Dtõ androgeo. Accuſatiuo androgeon. Vocatiuo androgeos. Ablatiuo androgeo. Latini vero in genitiuo androgei: accuſatiuo androgeum: vocatiuo o androgee dicunt: ſic & Apollos Apollo: q̃uis declinatione latina dicatur Apollo Apollinis. Tertia Atticorum declinatio ad ſecũdam latinorum refertur, & eſt deſinentium in os longum maſculinorum, & fœmininorum, & in on æque longum neutrorum.

¶ Quarta Declinatio Græca.

NOminatiuo hic logos, lo parlare & la ragiõe. Gtõ logi. Dtõ logo. Accuſatiuo logõ. Vtõ o loge, uel logos. Ablatiuo à logo. Pluraliter nominatiuo logi. Genitiuo logon. Datiuo logis. Accuſatiuo logus. Vocatiuo o logi. Ablatiuo à logis.

Ntõ hoc Ilion, lo caſtello di Troia. Gtõ Ilii. Dtõ Ilio. Accuſatiuo Ilion. Vtõ o Ilion. Ablatiuo ab Ilio. In os ſunt maſculina, & fœminina, in on neutra, mittũt apud

illos genitiuū ſingularem in u:referuntur hæc quoq; nomina ad ſecundam declinationē latinam, & Latini nominatiuū,accuſatiuum,& vocatiuum vſurpant:quia nullum nomen latinum huius ordinis in os terminatur.

ℭ Quinta Declinatio Græca.

NOminatiuo hic Orpheus Orpheo. Gtō orpheos. Dtō orphi. Actō orphea. Vtō o orpheu. Abltō ab orpheo:apud græcos ī noīatiuo orpheos:genitiuo orpheu. In eus diphthōgon deſinētia referuntur ad ſecundā declinationē latinā. Quia nullum nomen latinū in eus diphthongū deſinit:& ideo latini dicunt in genitiuo orphei, in datiuo orpheo:accuſatiuo orpheum. Noīatiuo hæc Sapho, ſapho. Genitiuo ſaphus. Dtō ſapho. Actō ſapho. Vtō o ſapho. Ablatiuo à ſapho. Plr ntō ſaphoes. Gtō ſaphoum. Datiuo ſaphoibus. Accuſatiuo ſaphoes. Vocatiuo o ſaphoes. Ablatiuo à ſaphoibus,ſic & Dido,& reliqua: q̄uis quidā ſic flectant hæc ſapho. Gtō ſaphos & ſaphus. Dtō ſaphoi & ſaphi. Actō ſaphoa,& ſapho. Vtō ſapho. Ablatiuo à ſaphoi,& ſaphii. Plr ntō hæ ſaphoe, & ſaphi. Gtō ſaphoen. Datiuo ſaphoes,& ſaphis. Actō ſaphus,& ſaphos. Vtō o ſaphoe,& ſaphi. Abltō ſaphoes& ſaphis. Ntō hæc Dido,didone. Gtō didus, & didoos, uel didois. Datiuo didoi. Actō dido,& didoen. Vtō o dido. Ablatiuo à didoe. Plr nominatiuo didoes. Genitiuo didoen. Datiuo didoibus. Accuſatiuo didoes. Vocatiuo o didoes. Ablatiuo à didoibus:melius tamē eſt, vt in ſingulari habeat quatuor caſus,& non omnes, vt Noīatiuo Dido. Genitiuo didus. Actō dido. Vtō o dido,poſſemus dicere ꝑ ſimilitudinē abltō à dido,ut dicitur à ſapho. Plin.in.xxii.reliquis caſibus huius nominis,& ſimilium,cū non ita frequenter legatur,ego nullo pacto vterer. Sciendū eſt:quod nōnulli & antiquoꝝ & recentioꝝ Cæſarem, Macrobiū, Seruium,& pleroſq; alios ſectātes hæc noīa græca fœminina in o finita, vt

Dido, Caliſo Caliſone, more tertiæ declinationis latine flectere ſolẽt: quod falſum eſſe Quintilianus oſtendit in primo, & vſus autorum, licet caliſonis in primo vtatur Apuleius. Pacuuius. Caliſonem autumat, Ceſelius filiã Caliſonem. Liuius Andronicus Caliſoné. Auſõ. in Periocha quarta odyſſeæ illecebris nymphæ Caliſonis. Tacitus Didonẽ phœniſſam Tyro ꝓfugã. Actius cuſtodem aſſiduã Ioni ab Io. Ennius cuſtodem aſſiduũ Ioni, & Plaut. in Aulu. quẽ quondam Ionis hoc Priapeæ carmẽ in vulgaribus codicibus eſt mẽdoſum. cum ſic in antiquiſſimis. quos mihi dono dederunt Ioãnes Turcus Cicinellus patricius, & Sandulus Clauſius Caſertatus legẽdũ ſit, Penelopes primã, Didus fac prima ſequatur. Sunt quoq; nõia græca pleraq;, quæ varie à noſtris latinis flectuntur: quæ oĩa in tractatu de declinationibus in maioribus copioſius patent. Viſum fuit etiam hic quoq; hæc inſerere, ut hoc melos lo canto figurato. Genitiuo mel⁹. Accuſatiuo melos, & nõ vltra, quod in plurali mele, vt pluraliter nominatiuo hæc cete indeclinabile facit. Lucre. in ſecundo at muſæ à mele per chordas organici quæ, quod carmen ſic in noſtris collectaneis emaculauimus: quia mendoſum in vulgaribus codicibus legebatur: & mela. Martianus tu uatum mela ducibus camænis: & hoc ideo: quoniã antiqui dicebant melũ. Terẽtian. abſonũ reddet melũ, hinc Bœothus de generibus melorũ dixit, & Lactant. in carmine melo: q̃uis q̄dam ſic flectãt (quod mihi nõ placet) hoc melos. Genitiuo melos. Dtõ melei, & meli. Accuſatiuo melos. Vocatiuo o melos. Ablatiuo à melei, & meli. Pluraliter nominatiuo mela, & mele. Gtõ meleon, & melon. Datiuo meleſi. Accuſatiuo melea, & mele. Vocatiuo o melea, & mele. Ablatiuo à meleſi. Noĩatiuo hic Moſes, Moiſe. Gtõ moſi. Datiuo moſi. Actõ moſen. Vocatiuo o moſes. Ablt õ à moſe. Dicitur etiam moſes moſis, vt Achilles achillis: & moſes

Virgilii locus.

moſæ,vt Anchiſes anchiſæ,& hoc probo.

Noïatiuo hæc Thetys,Thetys dea del mare. Gtõ thetys,& thetyos. Datiuo thetyi. Accuſatiuo thetym, et thetyn. Vtõ o thety. Ablatiuo à thetye. Plautus vero prognatũ thety dixit. Pluraliter ntõ thetyes. Gtõ thetyum. Dtõ thetybus. Actõ thetyes,et thetyas. Vtõ o thetyes. Ablatõ thetyibus,ſic & erinnys,et ſimilia.

Ntõ hæc Metamorphoſis, lo metamorphoſio. Gtõ metamorphoſios,& metamorphoſeos. Dtõ metamorphoſii,& metamorphoſi,& metamorphoſei. Actõ metamorphoſin. Vtõ o metamorphoſis,et metamorphoſi. Abltõ à metamorphoſii,et metamorphoſi. Pluraliter ntõ metamorphoſies, et metamorphoſees,et metamorphoſis. Gtõ metamorphoſeon & metamorphoſion. Dtõ,et Abltõ metamorphoſiis, et metamorphoſis. Accuſatiuo metamorphoſias,et metamorphoſeas, et metamorphoſis. Latini vero ſolo genitiuo plurali vtuntur. Quint. vero metamorphoſi,ait in ablatiuo.

Nominatiuo hic Ieſus. Genitiuo Ieſu. Datiuo Ieſu. Accuſatiuo Ieſum. Vtõ o Ieſu. Ablatiuo à Ieſu. Pluraliter nominatiuo Ieſus. Actõ Ieſus. Vocatiuo o Ieſu.

¶De Pronomine.

PRonomen eſt pars orationis declinabilis, quæ pro nomine accipitur.

Pronomini accidunt ſex, ſpecies, genus, numerus, figura, perſona,& caſus.

Species ꝑnominum ſunt duæ, primitiua, quæ à nullo deriuatur, vt ego: deriuatiua, quæ deriuatur ab aliquo, vt à genitiuo mei, fit meus mea meum.

Genera pronominum ſunt quinq;, maſculinum vt hic, fœmininum vt hæc, neutrum vt hoc, cõmune vt ego, & tu, omne vt noſtras, et veſtras.

Numeri pronominum ſunt duo ſingularis, qui ſingulariter profertur, vt ego, pluralis, q pluraliter profertur, vt nos. Figuræ pronominum ſunt duæ, ſimplex: quæ

ſimpliciter profertur, vt is compoſita quæ componitur, ut ab is, & demum componitur idem.

Perſonæ ꝓnominũ ſunt tres, prima ut ego, ſecunda ut tu, tertia ut ille. Quia omnia nomina, & ꝓnomina ſunt tertiæ perſonæ: exceptis ego, quod eſt primæ pſonæ, & tu, quod eſt ſecundæ, & uocatiuis caſibus aliorũ, qui ſunt perſonæ ſecundæ, ut o Petre. Adiectiua uero, & relatiua carent perſona, ſed accipiunt ab antecedente.

Caſus ꝓnominũ ſunt ſeptẽ: nominatiuus ut ego: genitiuus ut mei: datiuus vt mihi: actũs ut me: abltũs à me: ſeptimus vt me legente, octauus ut mihi legitur: excipiũtur tu, meus, noſter, & noſtras, quæ duntaxat vocatiuum ẽ pronominibus habent: & tunc ſunt octo caſus.

Modi declinandoꝝ pronominũ ſunt quatuor: primus, qui format genitiuum in i, & is, vt ego mei uel mis, ſed in is nõ utimur genitiuis: ſecũdus, qui format genitiuũ in ius, ut ille illius: tertius genitiuum in i, & æ diphthõgon, ut meus: genitiuo mei meæ: quartus genitiuum in tis iuxta tertiam declinationem, ut noſtras noſtratis.

Ntõ ego io. Gtõ mei. Datiuo mihi, & mi apud poetas maxime mi genus à Ioue ſummo. Vergilius. Cicero ad Atticum ignoſcas mi uelim. Accuſatiuo me. Ablatiuo à me. Plr ntõ nos. Genitiuo noſtrum, uel noſtri. Datiuo nobis. Accuſatiuo nos. Ablatiuo à nobis.

Ntõ tu, tu. Gtõ tui. Dtõ tibi. Accuſatiuo te. Vtõ o tu. Ablatiuo à te. Plr nominatiuo uos. Genitiuo ueſtrum, uel ueſtri. Datiuo uobis. Accuſatiuo uos. Vocatiuo o uos. Ablatiuo à uobis. Genitiuo ſui de ſe. Datiuo ſibi. Accuſatiuo ſe. Ablatiuo à ſe. Pluraliter genitiuo ſui. Datiuo ſibi. Accuſatiuo ſe. Ablatiuo à ſe.

Secundus modus.

Nominatiuo ille illa illud, quillo. Gtõ illius. Dtõ illi. Actõ illum illã illud. Abltõ ab illo ab illa ab illo. Pluraliter ntõ illi ille illa. Gtõ illorum illarũ illorũ. Datiuo illis. Accuſatiuo illos illas illa. Abltõ ab illis.

Ntõ

Nominatiuo ipſe ipſa ipſum, ipſo. Gtō ipſius. Dtō ipſi. Actō ipſum ipſam ipſum. Abltō ab ipſo ipſa ipſo. Plr ntō ipſi ipſæ ipſa. Genitiuo ipſorum ipſarum ipſorum. Dtō ipſis. Actō ipſos ipſas ipſa. Ablatiuo ab ipſis.

Nominatiuo iſte iſta iſtud, quiſto. Gtō iſtius. Dtō iſti. Actō iſtum iſtam iſtud. Abltō ab iſto iſta iſto. Pluraliter ntō iſti iſtæ iſta. Genitiuo iſtorũ iſtarum iſtorum. Datiuo iſtis. Accuſatiuo iſtos iſtas iſta. Ablatiuo ab iſtis.

Nominatiuo hic hæc hoc, quiſto. Genitiuo huius. Datiuo huic. Actō hunc hãc hoc. Abltō ab hoc ab hac ab hoc. Pluraliter ntō hi hæ hæc. Genitiuo horum harũ horum. Datiuo his. Actō hos has hæc. Abltō ab his.

Nominatiuo is ea id, ipſo. Genitiuo eius. Datiuo ei. Accuſatiuo eum eam id. Ablatiuo ab eo ea eo. Pluraliter ntō ei, vel ii eæ ea. Gtō eorum earum eorum. Dtō eis vel iis. Accuſatiuo eos eas ea. Abltō ab eis, vel iis;

Noĩatiuo vnus vna vnũ, vno. Genitiuo vnius. Datiuo vni. Accuſatiuo vnum vnã vnum. Vocatiuo o vne vna vnum. Ablatiuo ab vno vna vno: habet tunc pluralem, quãdo iungitur nominibus carẽtibus ſingulari, vt vnas literas. ſecus legitur, vt patuit in maioribus.

Ntō totus tota totũ, tutto, omne. Gtō totius. Dtō toti. Actō totum totã totum. Vtō o tote tota totum. Abltō à toto tota toto. Pluraliter noĩatiuo toti totæ tota. Genitiuo totorum totarum totorum. Datiuo totis. Actō totos totas tota. Vocatiuo o toti totæ tota. Ablatiuo à totis: ſic etiam flectuntur ſolus, alius, nullus, vter, alter, & ab his compoſita vt vterq;, alteruter, & vocatiuis carent niſi vnus, totus, & ſolus: neuter uero & hanc ſequitur declinationem, & nominum trium vocum.

Ntō quis vel qui, quæ quod vel quid, lo quale. Gtō cuius. Datiuo cui. Actō quẽ quã quod vel quid. Abltō à quo vel à qui, à qua vel à qui, à quo vel ã qui. Plr nominatiuo qui quæ quæ. Gtō quorum quarum quorum Dtō quis vel quibus. Actō quos quas quæ. Ablatiuo à

quis uel à quibus. Apud antiquos dicebatur hic & hæc qs, ſicut apud Græcos τίς, vnde Plautus in Aulul. quis ea eſt? & inferius dic mihi quæſo, qs eſt, quã uis ducere vxorẽ. Verg. in. xi. qui cum partiri curas: ideſt cũ quas & ideo apud antiquos ntũs, & actũs plurales faciebãt ques. Plaut. ques ſunt iſti? Cato, queſcũq; Romæ regnauiſſent. In ablatiuo quis, qa noĩa faciẽtia ablatiuũ in o faciunt in is vt docto doctis, I in bus, vt puppi puppibus: ideo quis uel quibus: qa in ſingulari eſt quo uel qui: qs poetæ & hiſtorici frequẽtius vtuntur. Sueto. in Auguſto, in quis ne acta ſenatus publicarentur. Tacitus cum quis æternum diſcordat. Apul. in. vii. i quis omne patrimonium. Plinius in. xi. cap. primo, ſine quis: quibus in proſa, & in carmine vtimur. Cõpoſita à quis. Nominatiuo ſiquis ſiqua ſiquod, vel ſiquid, ſi alcuno. Genitiuo ſicuius. Datiuo ſicui. Accuſatiuo ſiquem ſiquam ſiquod, vel ſiquid. Ablatiuo à ſiquo ſiqua ſiquo. Pluraliter nominatiuo ſiqui ſiquæ ſiqua. Genitiuo ſiquorum ſiquarum ſiquorũ. Datiuo ſiquibus. Accuſatiuo ſiquos ſiquas ſiqua. Ablatiuo à ſiquibus. Cicero ꝓ Aulo Cecinna ſiquæ forte eſt dixit; ſic aliqs aliqua aliquod vel aliquid, ſi alcuno. Nequis nequa nequod vel nequid, accio che nullo ſiue neſciũno. Nunquis nũqua nunquod vel nũquid, dimme chi, vel ec hi. Ecquis ecqua ecquod uel ecquid, dimme chi, vel e chi.

Noĩatiuo quiſqs, & quidquid, qualuncha. Actõ quidqd. Abltõ à quoquo, quaqua, quoquo, & nõ amplius. Ntõ quiſq; quæq; quodq;, vel quidq;, ognuno. Gtõ cuiuſq; Dtõ cuiq;. Accuſatiuo quemq; quãq; quodq;, vel quidq; Abltõ à quoque quaq; quoq;. Plr nominatiuo quiq; quæq; quæq;. Genitiuo quoꝝq; quarumq; quorumq;. Dtõ quibuſq; Actõ quoſq; quaſq; quæq;. Ablatiuo à quibuſq; ſic vnuſquiſq; vnaquæq; vnumquodq; vel vnumquidq;: quiſnam quænã quodnam, vel quidnã, ma chi: quiſputas quæputas quodputas, vel qdpu-

tas;chi te penſi, quod nō puto eſſe latinum: quiſpiam quæpiam quodpiā, vel quidpiā, alcuno. quiſquam quæ quam quodquam, vel quidquā, alcuno. Teren. vero in Eunu. in fœminino dixit illarum neq; te quiſquā. Idē noſtrarum neq; te quiſquam vidit. Compoſita à qui. Noiatiuo quidam quædā quoddam, vel quiddā, certo homo, certa fœmina, certa coſa. Genitiuo cuiuſdā. Dtō cuidam. Actō quendā quandam quoddā, vel quiddā. Ablatiuo à quodā quadam quodam. Pluraliter noiatiuo quidam quædam quædam. Genitiuo quorundam quarundā quorundam. Datiuo quibuſdā. Actō quoſdam quaſdā quædam. Ablatiuo à quibuſdā: ſic quiuis quæuis quoduis vel quiduis, qual voi. Quicunq; quæcunq; quodcunq;, qualoncha. Quilibet quælibet quod libet, uel quidlibet, chi te piace. Notandum eſt, quod quod adiectiuū eſt: quid vero ſubſtantiuū, ut quod lucrum inde habet, & quid damni, & nō econtrario: dicimus etiā quid feci, & non quod: aliquid feci, & non aliquod: eadem ratione aliquod cōmodum: aliquid com modi: ſed quoddā iungitur cum ſubſtantiuo vt quoddam animal: quiddā vero cum adiectiuo, vt quiddā tertium: dicimus etiā optimū quidq; honeſtiſſimū quidq;: vbi nō liceret poni quodq;, quod eſt adiectiuū, & duo adiectiua ſine ſubſtantiuo ſtare non poſſunt: & optimū quodq; prædium, honeſtiſſimum quodque conſilium: cum ſit ſubſtantiuum prædium, & conſilium.

Tertius modus.

NOminatiuo meus mea meum, mio. Gtō mei meæ mei. Dtō meo meæ meo. Accuſatiuo meū meam meum. Vocatiuo o mi mea meū. Ablatiuo à meo mea meo. Pluraliter nominatiuo mei meæ mea. Genitiuo meorū mearum meorum. Datiuo meis. Accuſatiuo meos meas mea. Vocatiuo o mei meæ mea. Abltō à meis: ſic flectitur etiam tuus, & ſuus, niſi quòd vocatiuis carent. Notandum eſt quoq;, quòd meus ſecundum te-

Priſcia. error. gulam vocatiui facere deberet o mee, euphoniæ cauſa, duas ee breues in I longum cõuertit, vt Priſcianus: ſed non bene: quia dicebatur antiquitus Mius, vt Diome. ideo o mi. Notandum eſt: quod mi eſt quoq; interiectio blandiendi. Apuleius mi Photis. Hierony. mi Paula. Plautus in Ciſtel. mi ſaturitas.

Noĩatiuo noſter noſtra noſtrũ, noſtro. Genitiuo noſtri noſtræ noſtri. Datiuo noſtro noſtræ noſtro. Actõ noſtrum noſtram noſtrum. Vtõ o noſter noſtra noſtrum. Ablatiuo à noſtro à noſtra à noſtro. Pluraliter noĩatiuo noſtri noſtræ noſtra. Genitiuo noſtrorũ noſtrarum noſtrorum. Datiuo noſtris. Accuſatiuo noſtros noſtras noſtra. Vocatiuo o noſtri noſtræ noſtra. Ablatiuo à noſtris; ſic etiam veſter: niſi quòd caret vocatiuo.

Quartus modus.

NOminatiuo hic hæc & hoc noſtràs, de noſtra patria, vel gente. Gtõ noſtratis Dtõ noſtrati. Accuſatiuo noſtratẽ, & noſtras, vt Arpinàs, vti patet in generibus. Vocatiuo o noſtras. Ablatiuo à noſtrate. Pluraliter noĩatiuo noſtrates, & noſtratia. Gtõ noſtratiũ. Dtõ noſtratibus. Actõ noſtrates, & noſtratia. Vtõ o noſtrates, & o noſtratia. Abltõ à noſtratibus: ſic etiã flectitur hic hæc, & hoc veſtràs de voſtra patria, vel gente, niſi quòd vocatiuo caret. Non me præterit aliquos ſic flectere. Nominatiuo hic & hæc noſtràs & hoc noſtrate, ſic noĩatiuo hic & hæc veſtràs & hoc veſtrate, quod nõ probo. Noſtrate nanq; & veſtrate non memini legere. Sciendũ eſt ꝓnomina eſſe ſexdecim, & nõ quindecim, ut in primo maioris voluminis in ſuo tractatu diximus.

De Verbo.

VErbum eſt pars orationis declinabilis cum tempore, & perſona ſine caſu, aut agere aliquid aut pati, aut neutrum ſignificans. Verbo accidunt octo genus, tempus, modus, ſpecies, figura, coniugatio, perſona cũ numero. Genera verborum ſunt quinq;. actiuum quod

deſinit in o, & format paſſiuum in or vt amo: paſſiuũ, quod deſinit i or, & formatur à verbo actiuo vt amor. Neutrum quod deſinit in o, & non format paſſiuum in or, vt ſeruio. Cõmune quod deſinit in or, & nõ deſcendit à verbo deſinente in o, & vtrãq; retinet ſignificationem, vt largior. Deponens quod deſinit in or, & non formatur à verbo deſinente in o, & vnam retinet ſignificationem vel actiuam vt vtor, vel paſſiuam vt lætor. Tempora verboꝝ ſunt quinq; præſens, ſiue inſtans, vt amo: præteritũ imperfectũ vt amabã, præteritum perfectũ vt amaui, præteritũ plusqperfectum ſiue recordatiuum, vt amaueram: futurũ, ſiue ꝓmiſſiuũ ut amabo. Modi verboꝝ ſunt quinq, indicatiuus, qui indicat rem eſſe vel fuiſſe, vel futurã eſſe: ſed amo indicat rem eſſe, amaui, rẽ fuiſſe, amabo, rem futurã eſſe; ſic & in cæteris modis. Imperatiuus vero tantũ imperat rẽ eſſe vel futuram eſſe, vt ama, & amato. Optatiuus, qui eget aduerbio optandi vt pfectum ſignificet ſenſum, vt vtinã amarẽ. Subiunctiuus, qui ſubiungit ſibi aliud uerbũ, uel ſubiungitur alteri uerbo, vt perfectũ ſignificet ſenſum, vt cum amẽ, ambulo. Infinitiuus, q nec numeros, nec perſonas deſinit, ſed eget ſola alterius uerbi cõiunctione vt amare, quæ uox eſt nullius pſonæ, & numeri. Quia omne infinitũ, imperſonale, gerundiũ, & ſupinum numeris, & pſonis caret. Species verboꝝ ſunt duæ, primitiua, quæ à nullo deriuatur, vt cœno. Deriuatiua quæ deriuatur ab aliquo, vt à cœno cœnaturio. Figuræ verborũ ſunt duæ ſimplex, quæ ſimpliciter ꝓfertur vt amo. Cõpoſita quæ cõponitur vt ex ad, & amo, fit adamo. Coniugationes verborũ ſunt quatuor, prima, quæ profert ſecundam perſonã in as, aut aris, ut amo amas, & amor amaris, ſecũda in es uel eris, ut doceo doces, & doceor doceris, tertia in is, aut eris correptã, ut lego legis, & legor legeris: quarta in is, aut iris longã, ut audio audis & audior audiris. Sum, Volo, Fero, & Edo cum compoſitis.

nullius ſunt coniugationis : quia ſunt Anomala.i.inæqualia, nullã ſequuntur coniugationẽ. Perſonæ verborum ſunt tres. Prima, quæ dicit ut amo. Secunda cui dicitur vt amas. Tertia, de qua dicit ut amat. Numeri verbo℞ ſunt duo, ſingularis, qui ſingulariter profertur vt amo. Pluralis, qui pluraliter ꝓfertur, vt amamus. Noīatiuus cum uerbo in duobus concordat in numero & in perſona. Relatiuũ cum antecedente in tribus conuenit in genere, numero, & perſona ; ſed in perſona diſcordare nõ poteſt ut diſcipulus, qui legit, ſtudet. Adiectiuũ cum ſubſtantiuo cõcordat in tribus in genere numero, & caſu vt magiſter doctus legit lectionem bonam.

Verborum coniugationes.

INdicatiuo modo tempore præſenti amo, io amo: amas, tu ami, amat quillo ama. Pluraliter amamus noi amamo, amatis voi amate, amant, quilli amano. Præterito imꝑfecto amabã, io amaua, amabas, tu amaui, amabat qlo amaua. Pluraliter amabamus, noi amauamo, amabatis voi amauati, amabãt quilli amauano. Præterito ꝑfecto amaui, io amai, & ho amato, amauiſti, tu amaſti, & hai amato, amauit quillo amò, & haue amato. Pluraliter amauimus, noi amaimo, & hauimo amato, amauiſtis voi amaſtiuo, & hauite amato, amauerũt, vel amauere quilli amarno, & hãno amato. Præterito plusq̃perfecto amauerã, io hauea amato, amaueras, tu hauiui amato, amauerat quillo haueua amato. Plr̃ amaueramus noi haueuamo amato, amaueratis, voi hauiuouo amato, amauerãt, quilli haueano amato. Futuro amabo io amaro, amabis tu amarai, amabit quillo amara. Plr̃ amabimus noi amarimo, amabitis voi amariti, amabunt quilli amarãno. Imperatiuo modo tempore præſenti ad ſecundã, & tertiam perſonam ama, ama tu, amet, ame quillo. Pluraliter amemus, amamo noi, amate amate voi, ament amano quilli. Futuro amato tu, fa che ami tu, uel amarai tu, amato ille, fa che ama quillo,

vel amara quillo. Pluraliter amemus nos, amarimo noi amatote uos, fa che amate uoi, uel amariti uoi, amanto illi, fa che amano quilli, uel ameranno quilli. Optatiuo modo tẽpore præſenti, & præterito imperfecto ut, utinã, & q̃ amarem, dio uoleſſe che io amaſſe, & amaria, amares tu amaſſi, & amariſſi, amaret quillo amaſſe, & amaria. Plr amaremus noi amaſſimo, & amariamo, amaretis uoi amaſſeuo, & amariſſiuo, amarent quilli amaſſero, & amariano. Præterito perfecto, & plusq̃perfecto ut, utinã, & q̃ amauiſſem, dio haueſſe uoluto che io haueſſe, & haueria amato, amauiſſes tu hauiſſi & haueriſſi amato, amauiſſet quillo haueſſe, & haueria amato. Plr. amauiſſemus noi haueſſimo, & haueriamo amato, amauiſſetis uoi haueſſiuo, & haueriſſiuo amato, amauiſſent quilli haueſſero, & haueriano amato. Futuro ut, utinã, & q̃ amem, dio uoglia che io ame, ames tu ame, amet quillo ama. Plr amemus noi amamo, ametis uoi amatu, ament quilli amano. Subiunctiuo modo tẽpore præſenti cum amẽ amando io, ames amando tu, amet amãdo quillo. Pluraliter amemus amandomo noi, ametis amandouo uoi, ament amandono quilli. Præterito imperfecto cum amarem amando io, amares amando tu, amaret amando quillo. Pluraliter amaremus amandomo noi, amaretis amandouo uoi, amarent amandono quilli. Præterito perfecto cum amauerim, hauẽdo amato io, amaueris hauendo amato tu, amauerit hauendo amato quillo. Pluraliter cum amauerimus hauendomo amato noi, amaueritis hauendouo amato uoi, amauerint hauendo amato quilli. Præterito pluſquãperfecto cum amauiſſem hauendo amato io, amauiſſes hauẽdo amato tu, amauiſſet hauendo amato quillo. Pluraliter amauiſſemus hauendomo amato noi, amauiſſetis hauẽdouo amato uoi; amauiſſent hauẽdono amato quilli. Futuro cum, uel ubi amauero quando amaro, o hauero amato, amaueris quando tu amarai, o hauerai ama-

to,amauerit,quãdo quillo amara,o hauera amato. Pluraliter amauerimus quando noi amarimo,o hauerimo amato,amaueritis quãdo uoi amariti,o haueriti amato amauerint quãdo quilli amaranno,o haueráno amato. Infinitiuo modo ſine numeris, & perſonis tẽpore præſenti,& præterito imperfecto amare, amare, che ama, & che amaua. Præterito perfecto & pluſquãperfecto amauiſſe hauere amato, & che habbia amato. Futuro amaturũ eſſe deuere amare, che amara, che habbia vel hauera da amare. Gerundia ſunt hæc amãdi de amare, p amare,& eſſere amato: amando,amando, & eſſendo amato: amandũ ad amare,& eſſere amato. Supina amatum ire, andare ad amare: quod ſemper iungitur verbo ſignificãti motum ad locum, vt uado,uel eo,& ſimilia: amatu ad eſſere amato, ad amarſe, vel che ſe ama, & iungitur ſemper adiectiuo vel ſubſtantiuo vim adiectiui habẽti,ut dignus amatu. Ab hoc uerbo actiuo duo veniunt participia vnum i ans,& alterum in rus. In ans eſt præſentis,& præteriti imperfecti tẽporis,& formatur à prima pſona præteriti imperfecti indicatiui modi mutata bam in ns,& fit amans amãte, loquale ama,vel amaua. Amaturus eſt futuri tẽporis, & formatur à primo ſupino mutata M in rus, & fit amaturus da amare, loquale amara,per deuere amare, & hauendo da amare: de cuius formatione in participiis diſſerui: quod alii dicunt. Subiunctiuo cum amẽ cõcioſia coſa che io ame. Præterito imperfecto cum amarẽ concioſia coſa foſſe, che io amaſſe,& ameria. Præterito perfecto cum amauerim concioſia coſa che io habbia amato. Præterito pluſquãperfecto cum amauiſſem concio coſa ſia ſtato che io haueſſe,& haueria amato non probo. In ſubiunctiuo eſt etiã notandum: quod præteritum impfectum, & pluſq̃perfectum recipiũt quoq; tales ſenſus amaria, & haueria amato,ſed abſolute ponuntur ſine cum, aut alia coniunctione vt ſtuderẽ,ſi libris nõ carerẽ: comeſ-

ſem ſi quid boni habuiſſem: ſed omnia tempora ſubiunctiui poſſunt conſtrui cum ſi, vt ſi amem, ſi io ame, cum quauis, vt quis amem, quantoncha io ame, cum modo, vt modo amem pur che io ame, & cum vt, vt amem che io ame. Nequis admiretur quòd hic in verbi conſtructione primas imperaui, futuriq; pſonas numeri pluralis poſuimus: fecimus enim conſulto, vt pueri cōſtructionē haberent, addimus etiā quod optatiui prior ſenſus vtinā, poſterior vero vt, vel q̄ recipit hoc pacto, vt amarē como amaria, quàm amarem quāto amaria: legitur quoq; abſolute vt hic, & i præterito Ouidius in ui- oraq; retro Flexit, & vt vellet promptas habuiſſe ſagittas. Terent. in And. quàm vellē. Sueto. in Nero. quàm vellem ſcire literas. Penelope Ouidiana Fallar, & hoc crimen tenues vaneſcat in auras: in futuro ſubiunctiui poſſumus etiam addere eſſi, cur à futuro infiniti ſuſtulimus amatum ire, & poſuimus amaturum eſſe rationem in tractatu infinitiuorum in maioribus lege.

INdicatiuo modo tēpore præſenti amor, io ſo amato, amaris uel amare, tu ſi amato, amatur, quillo è amato. Pluraliter amamur noi ſimo amati, amamini uoi ſiti amati, amātur quilli ſono amati. Præterito imperfecto amabar, io era amato, amabaris uel amabare tu eri amato, amabatur quillo era amato. Pluraliter amabamur noi eramo amati, amabamini voi eruo amati, amabātur quilli erano amati. Prīo perfecto amatus ſum uel fui, io fui, & ſo ſtato amato, amatus es uel fuiſti tu fuſti, e ſi ſtato amato, amatus eſt uel fuit, quillo fo, & è ſtato amato. Pluraliter amati ſumus uel fuimus noi fuimo, & ſimo ſtati amati, amati eſtis uel fuiſtis uoi fuſtiti, & ſiti ſtati amati, amati ſunt fuerunt uel fuere, quilli forno & ſono ſtati amati. Præterito plusq̄perfecto amatus eram uel fueram, io era, & era ſtato amato, amatus eras uel fueras, tu eri, & eri ſtato amato, amatus erat uel fuerat quillo era, & era ſtato amato. Plr amati eramus

vel fueramus noi eramo & eramo ſtati amati,amati eratis uel fueratis uoi eriuo,& eriuo ſtati amati, amati erãt vel fuerãt,quilli erano,& erano ſtati amati. Futuro amabor io ſaro amato,amaberis uel amabere tu ſarai amato,amabitur quillo ſara amato. Pluraliter amabimur noi ſarimo amati, amabimini uoi ſariti amati, amabuntur quilli ſaranno amati. Imperatiuo modo tempore præſenti ad ſecundam & tertiam perſonã amare ſi amato tu,ametur ſia amato quillo. Pluraliter amemur ſiamo amati noi,amemini ſiati amati uoi, amentur ſiano amati quilli. Futuro amator tu, fa che ſii amato tu, uel ſarai amato tu, amator ille, fa che ſia amato quillo, uel ſara amato quillo. Pluraliter amemur nos ſarimo amati noi, amaminor vos fate che ſiate amati uoi, uel ſariti amati uoi, amantor illi fate che ſiano amati quilli, uel ſaranno amati quilli. Optatiuo modo tempore præſenti, & præterito imperfecto ut, utinam, & q̃ amarer dio uoleſſe che io foſſe,& fora amato, amareris uel amarere,tu fuſſi, & fori amato, amaretur quillo foſſe, & fora amato. Pluraliter amaremur,noi foſſemo, & foramo amati,amaremini uos,uoi foſſeuo,& foriuo amati, amarẽtur quilli foſſeno,& forano amati. Præterito pfecto,& plusq̃perfecto ut,utinam,& q̃ amatus eſſem uel fuiſſem,dio haueſſe uoluto che io foſſe, & fora ſtato amato,amatus eſſes uel fuiſſes,tu foſſe, & eri ſtato amato,amatus eſſet uel fuiſſet,quillo foſſe,& fora ſtato amato. Pluraliter amati eſſemus uel fuiſſemus, noi foſſemo & foramo ſtati amati,amati eſſetis uel fuiſſetis,uoi fuſſiuo & foriuo ſtati amati, amati eſſent uel fuiſſent quilli foſſeno, & forano ſtati amati. In his temporibus prior ſenſus frequentior, q̃ poſterior legitur obſeruatus. Futuro ut,utinam,& q̃ amer,dio uoglia che io ſia amato, ameris uel amere tu ſii amato,ametur quillo ſia amato. Plr amemur nos,noi ſiamo amati,amemini uos,uoi ſiati amati,amẽtur illi,quilli ſiano amati. Subiunctiuo mo

do tẽpore præſenti cum amer eſſendo amato io, ameris uel amere eſſendo amato tu, ametur eſſendo amato quillo. Plr amemur nos eſſendomo amati noi, amemini uos eſſendoue amati uoi, amẽtur illi eſſendono amati quilli. Prõ imperfecto cum amarer eſſendo amato io, amareris uel amarere eſſendo amato tu, amaretur eſſendo amato quillo. Plr amaremur nos, eſſendomo amati noi, amaremini uos, eſſendoui amati uoi, amarẽtur illi eſſendono amati quilli. Præterito perfecto cũ amatus ſim uel fuerim eſſendo ſtato amato io, & amatus ſis vel fueris eſſendo ſtato amato tu, amatus ſit uel fuerit eſſendo ſtato amato quillo. Pluraliter amati ſimus uel fuerimus eſsẽdomo ſtati amati noi, amati ſitis uel fueritis eſſendoui ſtati amati uoi, amati ſint uel fuerint, eſſendono ſtati amati quilli. Præterito pluſquãperfecto cũ amatus eſſem uel fuiſſem eſſendo ſtato amato io, amatus eſſes uel fuiſſes eſſendo ſtato amato tu, amatus eſſet uel fuiſſet eſſendo ſtato amato quillo. Pluraliter amati eſſemus uel fuiſſemus eſſendomo ſtati amati noi, amati eſſetis vel fuiſſetis, eſſendoui ſtati amati voi, amati eſſent vel fuiſſent eſſendono ſtati amati quilli. Futuro cum, vel vbi amatus ero vel fuero quando ſaro, o ſaro ſtato amato, amatus eris vel fueris quãdo tu ſarai, o ſarai ſtato amato, amatus erit vel fuerit, quando quillo ſara, o ſara ſtato amato. Pluraliter amati erimus vel fuerimus, quando noi ſarimo, o ſarimo ſtati amati, amati eritis vel fueritis, quando voi ſariti, o ſariti ſtati amati, amati erunt vel fuerint, quando quilli ſaranno, o ſaranno ſtati amati. Infinitiuo modo ſine numeris & perſonis tempore præſenti, & præterito imperfecto amari eſſere amato, che ſe ama, & che ſe amaua. Præterito perfecto, & pluſquamperfecto amatum eſſe uel fuiſſe eſſere ſtato amato, che ſe habbia amato. Futuro amandum eſſe, deuerſe amare, deuere eſſere amato, che ſara amato, vel che ſe amara; & hic eſt potior ſenſus.

Quod alii dicunt. Subiunctiuo modo tẽpore præſenti cum amer concio coſa ſia che io ſia amato. Præterito impfecto cũ amarer, concio coſa ſia che io foſſe & fora amato. Ptõ perfecto cum amatus ſim uel fuerim cõcio coſa ſia ſtato che io ſia ſtato amato. Præterito pluſquã perfecto cũ amatus eſſem uel fuiſſem concio coſa foſſe ſtato che io foſſe, & fora ſtato amato nõ probo. Alii ſenſus abſolute ponuntur, & aliquos i actiuo diximus. Ab hoc verbo paſſiuo duo veniunt participia vnum in tus, & alterũ in dus. Amatus eſt præteriti pfecti & pluſquãperfecti tẽporis, & formatur ab ultimo ſupino amatu addita S fit amatus amato, loquale è uel era ſtato amato. Amãdus formantur à noiatiuo ſui præſentis participii amãs, mutata S in dus fit amãdus, da eſſere amato, loquale ſara amato, hauẽdoſe ad amare, hauẽdo ad eſſere amato: quis aliter quoq; dicemus in participiis.

Doceo io inſegno, doces docet. Pluraliter docemus docetis docent. Ptõ impfecto docebam docebas docebat. Pluraliter docebamus docebatis docebant. Ptõ perfecto docui docuiſti docuit. Pluraliter docuimus docuiſtis docuerunt uel docuere. Ptõ pluſq̃perfecto docuerã docueras docuerat. Plr docueramus docueratis docuerant. Futuro docebo bis bit. Plr docebimus bitis bunt. Imperatiuo modo tẽpore præſenti ad ſecundam & tertiam perſonã doce ceat. Plr doceamus cete ceant. Futuro doceto tu, doceto ille. Plr doceamus docetote docento. Optatiuo modo tẽpore præſenti, & ptõ imperfecto vt vtinã, & quàm docerem ceres ceret. Plr doceremus doceretis docerent. Ptõ perfecto, & pluſq̃perfecto vt, vtinã, & quàm docuiſſem ſes ſet. Pluraliter docuiſſemus ſetis ſent. Futuro vt, vtinam, & quàm doceam ceas ceat. Pluraliter doceamus atis ant. Subiunctiuo modo tempore præſenti cum doceã ceas ceat. Pluraliter doceamus doceatis ceant. Ptõ imperfecto cum docerem doceres doceret. Pluraliter docere-

mus doceretis docerent. Ptō perfecto cū docuerim ris rit. Pluraliter docuerimus ritis rint. Ptō pluſquāperfecto cum docuiſſem ſes ſet. Pluraliter docuiſſemus ſetis ſent. Futuro cum uel ubi docuero ris rit. Pluraliter docuerimus ritis rint. Infinitiuo modo ſine numeris & pſonis tempore præſenti,& ptō imperfecto docere. Ptō perfecto,& pluſquāperfecto docuiſſe. Futuro docturū eſſe. Gerundia ſunt hæc docendi docendo docēdum. Supina doctum doctu. Ab hoc uerbo actiuo duo veniunt participia vnum in ens,& alterum in rus: in ens formatur à prima perſona præteriti imperfecti indicatiui modi docebam,bam in ns fit docens: docturus formatur à primo ſupino mutata m in rus fit docturus.

DOceor,io ſo inſegnato, doceris, vel docere docetur. Plr docemur docemini docentur. Ptō imperfecto docebar baris uel bare batur. Plr docebamur bamini bātur. Ptō perfecto doctus ſum uel fui,doctus es vel fuiſti, doctus eſt uel fuit. Plr docti ſumus uel fuimus,docti eſtis uel fuiſtis, docti ſunt fuerunt uel fuere. Ptō pluſquāperfecto doctus eram uel fueram, doctus eras uel fueras,doctus erat uel fuerat. Plr docti eramus uel fueramus, docti eratis uel fueratis, docti erant uel fuerant. Futuro docebor beris uel bere bitur. Plr docebimur cebimini buntur. Imperatiuo modo tempore præſenti ad ſecundā & tertiam perſonā docere ceatur. Plr doceamur ceamini ceantur. Futuro docetor tu,do cetor ille. Plr doceamur ceminor cētor. Optatiuo modo tempore præſenti,& ptō imperfecto vt,vtinam, & quàm docerer docereris uel docerere doceretur. Plr doceremur doceremini docerentur. Ptō perfecto, & pluſquāperfecto ut,utinam, & quàm doctus eſſem uel fuiſſem,doctus eſſes uel fuiſſes, doctus eſſet uel fuiſſet. Pluraliter docti eſſemus uel fuiſſemus, docti eſſetis uel fuiſſetis,docti eſſent uel fuiſſent. Futuro ut utinam, & quàm doceat aris vel are atur. Plr doceamur ceamini

teantur. Subiunctiuo modo tempore præſenti cùm doceat aris uel are atur. Pluraliter doceamur doceamini doceantur. Ptõ imperfecto cum docerer docereris uel docerere doceref. Plr doceremur doceremini docerẽtur. Ptõ perfecto cum doctus ſim uel fuerim, doctus ſis uel fueris, doctus ſit uel fuerit. Plr docti ſimus uel fuerimus: docti ſitis uel fueritis, docti ſint uel fuerint. Ptõ pluſquamperfecto cùm doctus eſſem uel fuiſſem, doctus eſſes uel fuiſſes, doctus eſſet uel fuiſſet. Pluraliter docti eſſemus uel fuiſſemus, docti eſſetis uel fuiſſetis, docti eſſent uel fuiſſẽt. Futuro cum, uel ubi doctus ero uel fuero, doctus eris uel fueris, doctus erit uel fuerit. Pluraliter docti erimus uel fuerimus, docti eritis uel fueritis, docti erunt uel fuerint. Infinitiuo modo ſine numeris & perſonis tempore præſenti, & ptõ impfecto doceri. Ptõ perfecto & pluſquamperfecto doctum eſſe uel fuiſſe. Futuro docendum eſſe. Ab hoc uerbo paſſiuo duo ueniunt participia vnum in tus, & alterum in dus. Participium in tus eſt præteriti perfecti & pluſquamperfecti temporis, & formatur ab ab ultimo ſupino doctu addita S fit doctus. Participium in dus eſt futuri temporis, & formatur à nominatiuo ſui præſentis participii docens mutata S in dus fit docendus.

LEgo, io leggo, legis legit. Plr legimus legitis legũt. Ptõ impfecto legebam bas bat. Plr legebamus batis bant. Ptõ pfecto legi legiſti legit. Plr legimus legiſtis legerunt, vel legere. Ptõ plusq̃perfecto legerã legeras legerat. Plr legeramus legeratis legerant. Futuro legã leges leget. Plr legemus legetis legent. Imperatiuo modo tpe præſenti ad ſecundã & tertiam perſonam lege legat. Plr legamus legite legant. Futuro legito tu, legito ille. Plr legamus legitote legunto. Optatiuo modo tpe præſenti, & ptõ imperfecto ut utinam, & quàm legerẽ res ret. Pluraliter legeremus retis rent. Ptõ perfecto, & plusq̃perfecto ut, utinam, & q̃ legiſſem legiſ-

ſes legiſſet. Plr legiſſemus legiſſetis legiſſent. Futuro vt vtinam, & q̄ legam legas legat. Plr legamus legatis legant. Subiunctiuo modo tempore præſenti cum legā legas legat. Plr legamus legatis legant. Ptō imperfecto cum legerem legeres legeret. Plr legeremus legeretis legerent. Ptō perfecto cū legerim ris rit. Plr legerimus ritis rint. Ptō plusq̄perfecto cum legiſſem legiſſes legiſſet. Plr legiſſemus ſetis ſent. Futuro cum, vel vbi legero legeris legerit. Plr legerimus legeritis legerint. Infinitiuo modo ſine numeris & perſonis tēpore præſenti, & ptō impfecto legere. Ptō pfecto & pluſquampfecto legiſſe. Futuro lecturū eſſe. Gerundia ſunt hæc legendi legendo legendum. Supina lectum lectu. Ab hoc verbo actiuo duo ueniunt participia vnum in ens, & alterum in rus: participium in ens eſt præſentis, & præteriti imperfecti temporis, & formatur à prima perſona præteriti imperfecti legebam bam in ns fit legens. Participium in rus eſt futuri temporis, & formatur a primo ſupino mutata m in rus fit lecturus.

Legor, io ſo letto, legeris uel legere legitur. Pluraliter legimur legimini leguntur. Ptō imperfecto legebar legebaris uel legebare legebatur. Pluraliter legebamur legebamini legebantur. Ptō pfecto lectus ſum uel fui, lectus es uel fuiſti, lectus eſt uel fuit. Pluraliter lecti ſumus uel fuimus, lecti eſtis uel fuiſtis, lecti ſunt fuerunt uel fuere. Præterito pluſquampfecto lectus eram uel fueram, lectus eras uel fueras, lectus erat uel fuerat. Pluraliter lecti eramus uel fueramus, lecti eratis uel fueratis, lecti erant uel fuerant. Futuro legar legeris, uel legere legetur. Pluraliter legemur legemini legentur. Imperatiuo modo tempore præſenti ad ſecundam & tertiā pſonam legere legatur. Plr legamur legamini legantur. Futuro legitor tu, legitor ille. Pluraliter legamur nos, legiminor vos, leguntor. Optatiuo modo tēpore præſenti, & ptō imperfecto vt, vtinam & quàm legerer

legereris, uel legerere legeretur. Pluraliter legeremur legeremini legerentur. Ptõ pfẽcto & pluſquampfẽcto ut utinã, & quàm lectus eſſem uel fuiſſem, lectus eſſes uel fuiſſes, lectus eſſet uel fuiſſet. Plr̃ lecti eſſemus uel fuiſſemus, lecti eſſetis uel fuiſſetis, lecti eſſent uel fuiſſent. Futuro ut utinam, & quàm legar legaris, uel legare legatur. Pluraliter legamur legamini legantur. Subiunctiuo modo tempore præſenti cum legar, legaris, uel legare legatur. Pluraliter legamur legamini legantur. Ptõ imperfecto cum legerer legereris uel legerere legeretur. Pluraliter legeremur legeremini legerentur. Ptõ perfecto cum lectus ſim uel fuerim, lectus ſis uel fueris, lectus ſit uel fuerit. Pluraliter lecti ſimus uel fuerimus, lecti ſitis uel fueritis, lecti ſint uel fuerint. Ptõ pluſquamperfecto cum lectus eſſem uel fuiſſem, lectus eſſes uel fuiſſes, lectus eſſet uel fuiſſet. Pluraliter lecti eſſemus uel fuiſſemus, lecti eſſetis uel fuiſſetis, lecti eſſent uel fuiſſent. Futuro cum, vel vbi lectus ero uel fuero, lectus eris uel fueris, lectus erit uel fuerit. Pluraliter lecti erimus uel fuerimus, lecti eritis uel fueritis, lecti erunt uel fuerint. Infinitiuo modo ſine numeris & pſõnis tempore præſenti, & ptõ imperfecto legi, ptõ perfecto, & pluſq̃perfecto lectum eſſe uel fuiſſe. Futuro legendum eſſe. Ab hoc verbo paſſiuo duo ueniunt participia, unum in tus, & alterum in dus. Participium in tus eſt præteriti perfecti, & pluſquãperfecti temporis, & formatur ab vltimo ſupino lectu addita S fit lectus: participium in dus eſt futuri temporis: & formatur à nominatiuo ſui præſentis participii in ens mutata S in dus fit legendus.

AVdio, io audo, audis audit. Pluraliter audimus auditis audiunt. Præterito imperfecto audiebam audiebas audiebat. Pluraliter audiebamus audiebatis audiebant. Præterito perfecto audiui audiuiſti audiuit. Pluraliter audiuimus audiuiſtis audiuerunt uel audiuere. Præterito pluſquamperfecto audiueram audiueras

audiuerat.

Amari eſſere amato, amarſe, & che ſe ama ſiue amaua: ut honorarſe lo maſtro è licito, honorari magiſtrum licet: & lo officio priuarſe, uel che ſe priua ad te ſe cõcede, officio te priuari conceditur: & li ſcelerati eſſerno ſbanditi da quiſto regno ce piace, ſceleratos exulare ab hoc regno nobis placet: che Lucretia ſe amaua da te me piaceua, Lucretia amari à te mihi placebat. Datum iri vxorem. i. dari dare ſe, & non dandã eſſe, ut aiunt, ut in maioribus probauimus, ſic lectum iri. i. legi leggerſe. ſic ultum ire. i. ad ulciſcendum. uapulatum ire, andare ad eſſere battuto. Amatum fuiſſe eſſere ſtato amato, che ſia ſtato amato, ut che la uirtu ſia ſtata amata da te ſe ſa, uirtutẽ amatũ fuiſſe à te ſcitur: & le herbe eſſerno ſtate ſcippate da la terra da lo uillano io lho uiſto, herbas extirpatum fuiſſe à terra à ruſtico ego conſpexi, & la fatica eſſere ſtata prouata da li ſchiaui io lo conoſco, laborem expertum fuiſſe à mancipiis ego cognoſco.

Amandum eſſe da deuere eſſere amato, che ſe amara, & che ſe habbia da amare, ut da deuerſe laudare la uirtu ſta bene, uirtutẽ laudandum eſſe decet: & che le greſomole ſe habbiano da uendere caro dalli potecari ſe comãda da li catapani, tuberes uendendum eſſe caro à cupedenariis iubetur ab ædilibus: & che tu habbi da

eſſere battuto da tuo patre lo uedimo, te uapulaturum eſſe à tuo patre uidemus:tua ſore da deuerſe maritare ſtaria bene, tuã ſororẽ nupturum eſſe deceret.Eſſe ſubſtantiuum infinitum,& cætera infinita ſimilium copulatiuoꝶ accuſatiuum regunt,ut hominẽ eſſe auarum non eſt iuſtum:& tu denentare ſuperbo nõ conuene,te euadere ſuperbum nõ conuenit:ſi iunguntur cum alio uerbo regunt caſum illius uerbi,cum quo iunguntur, ut io uoglio eſſere crudele, ego uolo eſſe crudelis, uel ego uolo me eſſe crudelẽ,& tunc additur accuſatiuus: dicitur quoq; mihi licet eſſe docto,uel doctum,ſed hoc rarius,ut in maioribus patuit.Eſt ſciendum quod accuſatiuus à uerbo eſſe, datiuus uero regitur ab impſonali licet.Fore deuere eſſere eſt futuri tẽporis, ut lo figlio deuere eſſere vtile à lo patre è iuſto,filium fore utilem patri eſt iuſtum.Infinita imperſonalium ante ſe, & poſt ſe exigunt caſum ſuoꝶ uerboꝶ: ut Franciſco rencreſcere la matre nõ conuene,Franciſci tædere matrem nõ conuenit. Petro fare bene alli amici è certo,à Petro benefieri amicis certum eſt:ad me eſſere utile correre è ſtato ditto,mea intereſſe currere dictum fuit:io hauerme pẽtito delle littere ſe ſa,me pœnituiſſe literaꝶ ſcitur,tu da pentirte uel da deuerte pentire de lo ocio, me piace,te afficiendũ pœnitentia ocij placet, ſic me afficiendũ eſſe tædio,& miſericordia ab amico patet:io da deuere eſſere rencreſciuto, & miſericordiato da lo amico è manifeſto,tu da rencreſcere, & da hauere miſericordia dello ricco cõuene,te affecturum eſſe tædio, & miſericordia diuitẽ conuenit,ſic & de ſimilibus,& hoc ideo,quia imperſonale caret futuro infiniti:nec dicitur quod te pœnitebit ocii placet,eſt enim oratio non latina, tu da deuere odiare lo re ſe concede,te habiturum eſſe odio regem permittitur,ſic de cæteris intelligendum eſt.

¶De Gerundiis.

GErundium omiſſis aliorum ſententiis eſt verbum

participiale ſub participio cõprehenſum, ut in maioribus patuit. Gerundia ab actiuis, & comunibus ueniẽtia actiuã,& paſſiuam habent ſignificationem, à neutris vero,& deponentibus habent eandem ſignificationem, quam & verba,& ante ſe nullum caſum regunt. Nã caſus præcedens gerundium regitur à verbo ſequenti, poſt ſe regunt caſus ſuorum uerborum, vnde deſcendunt,ſi ſunt actiuæ ſignificationis: paſſiuæ uero nullũ regunt caſum. Gerundium in di habet hæc vulgaria amandi de amare, per amare, per eſſere amato,ut lo re per non perdonare la pena ad te, & alli virtuoſi ce haue ſcapetato, rex gratia, vel cauſa, vel ſtudio non parcendi pœnæ tuæ,& officioſorum detrimẽtum accepit, voi per abbrazzare li voſtri amici ſiti amati, uos cauſa amplectendi veſtros amicos diligimini,& tu per fare te amico ad Ioanni ſi venuto qua,tu gratia conciliandi te Ioanni huc profectus es, & lo maſtro per leggere Vergilio ſtudia, magiſter ſtudio legendi Vergilium ſtudet: poteſt fieri etiam per gerundium adiectiuum,quod eſt legendus legenda legendum,& tunc ſubſtantiuum ponitur in genitiuo,& concordat cum gerundio,in genere,numero,& caſu, vt magiſter ſtudio legendi Vergilii ſtudet, & tu cauſa honorandorum doctorum veniſti huc: dicitur quoque compoſui hunc librum inſtituendi puerorum gratia, ho compoſto quiſto libro per imparare li figliuoli, autores lege in maioribus, & nõ è tempo de leggere, non eſt tempus legendi, & la lettione per eſſere letta ſe intende, lectio cauſa legendi intelligitur, ſed ſine ablatiuo, in qua ſignificatione rarius legitur, ſed ſi dixeris la lettione per eſſere letta da te ſe intende, & non poteſt fieri per gerundium, quia habet ablatiuum, quia in actiuo non habet ante ſe nominatiuum,qui in paſſiuo ponatur in ablatiuo, ſed reſoluitur per vt,& verbum hoc modo, lectio vt legatur à te, intelligitur: ſic etiam quando uerbum caret gerundiis, vt

io per eſſere ſeruito dalli ſerui nō me ſpeſo de la ſuperbia, ego vt mihi ſeruiant ſerui, non careo ſuperbia. Gerundium in do habet hæc vulgaria amando amando, eſſendo amato, vt li artiſani vendendono le robbe diuentano poueri, opifices vendendo bona euadunt inopes, & noi eſſendomo de ſenza de la ignorantia ſimo honorati, nos carendo inſcitia honoramur, & lo maſtro leggendo la lettione piglia fatica, magiſter legendo lectionem, uel per adiectiuum, magiſter in legenda lectione ſumit laborem, ſi ſignificat paſſionem abſolute ponitur, ut la lettione eſſendo declarata delettà à li ſcholari, lectio declaranda delectat diſcipulos: ſi habuerit caſum poſt ſe reſoluitur per dum, uel cum, & verbum, vt la lettione eſſendo declarata da te deletta li ſcholari, lectio cum, uel dum declaratur à te, delectat diſcipulos, non legitur cum ablatiuo poſt ſe: quia in actiuo non habet nominatiuum. Gerundium in dum habet hæc vulgaria amandum ad amare, ad eſſere amato, & ſemper præcedit adiectiuum ſignificans rei actionem, vel adminiſtrationem, & additur præpoſitio ad, ut io ſo atto ad combattere con li roffiani, ego ſum aptus ad præliandū cum lenonibus, & tu ſi idoneo ad offendere li triſti, tu es idoneus ad offendendū malos, & la corte è crudele à caſtigare li arribaldi, curia eſt crudelis ad caſtigandū improbos, iungitur etiam verbo ſignificanti motum ad locum, ut tu andi ad punire lo inimico, tu is ad puniendum inimicum, & verbo ſignificanti ſtatum, ut tu ſtai à Roma ad ſtudiare, tu manes Romæ ad ſtudendum, & li vecchi ſono digni ad eſſere honorati, ſenes ſunt digni ad honorandum ſine ablatiuo, la virtu è digna ad eſſere amata da la gente, virtus eſt digna vt ametur à gente, & nō ad amandum à gente, habet quoq; hoc vulgare, ſe deue amare, & tunc vt plurimum abſolute ponitur, vt ſe deue leggere, legendum eſt, ſi habuerit poſt ſe caſum ponitur ī caſu, quem exi-

git uerbum: ut ſe deue leggere la lettione da me, legendum eſt mihi lectionem, uel potius per adiectiuum legenda eſt mihi lectio: ſic currendum eſt ad ſyluas, & ſeruiendum eſt Deo dicimus, ſignificat quoq; neceſſitaté, ut ad uoi è neceſſario ſcriuere li uerſi, uobis ſcribēdum eſt carmina, uel per adiectiuum ſcribenda ſunt carmina. Sunt quoque gerundia ab imperſonalibus, ut Franciſco hauea laſſato cauſa de pentirſe, Franciſcus reliquit cauſam pœnitendi. & tu ſi portato ad uergognarte, tu induceris ad pudendum, & io uergognádome nō parlo, ego pudendo non loquor: autores in maioribus lege, ſed ſine caſu poſteriori: quando uero habuerit caſum poſt ſe, non fit per imperſonale ſed per afficio, ſiue afficior, ſiue reſoluitur ut patuit, ut lo re per pentirſe de la ſuperbia non puniſce la gente, rex gratia afficiendi ſe pœnitentia ſuperbiæ, uel ut ſe pœniteat ſuperbiæ, gentem nō plectit: lo figlio rencreſcendo lo patre deuenta bono, filius afficiendo tædio patrem euadit bonus, ſic & ſimilia.

¶ De Supinis.

Supina Quintiliano autore ſunt uerba participalia & duæ ſunt terminationes in Vm, & in V. Supinū in Vm eſt actiuæ ſignificationis, niſi ueniat à uerbis ſignificantibus ſolá paſſionem, ut gaudeo, & uapulo, quorum ſupina paſſioné ſignificant, ut io uengo ad eſſere allegrato, & tu andi ad eſſere batturo, ego uenio gauiſum, & tu is uapulatum, & ante ſe nullū poſcit caſum, poſt ſe caſum ſui uerbi, & ſemper iungitur uerbo ſignificanti motum ad locum, & habet hoc uulgare: Amatum eo, uel uado io ando ad amare, et tu andi ad defendere li amici, ego eo amatum, & et tu is defenſum amicos, & li marinari uanno ad pigliare peſce, nautæ eunt piſcatū, & uoi corriti ad uſare gagliardia, uos curritis uſum ſtrenuitate, & Ioanne uene ad abbracciare li foreſtieri, Ioannes uenit amplexum hoſpites. Supinum in V ſemper eſt paſſiuæ ſignificationis, & non iungitur uerbo,

uerbo, ſed adiectiuo, uel ſubſtantiuo uim adiectiui habenti, ut fas, & nefas, & ante, & poſt ſe nullo conſtruitur caſu, & habet hæc vulgaria, A matu ad eſſer amato, ad amarſe, che ſe ama, ut la lettione de Vergilio è difficile ad intenderſe, lectio Vergiliana eſt difficilis intellectu: & nõ è iuſto che ſe dica lo mio inimico deuere eſſere dotto, nefas eſt dictu meum inimicum fore doctum; & è mirabile coſa ad crederſe che neſciuno è homo da bene, mirabile eſt creditu neminem eſſe uirum probũ, digna coſa è acquiſtare lo honore, dignum eſt acquiſitu honor. i. honor eſt dignum. i. res digna acquiſitu. Dicitur quoq; Cæſar eſt dignus amari, Ceſare è digno ad amarſe: fit maxime per infinitum, quando uerbũ nõ habet paſſiuum, vt flumẽ eſt bonum nauigari, lo fiume è bono ad nauigarſe: ſi habuerit caſum poſt ſe, reſoluitur per ut, & uerbum, vt lectio eſt difficilis ut intelligatur à te. Illud vulgare io vengo da amare, & ſimilia non fit per ſupinum ut uenio ab amatu; neq; per gerundiũ in do ut venio ab amando, ſed per nomen uerbale ego venio ab amore, ſiue ab amatione: quia nec ſupinum in V, nec gerundium in do iunguntur uerbo ſignificanti motum de loco: & tu ueni da punire li inimici, tu uenis à punitione inimicoꝝ: quãuis legatur ut patuit in maioribus, ſurgo cubitu per ſupinum: nõ tamen dicerẽ de uſu frequentiori.

¶De Participiis

PArticipium eſt pars orationis declinabilis, & dicitur à parte, & capio, quaſi partis capium. Capit enim à nomine genera & caſus, à uerbo tempora, ſignificationes, & formationem, ab vtroq; numerum & figuram, & ante ſe nullum regit caſum, ſed ſubſtantiuo præcedenti ſicut adiectiuum congruit in genere, numero, & caſu, poſt ſe exigit caſum uerbi, vnde deſcendit. Participium reſoluitur per relatiuum, & verbum ſeruato tempore: ubi eſto cautus, quando dabitur vulgare participii, & in reſolutione relatiuum in nominatiuo eſſe non poterit,

non fit per participium, ſed reſoluitur vt diximus, vt la charta priuata ad noi è bianca, pagina, qua nos priuati ſumus, eſt alba : quando fit per participium (quoniam participium fuit inuentum cauſa breuitatis) relatiuum non ponitur : ut la lettione letta da te io la ſtudio, lectioni lectæ à te ego ſtudeo. Participia ueniunt ab actiuis, paſſiuis, neutris, communibus, & deponentibus: ab imperſonalibus aliqua leguntur. Ab actiuis duo ſunt participia, vnum terminatum in Ans, vel in Ens, & alterum in Rus. Participium in ans, uel in ens eſt præſentis, & præteriti imperfecti tẽporis, & formatur à prima perſona præteriti imperfecti indicatiui, mutata bam in ns, ut amabam amans, & habet hæc vulgaria amante, loquale ama, vel amaua: ut lo maſtro loquale legge Vergilio tu lo honori, magiſtrum legẽtem Vergilium tu honoras, & ſic reſoluitur magiſtrũ, qui legit uel legebat Vergilium tu honoras: habet quoq; vulgare gerundii in do actiuæ ſignificationis: ut io leggendo ſtudio, ego legens ſtudeo, & tunc reſoluitur p dum uel cum, & verbum. ut ego cum vel dum lego ſtudeo. Participium in rus eſt tẽporis futuri, & formatur à primo ſupino mutata M in rus vt amatum amaturus, & habet hæc vulgaria da amare loquale amara, per deuere amare, eſſendo per amare, hauẽdo da amare: vt lo re da manifeſtare la guerra nõ è amato, rex manifeſtaturus bellũ non amatur: lo mercante per deuere domãdare li denari è ſbandito, negociator poſtulaturus numos exulat: li officiali eſſendono per priuare lo officio ad te andano alla corte, magiſtratus priuaturi officio te eunt ad curiã: lo Papa hauendo da addomandare la obedientia concede la gratia ad noi, Pontifex poſtulaturus obedientiam indulget gratiam nobis. ſi verbum non habuerit ſupinum reſoluitur per relatiuum, & futurum, vt lo figlio da timere lo patre ſequita la virtu, filius qui timebit patrem, ſequitur virtutem. A paſſiuis duo fiunt participia, alte-

ſum in tus, vel in ſus, vel in xus, & alterum in dus. Participium in tus eſt præteriti perfecti, & pluſquamperfecti temporis, & formatur ab vltimo ſupino addita litera S, vt amatu amatus, & habet hæc vulgaria amato, loquale è, vel era ſtato amato, eſſendo ſtato amato, vt la lettione amata da li ſcholari ſe legge, lectio amata à diſcipulis legitur. i. quæ amata fuit, vel fuerat: & la virtu la quale è ſtata exiſtimata de vtilita da la gẽte ſe lauda, virtus exiſtimata vtilitate à gẽte laudatur, & lo libro remoto da la tabula ſe recerca, liber remotus à tabula requiritur. Verba carentia ſupinis carẽt participiis in tus, ſed reſoluuntur per actiuum: vt lo cauallo refrenato da te non corre, equus quem tu compeſcuiſti non currit: reſoluitur enim vulgare, lo cauallo loquale tu hai refrenato non corre, vel fit per aliud uerbum eiuſdem ſignificationis equus refrænatus non currit: ſi nullum fuerit nomen expreſſum pro re agente intelligitur aliquis, & ſimilia: ut lo maſtro timuto legge, magiſter quem timuit aliquis legit. Participium in dus eſt futuri temporis, & formatur à nominatiuo participii in ans, uel in ens mutata S in dus, vt amans amandus, licet poſſit quoque formari vt in maioribus patuit à tertia perſona numeri pluralis mutando T in dus, & habet hæc vulgaria da eſſere amato, loquale ſera amato, per deuere eſſere amato, hauendoſe ad amare, vel hauendo ad eſſere amato, vel eſſendo per eſſere amato: vt lo libro da eſſere amato da me tu lo comperi, librum amãdum à me tu emis, ideſt qui amabitur: lo cauallo hauendo ad eſſere comparato da te ſe porta, equus emendus à te portatur: la verita laquale ſera manifeſtata ad te non noce, veritas manifeſtanda tibi non nocet: lo arbore hauendoſe da ſcippare da la terra ſecca, arbor extirpanda à terra aret. A neutris præcipue duo veniunt participia in Ans vel in Ens, & in Rus, vt ſeruiens, & ſeruiturus, & formatur ſicut actiua, & eadem retinent vulgaria. Excipiitur par-

ticipia à neutris paſſionem ſignificantibus vt vapulo, & gaudeo, quæ paſſiua, habēt vulgaria vt vapulans loquale è, vel era battuto, & vapulaturus da eſſere battuto, & ſimilia. Hæc verba neutra tria habent participia Aſſueſco, Aſſueſcens, Aſſuetus, Aſſueturus per eſſere aſſueto. Placeo placens, placitus, placiturus per piacere. Audeo audens, auſus, auſurus per hauere audacia. Fido fidens, fiſus, fiſurus per fidarſe. Titubo titubans, titubatus, titubaturus per tremare, & hæc in participiis i tus, & in ſus actionem ſignificant: vt la lettione laquale haue piaciuta ad me tu la leggi, lectionem placitam mihi tu legis, id eſt quæ placuit. Hæc quæ ſequuntur ſignificant paſſionem vt gaudeo, gaudens, gauiſus, gauiſurus per allegrarſe. Nubo nubens, nupta, nuptura per eſſere maritata. Patet patens, paſſus, paſſurus per eſſere aperto, manifeſto. Hæc habent vtranq; ſignificationē in participiis in tus, vel in ſus ſcilicet actiuam & paſſiuā, Prandeo prandens, pranſus, pranſurus per mangiare la matina. Iuro iurans, iuratus, iuraturus per iurare. Cœno cœnans, cœnatus, cœnaturus per mangiare la ſera. Poto potans, potus, potatus, poturus potaturus per beuere: vt tu loquale hai mangiato peſce ſi ſaturo, tu cœnatus piſcem es ſatur, & lo peſce mangiato da te fa male à lo corpo, piſcis cœnatus à te nocet corpori. Neutra tranſitiua habent quatuor participia, duo actiua ut arās & araturus, & duo paſſiua ut aratus, & arandus. A communibus quatuor fiunt participia in ans uel in ens, & in rus, in tus, vel i xus, & in dus. In ans uel i ens, & in rus, ſunt actiuæ ſignificationis: vt lo re loquale dona, & donarà lo ſoldo alli cortigiani è liberale, rex largiēs, & largiturus ſtipendium curialibus eſt munificus. In dus ſunt paſſiuæ: ut li villani liquali ſeranno incolpati de furto fugeno la corte, uillici criminandi furti fugiunt curiā. in rus actiuæ & paſſiuæ, vt lo patre loquale haue animato lo figlio à la uirtu ſe ama, pater hortatus filium ad virtu

tem amatur, & lo figlio animato da lo patre à la uirtu è bono, filius hortatus à patre ad uirtutẽ eſt bonus. A deponentibus tria fiunt participia in ans, vel in ens, in tus, & in rus, vt ſequens, ſecutus, & ſecuturus: & omnia ſunt actiuæ ſignificatiõis, vt voi, liquali ſequitate, hauite ſequitato, & ſequitarite le littere ſtudiati, vos ſequentes, ſecuti, & ſecuturi literas ſtudetis, niſi veniant à verbis ſignificantibus ſolã paſſionẽ vt lætor, & orior, quorum participia paſſionem ſignificant, vt quilli che naſceno ſon nati, & naſceranno da re ſon honorati, naſcentes, nati, & naſcituri à rege honorãtur. in dus participiis deponẽtia carent, ſed ſunt potius nomina, & p dignus reſoluũtur, ut la dottrina tua digna da eſſere imitata iuua, doctrina tua imitanda iuuat. i. quã imitari debemus: quis in ſignificatione paſſiua quoq; legantur, vt in maioribus diximus, ſic etiam de participiis impersonalium, Dio perdona li peccati ad quilli che ſe penteno, deus peccata remittit pœnitẽtibus: me ſeruo de vno maſtro da nõ eſtimarſe da poco, vel da non uergognarmẽde, vtor magiſtro haut pœnitendo, dico pudenda, & pœnitenda, dico coſa da uergognarmende, & da pentirmende, pertæſus ignauiam ſuam ingemuit, loquale attriſtato, doluto de ſua ignauia ſuſpira, vel pœnitentis de matrimonio, dicitur pœnitentus facti.

¶ De Septimis caſibus abſolutis.

SI participium nõ iungitur verbo, à quo regatur, ponitur in ſeptimo caſu, & cõgruit cum ſubſtantiuo in genere, numero, & caſu, & poſt ſe regit caſum verbi vnde venit, ſi abſolute non ponitur, & reſoluitur per dum vel cum, & verbum tempore ſeruato, & vtimur frequẽtius à participio in ans, vel in ens, & in tus: ut io legẽdo Terentio li ſcholari deuentono dotti, me legente Terentium diſcipuli euadunt docti. i. dum, vel cũ lego vel legebã Terẽtium: quando tu addomandaui li dinari io traſeua, te poſcente numos ego introibã, mentre li ſer-

ui remouerãno li ſcanni io ritornaua, ſeruis remouentibus ſcamna ego reuertebar. Septimus caſus abſolutus à participio i tus reſoluitur per poſtq̃, vel vbi, & verbum, vt finita la lettione li diſcipuli ſende andato, finita lectione diſcipuli iuere.i. vbi vel poſtquam finita fuit, uel fuerat lectio: dapoi che fo cõparato lo cauallo noi ne partiuimo, empto equo nos diſcedebamus: eſſendo ſtato chiamato lo re tu fugiui, vocato rege tu fugiebas. Si participium non inuenitur, reſoluitur vt timuto lo re ogniuno ſequita virtù, vbi vel poſtquam aliquis timuit regem, quiſque ſequitur virtutem: leccàto lo piatello da te io veneua, lancem vbi tu lambiſti ego veniebam. Fit quoq; per nomẽ ſubſtantiuum, vt Ferrante eſſendo re lo populo timeua la iuſtitia. Ferdinando rege populus timebat iuſtitiam.i. dum erat rex: hauendo da venir Cæſaro fugeuamo, venturo Cæſare fugiebamus.

¶ De Comparatiuis.

COmparatio eſt ſimilium vel diuerſorum minorum ad maiora uel maiorum ad minora collatio, & ſunt tres gradus poſitiuus, comparatiuus, & ſuperlatiuus. Poſitiuus eſt omnis pars orationis, à qua poteſt formari comparatiuum, & cuius qualitas poteſt augeri, vel minui, ut doctus. Comparatiuum nomen eſt illud, quod cum intellectu poſitiui, vel cum aliquo participe ſenſus poſitiui magis aduerbium ſignificat.i. quantum poſitiuum cum magis vt doctior, ideſt magis doctus, & reſoluitur per magis, & alia aduerbia vehementiam, ſignificantia, & per poſitiuum vt doctior, ideſt magis, plus, ualidius, vel vehementius doctus. Comparatiuũ refertur ad vnum ſui, & alieni generis, & ad plures diuerſi generis, quamuis etiam legatur ad plures ſui generis vt in maioribus diximus: & ante ſe non regit caſum, ſed cum præcedenti ſubſtantiuo concordat in genere, numero, & caſu ſicut adiectiuum, poſt ſe regit ſeptimũ caſum vt doctior Petro, vel nominatiuum cum quàm,

vt quàm Petrus, ſed ille nominatiuus regitur à verbo ſubintellecto ſum es eſt, ut doctior quàm Petrus ſcilicet eſt: ſed nomina negatiua vt nullus, & relatiua vt qui quæ quod non recipiunt nominatiuum cum quàm, vt Petrus, quo ego ſum doctior, ſtudet, non quàm qui, quia inter antecedens, & relatiuum non cadit tertium: & nullo homine ſum doctior, & nõ quàm nullus: quia quàm ſignificat non, & duæ negationes facerent vnam affirmationem: & hoc eſſet contra ſenſum loquentis. Dicimus etiam cognoſco Antonium prudentiorem q̃ Petrum ſcilicet cognoſco; & nemini ſeruio gratiori, q̃ Ioanni ſcilicet ſeruio. Verum illi caſus non à comparatiuo reguntur, ſed à uerbo, à quo regitur comparatiuũ. Comparatiuum poſt caſum comparationis poteſt ſumere alterum ſeptimum caſum ſignificãtem exceſſum, ideſt ſuperantiam: vt io deuento piu dotto de te dece litere, ego euado doctior te decem literis, & tu uide Petro piu alto de Antonio tre digiti, tu uides Petrum altiorem Antonio tribus digitis; ſic etiam poteſt admittere caſum ſui poſitiui, ut tu ſi piu atto a la fatica de me, tu es aptior labori me, quia aptus labori dicitur, ſic & ſimilia. Comparatiuum formatur à nominibus adiectiuis ſecundæ & tertiæ declinationis; ſi ſunt ſecundæ à genitiuo, ſi tertiæ à datiuo, & ſumunt or, & us, vt doctus, docta, doctum, genitiuo docti additis or & us fit hic & hæc doctior, & hoc doctius, genitiuo doctioris: hic & hæc fortis & hoc forte: datiuo forti additis or & us fit hic & hæc fortior & hoc fortius: gtõ fortioris. Nomina habẽtia uocalem ante ultimam ſyllabam us non poſſunt formare cõparatiuum, vt egregius: quia eſt natura cõparatiui ſuperare poſitiuum non ſolum ſignificatione, ſed etiam ſyllabis, ut doctus doctior, ſed comparatiua ab his formata non ſuperant: ideo non fiunt vt egregius egregior, ſed accipiunt magis, & complent vim cõparatiui vt exiſtimor magis egregius te, quãuis

etiam legantur, vt in maioribus oſtendimus. Noīa irregulariter, ut aiunt, uel aliunde, accipientia ſunt hæc bonus melior piu bono, malus peior piu triſto, paruus minor piu piccolo, magnus maior piu grande, multum plus piu, iuuenis iunior p ſyncopen piu iouene, ut aiūt, ſed male: quoniam iuuenis facit iuuenior, & iunior dicitur à iunis, qđ eſt minor iuuene, ut in maioribus patuit, & eſt frequentius q̄ iuuenior, dexter dexterior piu dextro, proſpero, ſiniſter ſiniſterior piu ſiniſtro, contrario hic & hæc & hoc nequam indeclinabile nequior piu laſciuo, inutile, hic & hæc potis, & hoc pote potior piu megliore, potente, ocys ocyor piu ueloce, diues nō format ditior p ſyncopen licet ſit frequentius ſed diuitior, ditior enim venit à dite piu ricco, magnificus magnificentior piu magnifico, nobile, munificus munificentior piu munifico, liberale, grandiloquus grandiloquentior piu grand loco, maledicus maledicētior piu maledico, ſic omnia compoſita à facio, dico, & loquor, quorum propria poſitiua ſunt magnificens, grandiloquens, maledicens, quæ in uſu nō ſunt, ſed pro eis utimur magnificus, maledicus, & cæteris. Comparatiua à præpoſitionibus non fiunt, ut aiunt, mutata ra in er, & ſumpta ior, vt infra inferior, ſed hæc comparatiua ueniunt à nominibus antiquis, ut exter extra exterum exterior piu extra, fora: infer inferior piu infra, inter interior piu intro, poſter poſterior piu dapo, ſuper ſuperior piu de ſopra, citer citerior piu daqua, ulterior piu dalla eſt ſine poſitiuo, ut Diomedes, ſic & propior piu uicino, dapreſſo appreſſo, ut Plin. ſed propior recipit accuſatiuū uel datiuū, ut io ſto piu appreſſo allo caſtello, ego maneo propior arcem uel arci, q̄ tu in nominatiuo & non cum ſeptimo caſu: & ideo uidetur eſſe à præpoſitione prope, ſuperiora non leguntur cum accuſatiuo, ut præcipiunt dicentes maneo anterior regem Cæſare: ipſe tamen ſemper dicerem maneo magis ante regem Cæſa-

re,uel q̃ Cæſar, & magis ultra caſtellum militibus. Ab aduerbiis fiunt aduerbia cōparatiua,ut ſæpe ſæpius piu volte,ſpiſſo: à diu diutius piu longo tempo, prior nō eſt à pridē,vt aiunt,ſed Plinio autore eſt ſine poſitiuo piu primo. Quando fit comparatio inter duos,cōparatiuum regit genitiuū ex natura partitionis,vt delle doe mano la deſtra piu forte noce ; duarū manuum dextra fortior nocet,& de uoi doi fratri lo piu ingenioſo ſtudiara, veſtrum duorꝝ fratrum ingenioſior ſtudebit: ſic etiam quando dicimus de pluribus negatiue, ut omniū philoſophorꝝ nullus eſt doctior q̃ Plato, ſed ille genitiuus non regitur à cōparatiuo, ſed adhæret nomini negatiuo,ut in maioribus in tractatu cōparatiuorum diximus, & interdum regit ablatiuum cū præpoſitione, ut ex duobus manibus, & ex vobis duobus fratribus, ſed nō ita frequenter. Aduerte quædam vulgaria io ho piu dinari de te,habeo plus numorum te, & ille genitiuus regitur ab hoc nomine plus:quia plus,& minus cōparatiua in ſingulari ſunt ſubſtantiua, & ex natura ſubſtantiui recipiunt genitiuum , & in plurali ſunt adiectiua , vt habeo plures numos te , & tu habes pauciores ſeruos me, nec dicas minores;quia ſunt ſucceſſores uel magis parui:io ho doi piu de otto libri,habeo duobus plus librorum,vel plures libros octo, duobus eſt caſus ſignificans exceſſum, octo eſt caſus comparationis,uel habeo duobus plus,vel plures octo libris,vel duos ſupra octo libros, io ho ſtudiato piu de tre anni , ego ſtudui plus quàm tres annos, uel plures annos tribus,vel plures tribus annis;& ille accuſatiuus regitur ex natura temporis:ſono ſtati occiſi piu de mille huomini, plus mille hominum interfecti ſunt:manco de tre hore,minus tribus horis;io ſo piu grande;uel ho piu tempo de te, ſum maior natu te, ſic minor natu, ſo piu piccolo, ho manco tempo:io amo te piu dello deuere, & dello iuſto,& non manco dello ſolito, amo te plus debito , &

iuſto, non minus ſolito: & tunc plus, & minus ſunt aduerbia: io ſo piu dotto che forte di te, ſum doctior, quàm fortior, uel ſupra quàm fortior te, uel magis, q̃ fortior, ſed non ita frequenter: vſitatius tamen eſt ſi à neutro illorum adiectiuorum formetur cõparatiuum, uel à priore, & non ab altero, ut magis doctus q̃ fortis, uel doctior q̃ fortis, ut copioſius in maioribus patuit: lo gigante tanto piu forte de te, quanto Antonio piu dotto de Petro occide lo inimico, gigas tanto, uel eo fortior te, quanto, uel quo Antonius doctior Petro, occidit inimicum, ſic & multo & paulo.

¶ De Superlatiuis.

SVperlatiuum nomen eſt illud, quod ad plures ſui generis cõparatum ſuperponitur omnibus: & reſoluitur per maxime, ualidiſſime, & poſitiuũ, ut fortiſſimus. i. maxime fortis: & ponitur duobus modis reſpectiue. i. quando habet caſum poſt ſe, ut Cæſar fortiſſimus Romanorum, & abſolute: ideſt ſine caſu ut Cæſar fuit fortiſſimus. Superlatiuum ſicut cõparatiuum ante ſe nullum regit caſum poſt ſe genitiuum pluralem, uel ſingularem nominis collectiui. Eſt enim nomẽ collectiuum, quod in uoce ſingulari habet ſignificationem pluralem ut populus, multitudo, gens, turba, & ſimilia, ut Antonio piu dotto, uel molto piu dotto delli homini, & de la gente ſtudia. Antonius doctiſſimus hominũ & gentis ſtudet: poteſt quoq; regere caſum poſitiui, ut ſum ſimillimus regi hominum, & aptiſſimus labori: quia ſimilis regi dicitur, & aptus labori. Si iungitur cũ meus, tuus, ſuus, noſter, ueſter, alius, reliquus, cætera cæterũ nõ fit per ſuplatiuũ, ſed per cõparatiuum, ut ſum fortior meis fratribus, nõ fortiſſimus meoꝝ fratrum. ſum enim de fratribus, nõ tamen de noie meis, tuis, noſtris, & ſimilibus quis legatur, ut patuit in maioribus, nõ vterer. Eſt etiã notandũ, quod ſuperlatiuũ cũ præcedenti, uel ſequenti concordat ſubſtantiuo, ut lilium eſt albiſſimũ,

vel albiſſimus florum,ut patuit in maioribus in ſuo tractatu. Superlatiuũ formatur à genitiuis adiectiuorũ ſecundæ,& tertiæ declinationis,genitiuis ſecundæ additur S & ſimus;vt docti doctiſſimus doctiſſima doctiſſimũ, genitiuis tertiæ additur ſimus,vt fortis fortiſſimus ſſima ſſimũ.Excipiuntur noĩa habentia E ante Vs,quæ nõ formant ſuperlatiuũ,vt idoneus,cõſentaneus,ſed ſumunt maxime & cõplent vim ſuperlatiui,vt maxĩe idoneus:excipiuntur etiã nomina irregulariter,ut aiunt, ſiue aliunde,quod mihi placet accipientia,quæ ſunt hæc bonus optimus,malus peſſimus,multus ſiue plus plurimus, paruus minimus,magnus maximus, dexter dextimus, ſiniſter ſiniſtimus, magnificus magnificentiſſimus,munificus munificentiſſimus,grandiloquus grandiloquentiſſimus,maledicus maledicentiſſimus. Nomina terminata in Er formant ſuplatiuũ à nominatiuo, adiuncta rimus,vt tener tenerrimus tenerrima tenerrimũ. Nomina in bris,vt aiunt,mutata Ris in Er,& ſumunt rimus,ut celebris celeberrimus rrima rrimum: ipſe vero nõ à nominibus terminatis i bris,ſed in er formari aſſero. Dicitur enim ſalubris,& ſaluber ſanitoſo,celebris,& celeber,hinc celeberrimus, ſic & ſimilia. Superlatiua in llimus formantur remota Is, & ſumpta limus, & ſunt hæc,facilis facillimꝰ piu facile,leggero,benigno. Difficilis difficillimus piu difficile,forte. Agilis agillimus piu mobile,dextro,leggiero di corpo. Gracilis gracillimus piu diſcolo,ſubtile:humilis humillimus piu humile,vile. Similis ſimillimus piu ſimile. Diſſimilis diſſimillimꝰ, piu diſſimile. Docilis docillimꝰ piu docile, imparabile. Superlatiua nõ à præpoſitionibus, vt aiunt, ſed à noibus antiqs,& irregulariter formata ſunt hæc, infer infimus,ſuper ſupremus,inter intimus,exter extremus,uel extimus,citer citimus,poſter poſtremꝰ. Antimus nõ dicitur:vltimus caret poſitiuo,ſic & ꝓximus,ſed quando ſignificat ꝓpinquũ eſt poſitiuũ, & habet cõparatiuum

aut cum accuſatiuo, vel ablatiuo præpoſitione adiūcta, vt quilibet diſcipulorum, uel inter diſcipulos, uel ex diſcipulis ſtudet. Multa alia ſcitu digna in maioribus copioſius tractauimus.

¶De Partitiuis.

PArtitiuum eſt quod partem trahit à toto, cum quo partitur, & cum eo debet in genere concordare, ut diſcipulorū aliquis eſt bonus, aliquis eſt malus, & ſunt hæc quis aliquis alcuno, quilibet chi te piace, quicunq; quidá, un certo, alius, alter, vter, & numeralia, ut unus, duo, tres, & reliqua ordinalia. vt primus, ſecundus, tertius, & cætera. In partitione tria requiruntur pars, totū, & quod pars regat totū. Partitiua ſicut diſtributiua conſtruntur, & eadē ſunt, de quibus lege maiores regulas.

¶De Relatiuis.

RElatiuum eſt ante latæ rei repræſentatiuum, & dicitur à referendo. i. repræſentādo: quia repræſentat ſuum antecedens. Relatiuum eſt duplex accidentis, & ſubſtantiæ, quod refert nomen ſubſtantiuum, ut Petrus, quem amo eſt doctus: antecedens relatiui quē eſt Petrus. Relatiua ſubſtantiæ ſunt hæc, qui, quæ, quod, quiq;, reliquus, alter, vterq;, idem, alius, ipſe, ſui, ſuus, is, ambo, cætera, cæterum: nam cæter ſeu cæterus ab vſu receſſit. Relatiuum ſubſtantiæ eſt duplex. ſ. ſimilitudinis. i. eiuſdem generis, & ſpeciei. i. quod refert eandem rem quam antecedens, vt Antonius currit; & idem loquitur, & ſunt hæc qui, quæ, quod, ſuus, ipſe, ſui, is, ille, & idem, & diuerſitatis. i. quod antecedens diuerſum à conſequēte, ſed ſub eodem genere, & ſpecie ſignificat, vt lego Vergilium, & alios poetas, vbi ſignifico Vergilium eſſe poetam, ſed tamen diuerſum ab aliis: & ſunt hæc alius, alter, reliquus, cætera cæterum. Relatiuum accidentis concordat cum ſubſtantiuis ſequentibus, ut ueſtis mea eſt nigra, quale pallium tuum: & ſunt hæc, qualis, quantus, quot, quotus, cuius, cuia, cuium, & cuias.

Qualis quale, vel de che qualita cuius redditiuum eſt talis tale, vel de tale qualita: quorum antecedentia ſunt adiectiua qualitatem ſignificantia, ut doctus, niger, albus, pulcher, & ſimilia, ut io haggio vno figlio tale dotto, quale è Antonio, ego habeo vnum filium talé doctum, qualis eſt Antonius. Quantus quanto, vel quanto grande, cuius redditiuum eſt tantus tanto, vel tanto grande: quorum antecedentia ſunt adiectiua quantitatem, vel exceſſum & diminutioné ſignificátia, vt paruus, magnus, longus, altus, & ſimilia, vt tuo fratre táto gráde, quáto vno gigante corre, tuus frater tátus magnus, uel tantus ſiue magnus quátus gigas currit: cætera adiectiua ponuntur: magnus uero ſi nō ponitur, ſemꝑ intelligitur. ¶ Quot quáti cuius redditiuū eſt tot tāti: interrōganti referuntur numeralia, vt vnus, duo, tres, quatuor, & cætera, vt quāti libri tu hai, dece, quot libros habes? decem, & tot, quot tu. De quibus numeralibus, & reliquis lege maiores regulas. Quotus aliquanti, de che numero, totus, non eſt in vſu, cuius antecedentia ſunt omnia ordinalia, ut primus, ſecundus, tertius, quartus, quintus, & cætera, vt a li quāti tu ſedi appreſſo a lo re? alli otto, quotus tu ſedes apud regem? octauus: quæ nomina ordinalia ſignificant interdum vltimum in illo numero, vt de vinti ſcholari Franciſco lultimo ſtudia, ex viginti diſcipulis, uel inter uiginti diſcipulos, Franciſcus uigeſimus ſtudet: uel Fráciſco ultimo de uinti è uenuto ad me. Franciſcus uigeſimus uenit ad me: & interdum ſignificat vnum de illo numero, ut Tullio uno de cento oratori parla. Tullius centeſimus ortor loquitur: quotus cum quiſq, poſtpoſito ſignificat rarum, aut paucos, ut raro figlio ama lo patre: quotuſqſq; filius amat patrē: pochi amici honorano li cōpagni: quotuſquiſq; amicus honorat ſocios, & interrogatiue ponitur: lo re paga cento ꝑ cento ducati, rex ſoluit centenarium aureum: nce cōſumo uinti di, uigeſimū diem cōſumo: per

lo frumento p ogni tumulo hauerne exatto dodici ſeſtertii. p frumēto in modios ſingulos duodenos ſextertios exegiſſe: in cento porci pēſano eſſere aſſai dece uerri, in centū ſues decē verres putant eſſe ſatis: uide maiores regulas. Quotennis de quanti anni, interroganti referuntur cōpoſita ab annis, ut biennis, triennis, quadriēnis, quinquennis, ſexennis, ſeptennis, octennis, nouennis, & decennis. alia non leguntur: nec etiā quotennis, & totennis. & ideo dicimus de quanti anni ſi tu, de dece, quot annorum es, uel quot annos es natus? decem, uel quotum annum agis tu? & tunc reſpondendum eſt per ordinalia decimum. quotannis eſt aduerbium, & ſignificat ſingulos annos ogni anno, uel anno per anno: vt mio figlio de deci anni como lo tuo anda, meus filius decennis ſicut tuus, uel decenarius incedit: ſic dicimus quoq; binarius, ternarius, & ſimilia: mio figliolo è de uenti anni como lo tuo, meus filius, eſt natus uiginti annos, uel annis: uel eſt uicenarius ſicut tuus: p vniennis dicimus anniculus, a, um, de vno anno. Quoteni ad quanti: interroganti referuntur nomina diuiſiua ad pares numeros, quæ ſunt hæc, ſinguli, bini, terni, quaterni, quini, ſeni, & reliqua, ut noi andamo tre ad tre como li ſoldati, nos imus terni quoteni milites, ſed potius ſicut milites: quia quoteni & toteni nō ſunt in vſu: eſt ornatus dicendi modus apud autores, ebrii bibunt trinos cyathos vini, li imbriachi beueno tre gotti di vino p vno: & meis auditoribus icutio binos colophos, alli mei auditori do dui pugni p vno: ad ogni dui ſcholari conuene ſtudiare quattro lettione, binis conuenit diſcipulis ſtudere quaternis lectionibus, de ogni otto libri ne vendo vnó, ex octonis libris vendo ſingulos libros: à ogni di fa vno figlio, ſingulis diebus parit ſingulos filios: quiſti quattro homini ogniuno haue cento anni, hi quatuor homines habent centenos annos. Quotuplex de quante pieghe, doppie, ſorte, manere,

qualitate, referuntur ſimplex, duplex, triplex, quadruplex, & reliqua : ut la tua ueſta è de otto pieghe, doppie como la noſtra, ueſtis tua eſt octuplex, quotuplex, uel ſicut noſtra, et hoc melius : quoniam quotuplex & totuplex non ſunt in uſu, ut tu potte una ueſte de tre ſorte, colori, manere, como la mia, tu portas ueſtem triplicem ſicut eſt mea. Quotuplus quãto piu, quante uolte piu: referuntur quæ ad pondus, ad menſuram, ad exceſſum, et multiplicationem numeri attinent ut ſimplũ, duplum, triplum, quadruplum, quincuplũ, et ſimilia: ut io ho recolto ſette uolte piu, uel ſette uolte tanto quiſto anno che tu, ego exegi ſeptuplum hoc anno q̃ tu: quanto piu hai pagato, quotuplum ſoluiſti, uel quanto plus ſoluiſti, & hoc ꝓbo: qa quotuplus et totuplus nõ ſunt in uſu: duplo uendidit, lha uenduto al duplo, doé uolte piu. Quint. Cuius cuia cuium de chi: eſt poſſeſſiuum infinitum, et refert nomina, et ꝓnomina poſſeſſiua, et genitiuos ſubſtantiuorum: ut de chi è queſta charta? de lo maſtro. cuia eſt iſta pagina? magiſtri, ſic noſtra, et regia: de chi è queſto beſtiame? cuium eſt pecus? frequentius nos utimur genitiuo cuius à quis, ut cuius eſt ancilla? Cuias da doue, da donde, refert nomina ſignificantia patriam ut Romanus, et gentem ut patricius, plebeius, et ſectam ut Stoicus, Academicus: ut da doue, de che paeſe, parte, patria è queſto ſeruo? da Spagna: cuias eſt hic ſeruus? Hiſpanus, uel unde eſt hic ſeruus. Terẽt. in Eunu. et tu ſi populano como Antonio, tu es plebeius, cuias Antonius: et declinatur hic et hæc et hoc cuias, ut in maioribus probauimus.

¶ De Figuris.

Figura vt Quint. in nono eſt arte aliqua nouata forma dicendi uel ſicut nomine ipſo patet, eſt conformatio quædam remota à cõmuni: primum ſe offerente ratione. Figuræ cõſtructionis ſunt octo, Euocatio, Appoſitio, Syllepſis, Prolepſis, Zeugma, Syntheſis, Antiptoſis

proſis, Synecdoche. Euocatio eſt continuata reductio tertiæ perſonæ ad primã, vel ad ſecundam, vt ego Ioãnes ſcribo, & tu Anellus oras: nos iuuenes ſtudemus, vos pueri curritis. In euocatione requiruntur quatuor perſona euocans primæ vel ſecundæ perſonæ. perſona euocata tertiæ perſonæ, remotio copulæ &, & verbum concordans cum perſona euocante.

APpoſitio eſt continuata coniunctio duorum ſubſtantiuorum, quorum alterum declarat alterum. Vergil. Miratur molem Aeneas magalia quondam: vt io hagio vna caſa, edificio grande, habeo domum, ædificium magnum. Requiruntur in appoſitione duo ſubſtantiua in eodem caſu. Fit appoſitio modis tribus reſtringendæ generalitatis gratia, vt animal equus currit: ad remouendam æquiuocationem, ideſt dubitationẽ, vt comedi canem piſcem: ad tribuendam proprietatẽ, vt Vergilius vir ſummus.

SYllepſis quæ latine conceptio, & cõprehẽſio dici poteſt, eſt adductio idignioris ad dignius. Fit modis tribus genere, numero & pſona: genere, vt maſculinum concipiat fœmininum, & neutrum vt Petrus, & Maria albi, Petrus & mancipium nigri, veſtis & aurũ ſunt pretioſæ. Numero vt pluralis numerus præcedat, ſed concipiat ſingularem vt diſcipuli, & præceptor legunt. Dicitur etiam diſcipuli cum præceptore legunt. Perſona vt prima concipiat ſecundam & tertiam: ſecunda tertiam vt ego, & tu legimus: ego, & tu, & ille ſcribimus: tu & ille legitis: tu mecum currimus. Requiruntur in ſyllepſi quinq; dictio concipiens, dictio concepta, cõiunctio copulatiua, verbum, vel adiectiuum, pluralis numeri, & quod reſpondeatur dictioni concipienti.

PRolepſis, quæ latine præſumptio, ſiue anticipatio dicitur, eſt attributio proprietatis toti diuiſo in partes ſuas: per hanc figuram nominatiuus præcedat in cõgregatione vt Aquilæ volant, hæc ab oriẽte, illa ab oc-

cidente, quod aiunt aquilarum altera volat ab oriente, & altera ab occidente non eſt dictum per figuram, ſed per diſtributionem. Requiruntur in prolepſi quinq; totum vt aquilæ: partes vt hæc, & illa: diſtributio partiũ, vt hæc ab Oriente, & illa ab occidente: proprietas hoc eſt verbum volant: ordo vt totum præcedat, & partes ſequantur vt patuit.

ZEugma quæ latine adiunctio dicitur, eſt figura, in qua ad vnum verbum plures ſententiæ referuntur, quarum vnaquæq; deſideraret illud ſi ſolæ ponerẽtur. Id tribus accidit modis: aut præpoſito uerbo, ad qđ reliqua reſpiciant, vt vicit pudorem libido, timorem audacia, rationem amentia, & dicitur protozeugma: aut verbo poſtpoſito vt neq; is es Catilina, vt te pudor à turpitudine, aut metus à periculo, aut ratio à furore reuocauerit, & tunc dicitur hiſterozeugma, vel hypozeugma: aut in medio ſenſuum poſito verbo, & tũc dicitur meſozeugma: vt q numina Phœbi, Qui tripodas Clarii, lauros qui ſydera ſentis, Et uolucrum pẽnas, & præpetis omnia pennæ. Requiruntur in zeugmate tria videlicet duo, aut plura diuerſa ſubſtantiua copulatiua vt pudorem libido, verbum, & quod verbum concordet cum vno illorum ſubſtantiuorum viciniorum vt patuit. Fit etiam per zeugma variatio perſonarũ intrãſitiue vt ego ſtudeo, & tu. numerorum vt diſcipuli legunt, & Petrus: perſonarum & numeroꝝ vt hebræi ſunt, & ego.

SYntheſis, quæ latine compoſitio dicitur, fit cum verbum, vel adiectiuũ diſcordat in voce ab eo, cui redditur, & concordat cum ſignificato, vt pars in fruſta ſecant, & gens armati. Requiruntur in ſyntheſi tria vnum ſubiectum, vel plura copulata, proprietas. i. adiectiuũ, vel verbũ: attributio proprietatis cõcordans cum ſignificato, & non cum voce, vt roſa pulcher. ſ. flos, & lepus grauida. Fit ſyntheſis in genere vt Samo ſub ipſa, ubi intelligitur vrbe, in numero, vt populus currunt: in gene

re, & numero ſimul, vt cœtus armati, & pars veniemus Scythiam.

SYnecdoche, quæ comprehenſio dici poteſt, fit cũ à parte totum, vel à toto pars intelligitur: vt puppis, ideſt nauis, annus frigidus i. frigida hyems: ſed cum fit à parte totum, debet fieri à parte inſigniori. Fit etiã quoties adiectiuo damus accuſatiuum, vt albus dentes. ſed in carmine & non in proſa vtimur. In hac figura plurimum valet numerorum illa libertas, ut ait Quint. Nam & Liui. ſæpe ſic dicit Romanus prælio uictor, & Vergil. hoſtis habet muros, & ecõtrario, vt Cicero ad Brutũ populo, inquit ipſi impoſuimus: de ſe tantum loquitur: hæc à Cicerone intellectio appellatur, & vtimur in proſa. In hac figura tria requiruntur totum vt æthiops, proprietas. i. adiectiuũ, ut albus, pars, quæ ſemper ſit accuſatiui caſus ut dentes, inuenitur etiã pars in ſeptimo caſu ut niger ore, & crine ruber. Nam oculos ſuffuſa nitentes, & id genus per participium eſt potius græca conſtructio, quàm ſynecdoche.

ANtiptoſis penultima producta fit cum caſus pro caſu ponitur, populo ut placerent quas feciſſet fabulas. Vbi notandum eſt: quòd cum fit hæc figura, relatiuum præcedit. Nam hoc Vergilii, & ſimilia vrbem, quam ſtatuo, ueſtra eſt, fit per græcam figurã, ut Dio. & non eſt antiptoſis. In hac figura tria requiruntur vnũ ſubiectum vt fabulas: proprietas, ideſt vnum verbum ut placerent: & quòd caſus pro caſu ponatur, ut fabulas pro fabulæ.

¶De Patronymicis.

PAtronymicum eſt, quod non à propriis tantum deriuatur patrum noĩbus, ſed etiam ab aliis, & ſignificat cum genitiuo primitiui filium, uel nepotem, filiam uel neptem, interdum alios deſcendentes, ut Aeacides filius uel nepos Aeaci, & Belidæ Palamædis habentis originem à Belo. His autem patronymicis vtuntur poe

à maſculinis remota de, ut Priamides Priamis. Si maſculina I longam per ſynæreſim factam habuerint: illud I in Ei uertunt ut Theſides pro Theſeides Theſeis.

Patronymica fœminina in Ne formantur à genitiuis primitiuorum addita Ne penultima producta ut Adraſti Adraſtine. Si genitiuus habuerit Ei, Ei in I longam per ſynæreſin mutabit ut Nerei Nerine. Si habuerit geminum I, ultimum I mutant in O, ut Achriſii Achriſione, hinc Achriſioneus poſſeſſiuum. Patronymica maſculina ſunt declinationis primæ, vt Nominatiuo hic Priamides. Genitiuo Priamidæ. Datiuo Priamidæ. Accuſatiuo Priamiden. Vocatiuo o Priamide. Ablatiuo à Priamide. Pluraliter nominatiuo Priamidæ. Genitiuo Priamidarum & Priamidum. Datiuo Priamidis. Accuſatiuo Priamidas. Vocatiuo o Priamidæ. Ablatiuo à Priamidis. Patronymica uero fœminina ſunt tertiæ declinationis, vt hæc Priamis. Genitiuo Priamidis & Priamidos. Datiuo Priamidi. Accuſatiuo Priamida. Vocatiuo o Priami. Ablatiuo à Priamide. Pluraliter nominatiuo Priamides. Genitiuo Priamidum. Datiuo Priamidibus. Accuſatiuo Priamides, & Priamidas. Vocatiuo o Priamides. Ablatiuo à Priamidibus. Nominatiuo Nerine. Genitiuo Nerines. Datiuo Nerine. Accuſatiuo Nerinen. Vocatiuo o Nerine. Ablatiuo à Nerine. Pluraliter nominatiuo Nerinæ. Genitiuo Nerinon. Datiuo Nerines. Accuſatiuo Nerinas. Vocatiuo o Nerinæ. Ablatiuo à Nerines.

FINIS.

Ου facit u uocalem οὐκοῦν ucun.

Diphthongi impropriæ.

ᾳ cum iota ſubſcripto facit a ut ᾄδω ado

ῃ cum iota ſubſcripto facit i longum, ut τῇ μούσῃ ti muſi

ῳ cum iota ſubſcripto facit o longum, ut παλινῳδία palinodia

Υι yi υι cum iota adſcripto facit i longum, ut ἅρπυια harpya

Ηυ ηυ facit if medium inter b & u conſonantē ηὖδα ifda

Ωυ ωυ facit of medium inter b & u conſonantem, ut ὦυτος oftos.

FINIS.

Venetiis apud hæredes Petri Rauani, & ſocios,
Anno Dñi. M. D. XLVI.
Menſe Ianuarii.

